HOMILARIVM

PARS HYEMA

Homiliæ in euan

GELIA DOMINICALIA IV. xta literam, adiectis Homiliis in Euangelia trium feriarum Paschalium, & totidem Pentecostalium, per F. Ioannem Royardum ordinis F. Minorum, nunc primùm æditæ.

PARS HYEMALIS.

B.C.

IACOBI I.

Suscipite insitum uerbum, quod potest saluare animas uestras.

ANTVERPIÆ,
In ædibus Ioannis Steelsii,
Anno. M. D. XLII.
Men. Ianuar.

Cum Priuilegio Cæsareo.

1542

Pro loco Colensi

Reuerendiss. do=

MINO GEORGIO AB EGMONT IN= signis Ecclesiæ Traiectensis Antistiti do= mino plurimum obseruando F. Io. Royardus cœlestem fauo= rem & salutem.



BLIVISCI nequeo venerande præsul illius erga me tuæ humanitatis atq; dignationis, quum me non fortuitò, verum (vt arbitror) prouisò locus ille quietus & solitarius ac proinde meditationibus aptus haberet, quo & ipse tumultus aulicos religiosa deuotiõe declinans solennitatem spiritussancti (nempe pẽtecostalia gaudia) deuotissimè celebraturus aduenera. Vbi quum inter sacra cõtemplarer non solum in antistite, verum etiam in domesticis specimen synceræ Christianæq; pietatis, mecum ipse reputare cœpi mirum haud quaquàm esse si in illa magna Cæsaris aula (quæ & si te illustrat, veruntamen tu magis illam) probitatem atq; religionem vel primo loco haberi, vbi inter egregios heroas præsul talis elucet. Libet autem in te dei dona & agnoscere pariter & venerari. Cœlesti namq; fauore accessit tuæ claritudini vnà cum eruditione eximia dignitas sublimis, cui inter venerandos antistites cœlitus data est sacra sedes illa antiquitate sua venerabilis, sedes (inquam) sanctorum antecessorum tuorum Amandi, Vvillibrordi, & aliorũ (quos recensere longum esset) insigni quondam pietate & immortali gloria famosa, celebris & illustris. Sanè placuit ei qui te suæ gratiæ donis abundè decoratum illustrauit vticq; accensam à se lucernam non sub modio delitescere, verum quo multis luceas hoc ingenti candelabro sublimare. Non solum autem hæc & alia huiusmodi gratuitá dei munera, quin etiam & nata-

les

14 090

2536 b 1959

les non parum tuæ adiiciunt claritati. Nec enim contemnenda est etiam in sanctis nobilitas originis. Nam (vt cæteros taceam) & b. Lucas in Euangelij sui exordio sancti præcursoris domini vitam & opera descripturus, ab ipsius auita generositate (repetitis longè antè progenitoribus) intentam narrationem orditur. Nempe, teste Boetio, vel hoc vnum est in nobilitate bonum, vt nobilibus imposita necessitudo videatur ne à maiorum virtute degenerēt. Quis autem ignoret egregiam illam & illustrem in antiqua Batauorum gente quæ te ædidit familiam? Sed quid illustrium progenitorum tuorum nobilitatem commemorem? quandoquidem te fauor cœlestis morum præstantia, probitate vitæ, consilio atq; prudentia, religione & fide, & quod his maius est singulari in deum pietate, eousq; prouexerit vt non immeritò quemlibet è magnis illis retroacti temporis patribus te referre fateamur. Age ergo & his in te collatis donis horum autori deo indefessè (vt facis) perpetuò placere contende. Porrò venerande præsul & si eximia tua dignitas nostris haud quàm obsequiis egeat, quia tamen ita fert animus pro tua erga nos clementia & humanitate, opusculum hoc quod iam dudum in sancta Euangelia dominicalia conscripseram & nunc demum non modo primorum nostri ordinis prælatorum, quinetiam venerandorum atq; doctiss. magistrorum nostrorum D. Rurardi insignis vniuersitatis Louanien̄ Cancellarij suorum̄q; venerabilium collegarum autoritate est æditum, eidem V. reuerendissimæ dignitati deuotus offero, nuncupo, dedico. Si tibi vnī probatum fuerit, facilè contemsero supercilios a iudicia tetricorum. Quin etiam (vt reor) ampliss. tuæ diocesis clerus numerosus eo lubentius hęc amplectetur, quo sub nomine sui antistitis cognouerit prodiisse. Reuerendissimam tuam dignitatem longæuam nobis & incolumem Christi Iesu Domini nostri clementia tueatur. Anno salutis humanæ Millesimo quingentesimo quadragesi-
mo primo, die mensis
Decembris
decima.

Eorum quæ in opere sequenti sparsim tractantur compendiosus Index Alphabeto digestus.

ABbatis Ioachim delirium 22 K
Abominationum apud Ezechielem figura 138 O
Abraham vt diem Christi vidit 200 I
Abraham vt deum pascit Ibidem.
Aduentus Christi duplex 11 A
Aduentus Christi in maiestate 19 C D
Aduentus Christi tempus Iudæos cognouisse 35 C
Aduersitas prosperitate salubrior 96 B
Adulatores quales sunt 31 E
Affectio duplex, commodi & iustitiæ 120 A A
Amantium mos 203 C
Amen, quid sit 22 K
Angelis etiam vt per Christum salus 9 M
Angelorum ministerium in die iudicij 20 E
Angelorum & prophetarum officia vt differunt 32 H
Angelꝰ resurrectionis nũtius qua specie apparuit 207 L
Angelus Christi resurrectionẽ primus prædicat 208 O
Angelum malum quo signo dinoscas 207 N
Animæ fideli quanta fit gratia 75 L
Animæ pereuntis typus 269 R
Animas suas vẽdũt, perdũt, impignorãt, gratis dãt 112 I K
Anna prophetissa commendatur 50 P & inde
Annæ de Iesu confessio 52 S
Animæ peccatricis typus 4 I
Apparitionis Christi tempus, locus, modus, 239 A
Apostolis vt Christi virtus cooperata 7 F
Apostolorum vestimenta, myst. 7 G
Apostolos quæ ipsi faciebant non intellexisse 7 G
Apostolorum annona qualis 184 Q
Apostolorum obedientia 185 A
Apostoli ad quid in mundum missi 244 O
Apostolos cæteros æquè vt Thomam dubitasse 248 C
Apostolorum vt post tristia gaudium 264 F
Apostoli quando adhuc vtres veteres 277 K
Apostoli vt de Christo testificantur 290 E
Apostolorum vitæ integritas 201 G
Apostoli cur Christum spiritum esse putabant 224 G
Apostoli quando necdum intelligebãt scripturas 228 Q
Aqua quibus in sanguinem vertitur 80 M

Aquæ

Aquæ Iericho vt sanatæ, myst. 266 K
Aquæ Marath vt dulces effectæ 267 M
Architriclino cur primum ferri iubetur 80 K
Arma diaboli & spolia 174 P
Arrogantes sibi falsò scientiam arguuntur 67 B
Arundo, moraliter 30 C
Asina cum pullo alligata, myst. 3 G
Aselli vt sessor diabolus 4 I
Asellus ante ianuam in biuio 4 K
Asellus vt plurium dominorum, myst 4 K
Assentationis notam vt Christus vitauit 29 A
Atrium & pax diaboli 174 P
Auarus, vt aspis surda 130 O
Auari mens spineto similis 131 P
Auari quidam cur Christum sequuntur 182 L
Auari, vt malè tristes 271 V
Auctoritate clauium qualiter vtendum 245 Q R
Audacia præsumptionis exemplo compescitur 63 G
Audit quæ quisq; libenter 193 E

BAlaam quid optauit 131 Q
Baptiso in aqua, expenditur 39 C 42 H
Baptismus Ioannis quid valuit 41 C
Baptismus Ioannis qualis fuit 41 D
Baptismi virtus non à ministro 41 D
Baptista singulariter cur Ioannes est dictus 41 E
Baptizat in salutem solus Christus 41 E
Beelzebub describitur 170 E
Benedictionis genus triplex 46 F
Benedicendi præscripta forma 46 F
Benigna Christi solicitudo 121 B
Bestiæ infernalis inuasio clamare compellit 162 G
Bethabara legendum Ioan. 1. pro Bethania 43 K
Bella & seditiones in mundi fine 12 E
Bini cur discipuli mittuntur 211 A
Blasphemus in Christum Iudæorum furor 193 F
Bona ex malis elici 107 O
Bona infima qualiter petenda 281 C
Bona item media & summa qualiter petenda 281 D
Bonarum cogitationũ & malarum differens origo 225 H
Boni cur tentatione pulsantur 99 H
Boni cur Christum sequuntur 183 M
Bonis vnde pernicies 99 H

Bonorum contubernium sectandum 247 B
Bonus pastor vt ante oues vadit 236 H
Bonis in hac vita consolatio triplex 265 K
Bonitas pastoris erga oues in vocando 255 G
Bonitas pastoris in educendo 255 H
Botrus vt è spinis colligitur, myst. 258 N

CAnes, moraliter 166 P
Caro & sanguis tripliciter dicuntur 242 I
Carnis Christi virtus 85 I
Castelli nomine cur Ierosolyma denotatur 3 F G
Chananæa mulier, cuius typus 160 C D
Chananææ fides spectanda 160 D
Chananææ virtutes imitandæ 164 K
Chananææ supplicis humilitas & fides 165 O
Chanançã supplicantẽ cur Christus dissimulit. 166 Q
Cæci, claudi, leprosi, & cæteri myst. 27 L
Cæcus mente vt palpare recusat 140 C
Cæcus cur christum sequi permittitur 144 M
Cæcum cur christus interrogat 143 I
Cœlum & terram transire quid sit 22 L M
Centurionis laus 89 A
Centurionis pietas singularis 90 C
Centurionis fides & humilitas 92 F
Centurionis prudentia 92 G
Clamare in oratione quatuor compellunt 162 F
Clamor christi ad quos 126 F
Cognitio triplex, sui, seculi, dei, 102 C
Constantiæ documentum 89 G
Cophini duodecim, myst. 190 I
Corpus christi glorificatum, quale 249 F
Corruptionis morum indicia 15 N P
Credere contingit dupliciter 216 C
Christi ingressus in Ierusalem quid significat 1 A
Christus vt ad passionem properat vltroneus 2 C
Christus vt pacificat, illuminat, sanat, 2 D
Christus tam pullum q̃ asinam equitauit 8 H
Christus vt venit in nomine patris 9 M
Christus sol iustitiæ vt obscurabitur 14 L
Christus cur medius Iudæorum stetisse dicitur 42 F
Christus non nisi Ioanne tradito prædicat 42 G
Christus vt Ioanni anteponitur 42 H
Christus quibus in ruinam 40 G

Christus vt in resurrectionem 47 I
Christus in pueritia quis esset vt aperire cœpit. 56 H
Christus vt parentibus obediens 67 D
Christus vt descendit 68 E
Christus cur venit ad nuptias 72 C
Christus vt ad seruum venire præsto 90 D
Christus Helia & Moyse maior 99 K
Christus vt varie traditus 135 F
Christus vt illusus. Ibidem H
Christus vt indigne occisus. 136 H
Christus cur vitam egit popularem 146 C
Christus cur ieiunauit 148 G
Christus cur esuriit 149 I
Christus vt non vltra. 40. dies debuit ieiunare 148 G
Christus vt à diabolo assumptus 154 S
Christus num solis Iudæis missus 163 H
Christus vt ad perfectiora prouocat 188 E
Christus tria fecit imitanda. Ibidem
Christus vt de sua securus innocentia 191 A
Christus vt maior quàm Abraham 200 H
Christus post resurrectionem cum discipulis tantum con
uersatus 253 L
Christus animam suam pro nobis dedit ad tria 254 E
Christus vt nos dilexit 154 E
Christus vt pro nobis fideiussor. Ibidem.
Christus vt ad patrem vadit 286 D
Christus quibus præsens est 211 B D
Christus cur ea quæ nouit interrogat 214 H
Christus vt typis prænuntiatus 216 A
Christus vt tenendus 219 K
Christus cognitus cur mox disparuit 220 N
Christus iam immortalis vt comedit 227 M N
Christus vt peregrinus, hortulanus, mercator. 234 H I
Christi mira dignatio 72 C E. 226 K
Christi munificentia in nuptiis 79 I
Christi potentia singularis. Ibidem
Christi q̃ præsto beneficentia 86 L M
Christi iniuriæ vt compensatæ 136 I
Christi contempti typus 138 N
Christi potentia vt in resurrectione manifestata. 208 O
Christi mysteria vt prænuntiata 228 P
Christo testimonium operum 26 I L M N

Christo, forti testimonio opus fuisse. 59 P.
Christum se Dominus quando vocari vetuit 25 E, F
Christum verè Messiam esse. 32 G
Christum in pueritia nulla signa fecisse. 56 G
Christum nihil de non subiacente materia fecisse. 77 C.
Christum qui mysticè concipiunt & pariunt. 177 X
Christum aliter mitti, & aliter spiritũ sanctum. 289 B C
Christum discipuli peregrinum putabant. 214 G
Christum pati & resurgere vt oportebat. 229 R.
Christianorum ingratitudo 137 L
Cubile diaboli. 175 S.
Cubitus duplex, geometricus & vsualis 236 M

DAmnationis reproborum indicia 16 Q
Dauid vt seruum Ægyptium lassum reficit 90 C
Dauid regis misericordia 141 E
Deitatis Christi signum. 4 K.
Deliciæ vt mentem indurant. 129 M
Dæmonium mutum & cæcum 168 B
Dæmonum concordia 172 K
Dæmonium habere Christũ cur Iudæi blasphemãt. 194. H
Denarius mysticè 111 G
Denarius vt regis habet imaginem. Ibidem
Desperantes vt male tristes. 271 V
Deus nequaquam dicendus diaboli deus 156 V
Deum qui ignorare dicuntur 199 G
Deum se esse vt Christus insinuat. 201 L
Diabolus vt malos immiscet bonis. 103 D
Diabolus vt seminat in alieno 103 E
Diabolus cur Christum tentauit 150 L
Diabolus de Christo vt dubitauit. Ibidem
Diabolus vt Christum obseruauit 150 M
Diabolus Christum cur tribus modis tentauit 151 M
Diabolus à Christo primus miraculum flagitat. 152 P
Diabolus vt scripturam allegat 155 T
Diabolus vt è cœlo abiectus 168 A
Diabolus in hoc mundo vt tria sibi vsurpauit. Ibidem.
Diabolus vt vsurpatis per Christum spoliatus. Ibidem
Diabolus aduersarius pacis 224 F
Diaboli astus 104 G
Diaboli semen cauendum. 124 E
Diaboli satellitium vt congregatur. 138 O
Diaboli commercium omnino vitandum 152 P R

Diaboli vocem hinc pernosce. 154 S
Diaboli suggestio futilis 155 T
Diaboli arrogantia mendax 157 Y Z
Diabolo locus commodissimus. 131 P
Diabolum in tentationis certamine vt CHRISTVS vicit. 156 V. Digitus dei. 173 N
Dignatio dei erga nos. 110 E
Discipuli duo à Bethphage missi, myst. 3 F
Discipuli vt Christum suscitant dormientem 97 D
Discipuli cur Christi verba non intelligunt. 136 K
Discipuli cur Christum non agnoscebant 213 E 233 F
Discipuli vnde tristes. 213 F
Discipuli stultitiæ & tarditatis arguuntur. 216 A B
Discipuli cur ibant piscari. 231 B
Discipulis suis infoelmandis vt Ioannes interrogat. 26 G
Discipulorum Ioannis contra Christum zelus. 23 B
Discipulorum fides minor arguitur 97 E
Discipulorum trepidantium qualis de CHRISTO confessio. 214 H.
Dispensatio CHRISTI erga supplicem Chanaeam. 161 E
Disputationis pueri Iesu in templo subiectum. 62 E F
Diuites vt Euangelium fastidiunt. 29 N.
Diuitiæ vt pungunt. 130 O.
Diuitiarum contemptores beati. Ibidem.
Diuinitatis Christi argumentum 228 Q
Docentis Christi modestia 277 L
Doctor qualis *Christus* 229 Q 287 F
Doctorum ruina. 15 M
Doctorum de puero Iesu admiratio. 63 H.
Doctorum præsente Iesu socordia. Ibidem.
Doctrinam Christus vt miraculo confirmat 82 B
Doctrina quadret auditoribus 277 L
Dominus vniuersorum Christus. 5 L
Domini sint erga seruos clementes 90 C
Domos quorum Christus ingreditur. 91 E
Dominica dies vt sabbato præstantior 204 F
Doloribus affecti vt Christum sequuntur. 182 M.
Dormitio Christi in naui. 96 C
Dormit Christus quibus. 99 H
Dubitantium de Christo discipulorũ colloquium. 212 B
Ductus Iesus à quo spiritu in desertum 145 A

Ecclesia,ciuitas super montem 2 E
Ecclesia & hæreticorũ conuenticula sic differũt.175 R
Ecclesiam contra,quæ fieri permittit deus 50 O
Ecclesiam vt semper docet spiritussanctus 277 M
Ecclesiam errare non posse. Ibidem
Ecclesiæ vnitas per quid 229 S
Ecclesiastica potestas in contemptum 15 N
Efficacia verbi Christi 143 L
Electi cur cadere permittuntur.250 G
Electi,foras è synagoga malignantium 293 I
Electi vt omnes magni 237 P
Electis promissa tempore iudicij consolatio 20 F
Electorum piscationis typus 234 H
Electorum numerus dupliciter consideratur 120 AA
Elementis vt Christus imperat. 98 E
Emptores eorum quæ in foro prostant 111 H
Ependites,quid. 235 L Episcopi gloria 255 F
Equi diaboli qui 7 E
Eradicatio hominis myst. triplex 106 M
Erroris Manichæorum occasio 105 K
Error circa Christi conceptionem confutatur 177 V
Error Græcorũ de persona spiritussancti eliditur 289 C
Esca non esse opus post resurrectionem. 227 N
Esuries Christi moraliter 140 K
Ætatis Iesu differentiæ 55 E
Euangelium ne erubescas 44 A
Euangelium quibus in ruinam 47 K
Euangelia prudenter concordanda 53 T
Euangelistæ consulto testimonium matris Christi tacuerunt. 204 D
Exemplum imitationis Christus 255 F
Ex deo esse vel non 192 D
Exorcistas tempore Christi dæmones eiicere solitos, falsum. 173 M.
Expostulatio Christi metuenda. 224 M
Facultates ecclesiæ ad quid 155 F
Fames ante iudicium vnde 13 F
Fœnum mystice 186 B
Feris homines sæuiores 242 H
Fermentum in tria sata farinæ 268 O
Festos dies abrogantium impietas 55 C
Festi dies quomodo celebrandi. Ibidem.

Festi dies vt temerantur. 55 D
Fictio non omnis mendax 218 H
Fides vna priscorum & sequentium 9 L 115 R
Fides Centurionis magna. 90 D
Fides apud deum quàm sit pretiosa 93 H
Fides Centurionis vt à Christo commendatur 93 H I
Fides quanta possit 95 M 167 R
Fides pressuris crescit 142 H
Fides sic differt ab hæresi. Ibidem
Fides supplicantis qualis esse debet. 167 S
Fides popularium erga Christum elucet 169 D
Fides nostra vt Christi resurrectione firmata 208 P
Fides duorum discipulorum spes & collapsa 215 K
Fidei Christianæ stabilitas. 22 L
Fidei Christianæ v. contradictum 48 M
Fidei nostræ vt Christi resurrectione consultum 262 B
Fidei nostræ quanta attestantur 291 F
Fidei Christianæ inuicta veritas 202 H
Fidelibus quæ procellæ suscitantur 96 B
Fidelibus saturatis Iudæus inanis 190 I
Fidelium iustitia 275 G
Fiducia nobis vnde 99 I 145 B
Figuræ de Christo variæ 217 F
Figurales ceremonias num Christus seruare iubet 88 Q
Filia Sion ecclesia. 5 A
Filios plerunque à parentibus degenerare 51 Q
Finis mundi num præsciri possit. 18 A
Flere & plorare vt *differunt* 264 E
Fortis armatus. 174 P
Fractione panis vt Christus cognoscitur 222 Q
Fragmenta ne pereant. 189 H
Fragmentorum collectio 189 G
Fugere licet pastori quando. 258 O
Futuri sceleris scribarum indicium 169 E
Furentibus Iudæis vt Christus cedit. 201 L

GAlilææ quo loco & quando discipulis Christus redi-
uiuus apparuit. 209 S
Gaudent vnde Iudæi 205 G
Gaudium quod nemo tollit 269 P
Gaudium plenum vt petendum 284 K L
Gaudium mundi pernicioſum 262 F
Gaudium triplex, naturale, seculare, spirituale 287 M

Gaudia mundi vt luctus sequitur. 265 G
Gedeonis vellus cuius rei figura. 163 I.
Gehennæ terror in oratione clamare facit. 162 F
Gemina dilectione pastor bonus. 259 P
Gentiles Christo æquè æstimati vt Iudæi 260 S
Gentium fides vt maior q̃ Iudæorum 93 I.
Gentium conuersio vt à Christo prænuntiatur. 94 K
Gentium fides vt commendatur 251 K
Gentilium obiectioni respondetur 243 K
Gladius qui Mariæ animam pertransiuit. 49 N
Gladius ille q̃ acerbus 49 O
Gladius quo diabolus læditur 153 Q
Gladius iudicñ vt terret 162 G
Glorificare seipsum quid 108 E
Glorificauit vt filium pater. 108 F
Gloriæ Christi futuræ typus. 179 D
Gloriam suam non quæsisse Christum 105 L
Gloriam filñ vt pater quærit. 106 M
Gloriandum non esse de donis dei 87 O
Gloriatio Ezechiæ vt punita. Ibidem
Gula etiam in esca vili. 151 N
Gula quàm pernicioſa. 152 O
Gratia spiritussancti vt pios solatur. 266 L
Gratias vt agit Christus 187 G
Gratiarumactionis materia 190 K
Gratia amissa qualis sit homo. 4 I.
HEliæ cum Ioanne similitudo 37 H
Hæreses, vt domus super arenam 277 M
Hæreticus vt diaboli receptaculum. 175 S
Hæreticus hinc erubescat 229 T
Hæretici vt fidei contradicunt. 48 M
Hæretici bona opera negantes confutantur 110 F
Hæretici cuiusque insultantis typus. 138 N
Hæreticis nunc quod olim Iudæis accidere. 67 C
Hæreticorum contra Christum insania 15 L
Hæreticorum impietas inexcusabilis. 51 R
Hæreticorum excæcationis causſa 67 C
Hæreticorum vt falsitas conuincitur 113 M
Hæreticorum vnde ruina 47 K
Homo vt mutatur 23 M
Hominem vt vitia transformant. 103 F
Homines quidam carnales vt Christũ sequuntur. 182 L

Hominum dolenda peruersitas 65 O
Hominum diuersimoda conuersio 94 K
Hominum elucet ingratitudo 100 K
Hominum genus vt deprauatum 120 AA
Horæ diei vt in scripturis accipiendæ 115 R
Horarum diei significatio 112 L
Horror de Christo mortuo nullus 203 C
Humana in forma cur Christus iudicabit 19 B
Humanitas in Christo vera probatur 176 V
Humilitas Christi 1 B
Humilitas Christi benigna 212 D
Humilitatem ab Iesu discę 63 G
Hydriæ quid mystice 77 D E F
Hydriæ vacuæ 78 G
Hydriæ aut vento aut veneno plenæ 79 H
Hypocritæ vt similes arundini 30 C
Hypocritæ malè tristes 271 V
IEsus vt crescebat 53 V
Iesus vt puer & vir 54 Y
Iesus vt vitam suam disponebat 54 Z
Iesus cur ignaris parentibus remansit 57 I
Iesus quo loco reperitur 58 N 61 B
Iesus vbi quærendus 59 O
Iesus amissus vt requirendus 59 O R S 64 K
Iesus cur agitur in desertum 145 A
Iesus cur inter homines conuersatur 145 B
Iesus cur in littore stetit iam immortalis 232 E
Iesu ætati vt sapientia iungitur 53 Y
Iesu perdito vt parentes excusantur 57 H
Iesu amisso parentum consternatio 57 L M
Iesum qui non inuenient 58 N
Iericho ciuitas latrociniis infamis 140 A
Idolatriæ prima occasio 170 F
Incredulitas exordium vitiorum 274 F
Incredulitatis peccatum vt graue 230 G
Incredulorum cæca peruersitas 275 F
Infidelium vt ignorantia contumax 294 L
Ingratitudini humanæ retaliatio 100 L
Inuidiæ typus 270 T
Inuidiæ descriptio. Ibidem.
Inuitari vt vult Christus 218 I
Inuitari per Christum quàm desiderandum 237 P

Incipi

Incipiendum cur ab Ierosolymis 229 S
Ioannes vt Christo fidelis 24 B C
Ioannes vt moribus & vita spectabilis 29 B C
Ioannes vt Heliæ similis 30 D
Ioannes vt plusquàm propheta 31 F
Ioannes vt angelus 32 G I
Ioannes vt Christo viam præparauit 33 I
Ioannes stellæ matutinæ comparatur 33 K
Ioannes vt confessor 36 G
Ioannes cur vocem se esse dicit 38 M N
Ioannes vt vox clamantis 39 O
Ioannis constantia 31 E
Ioannis inter diuos eminentia 33 K
Ioannis erga Christum sinceritas 34 A B
Ioannis apud Iudæos quanta authoritas 38 L
Ioannis humilitas 36 G 43 I
Ioannem de Christo nil dubitasse 25 F G
Ioanne tradito, primum cœpisse Christum 23 A
Iordanis mysteria 43 K
Iosephi de Ioanne testimonium 35 D
Iudaica vt patet perfidia 144 L
Iudæi vt præsto Ioannem pro Messia recipere 35 C
Iudæi vt in lapidem offensionis impegerunt 47 H
Iudæi cur eiiciuntur in tenebras 94 L
Iudæi vocatione primi, gentiles vltimi 118 Y
Iudæi vt Apostolis perspicatiores 150 K
Iudæi cur à filiis iudicandi 172 L
Iudæi vt domus vacans 176 T
Iudæi vt Deum non cognouerunt 199 G
Iudæi vt iustè à Deo derelicti 201 L
Iudæis auspicio sinistro Christus in gentium fines secessit. 159 A
Iudæis antiquum signis gloriari 171 H
Iudæis vt diabolus dominatur 6 D
Iudæorum cæcitas 8 H
Iudæorum contra Christum inuidia 34 A
Iudæorum expectatio vana 35 C
Iudæorum perfidia vt patuit 90 C
Iudæorum de Christo iudicium peruersum 172 L
Iudæorum populus, puer stultus 185 Q
Iudæorum persequutio non diuturna 293 L
Iudæos quid in Ioanne offendebat 35 D

Iudæos habuisse dæmonium 175 S
Iudicem Christum cur angeli comitabuntur. 19 D E
Iudicium de homine particulare 11 B
Iudicium quæ præcedunt signa 12 E
Iudicij vniuersalis ratio 11 B C
Iudicij dies, cur dies domini 12 D
Iudicij terror quantus 17 S T
Iumenta Christi qui sunt 7 E
Laborandi dies quousque 111 F
Lamenta insontium 16 N
Lapis offensionis Christus 47 H
Lapidi remouendo cur non venerunt discipuli 205 H
Lapidem sepulchri angelus reuoluit 206 I
Latere cur Christus voluit 160 B
Latria & dulia vt differunt 158 Z
Lepra vt peccati typus 84 E
Lepræ incommoda 84 F
Leprosus cur se iubetur ostendere sacerdoti 87 P Q
Leprosus moraliter 88 R
Leprosi deprecatio 83 C
Leprosi fides 83 D
Leproso mundato tria præcipiuntur à Christo. 89 N
Leprosum Christus cur tactu mundauit 85 I
Leprosum Christus cur tetigit 85 K
Leprosorum leges 84 G H
Lex triplex, quasi triplex semen 113 D
Legis & gratiæ distantia 226 L
Legis æmulatorum error 293 K
Legisperiti vt inexcusabiles. Ibidem.
Lætitia quæ in tristitiam vertitur 269 R
Lætitia quæ in lætitiam commutatur 269 R
Liber de infantia Iesu apocryphus 65 N 81 N
Liberum arbitrium quando captiuum 4 I
Longanimis expectatio dei 106 N
Lucam non fuisse de numero. 72. discipulorum 211 A
Lugubris officij ratio 108 A
Luna vt mutatur in sanguinem 15 N
Lupus vt rapit & dispergit oues 258 M
Lux cur maximè petenda 143 K
Malum vnde 105 K
Malos cur sustinet deus 106 M
Malorum omnium causa gemina 102 D

Mani

Manichæorum error confutatur 184 P 224 G
Manſuetudo Chriſti imitanda 194 I K
Manus & latus cur Chriſtus oſtendit 225 I 242 I
Mare & nauicula myſticè 100 L
Mare Galileæ Chriſtus cur abiens tranſit 178 A
Maria & Ioſeph Ieſu parētes differēter appellātur. 44. A
Maria qua ratione mater Ieſu 44 B C
Maria Dei & hominis mater 45 C
Maria non Ioſeph cum filio expoſtulat 64 I
Maria cur Ioſeph patrem Ieſu nominat 64 K
Maria cur filio de vino ſuggerit 73 F
Mariæ dolor Ieſu amiſſo 59 P
Mariæ prudentia 69 I K
Mater Chriſti vt monet miniſtros 76 A
Mater Chriſti cur nobis exoranda 76 M
matris Chriſti & dei patris vt verba conſonāt 76 A
matri ſuæ Chriſtum tediuiuū ſe primū oſtēdiſſe. 204. D
matrem Chriſtus vbi ignorat 74 I
matrem Chriſtus vbi agnoſcit 75 K
matrem Chriſtus vt honorauit 68 E
medicus benignus Chriſtus 73 D
medium vt ſemper Ieſus tenuit 240 D E
mendacium ineptum vt emerunt Iudæi 206 I
mercenarius quis ſit 256 I
mercenarius ſocius furum 256 K
mercenarius non eſt paſtor. Ibidem.
mercenarius à paſtore ſic differt 257 L
mercenarius vt fugit. Ibidem. & 258. N
mercenarius vnde arguitur 257 L
mercenario non ſunt oues propriæ. Ibidem.
meriti magnitudo penes quid ſumitur 116 S
metaphora mulieris parientis applicatur 268 N
meſſiæ nomen qui vſurparunt 36 F
militaturi Chriſto vt coadunantur 128 O
miraculum Chriſti primum, matre perente 152 P
miraculo panum vt tempus congruebat 180 F
miſereri vt proprium deo 142 F
miſeretur quo modo ſuper turbas Chriſtus 181 K
miſericordia dei & iuſtitia 110 E
moyſi manus vt leproſa, myſt. 260 T
montem cum Chriſto qui aſcendunt 82 A
mors triplex 196 N

Mortis Christi tempus 179 E
Mortuos non esse qui viuunt deo. 197 C
Mons Oliuarum, mystice Christus 2 D
Mulieres sanctæ vt in lachrymis perrigiles 203 A
Mulieres sanctæ cur ad sepulchrũ obstupuerunt 207 M
Mulierum sanctarum pium obsequium 203 B C
Mulierum piarum per angelum consolatio 207 N
Multiplicationis panum modus 188 F
Mundus vt per spiritumsanctum arguitur 275 F
Mundi termino prænosticando, similitudo. 21 H
Mundi in fine seductores multi. Ibidem.
Mundi finis ruina. Ibidem.
Mundi mutatio calamitosa 23 M
Mundi ætates 123 N
Mundo renuntiantes curam parentum deserant 76 A
Murmur operariorum vineæ, quid. 116 S
Mutus tribus modis, mora. 169 C
Murmur Iudæorum contra Gentes. 117 X

NAuigare & periclitari, myst. 101 N
Nazareth in monte Christum discipulis apparuisse 210. V.
Negatores suos vt Christus negat 259 Q
Nobilitas quid sit 51 Q
Nomina quibus spiritussancti persona exprimitur 288 A
Nouissimi in opere, in mercede primi 114 Q
Nouissimi primi & econuerso exponitur 118 Y
Nuptiæ Christi, myst. 71 A
Nuptiis cur interesse rogati Iesus & Maria 73 E
Nuptias non adeant viri religiosi 73 D
Nuptias ad quas & ipsi vocamur 75 L

OBedire nolentes parentibus vt puniuntur 69 G
Obediendum parentibus. Ibidem.
Obedientia Christi 1 B
Obedientiam vt nobis Christus commendat 68 F
Obedientiæ fructus vt apparuit 223 G
Obitus sanctorum non funebris sed natalicius 268 O
Occasio mali vt ex bono rapitur 48 K
Ocium vitandum exemplis 113 O
Ociosi arguuntur 113 M
Ociosi qui sint 113 O
Oculus intentionis qualiter subleuandus 180 H
Oculus sinister vt claudendus 181 H

Oculus dexter vt aperiendus 181 I
Oculi discipulorum vnde tenebantur 213 E
Oculorum Iesu pia subleuatio 180 G
Occulta cordis vt cernit Christus 263 E
Oliua, myst. 2 D
Olla Heliſæi, myst. 266 L
Omnem veritatem hic non posse comprehendi 276 K
Opera bona vt celanda 86 N
Opera perfidorum huius temporis 110 E
Opera Christi parabolas fuisse 128 I
Opera bona quibus celanda 153 R
Opera Christi operibus diaboli vt contraria 172 Q
Operatio dei gemina 205 G
Operando bona vt illuminamur 220 M
Operariis meredem reddere vt Christi est 114 Q
Operum iustitia defenditur 110 E
Opinio discipulorum Christum non moriturum 263 C
Opus dei Christus ostendit cæteris præferendum 75 I
Opus sermoni sit præuium 214 H
Opus inter & opus vt distinguendum 232 C
Oratio & ieiunium commendantur 51 R
Oratio exaudiri indigna 282 F
Orationi necessariam esse perseuerantiam 283 I
Orationi impedimentum triplex 281 E
Orantes quidam cur non exaudiuntur 280 B
Orantes quosdam exaudiri ad perniciem 282 E F
Orantes peccatores num exaudiantur Ibidem
Orantes pro indignis non exaudiri 283 G
Oranti triplicem esse vitandam malitiam Ibidem H
Orantibus petita interdum differri 282 G
Ore tantum negasse Petrum 292 I
Osanna quid sit 9 L
Ostentationem vt Christus vitauit 87 N
Ostia per clausa vt Christus intrauit 239 B 249 E
Oues vt mercenarium sustinent 257 L
Oues vt propriam amant perniciem Ibidem
Oues stultæ, quæ. 260 S
Oues errantes vt reductæ 261 V
Ouibus pro defendendis vt Christus stetit 260 R
Ouibus suis adducendis vt bonus pastor laborauit 260 T
Ouile vnum & vnus pastor 261 V

PAx per Christum triplex 241 G
Pax diaboli qualis 174 P
Pax cum deo, cum homine, cum semetipso 223 D E
Pacis impedimenta 224 E
Pacis aduersarius diabolus Ibidem F
Pacem homini vt natura suadet 242 H
Pacem vt Christus adnuntiat 223 C
Pace qui carent 242 G
Patientiæ exemplar Christus 196 M
Palmarum & ramorum mysteria 9 K
Panes nouos cur non creauit Christus 187 C
Panis triplex petendus 189 H
Paracleti ratio 288 A
Parabolas intelligendi modus 117 V
Parabolicè cur loquitur Christus 122 C
Parentes Iesu vt benedicuntur 46 E
Parentes Iesu vt legem perfecerunt 52 T
Parentes cur honorandi 69 H
Parentum Iesu vnde admiratio 45 D
Parentum Iesu religiosa deuotio 54 A B 55 F
Parentibus Iesus in quibus subditus 68 G
Paruulis prodesse fidem Ecclesiæ 167 T
Pascit tripliciter Christus 184 O
Pastus triplex 253 C
Pastoris bonitas ex tribus patet Ibidem C D E
Pastoris Christi typum vt Dauid gessit 254 D
Pastor bonus Christus 252 A B
Pati Christum vt nobis expediebat 273 D
passionis Christi causæ multæ 217 D
passionis Christi typus 100 M
passionem suam Christus cur sæpe prædixit 132 B
passionem Christi adgrauant, quæ. 133 C
passionis Christi nos conuenit reminisci 133 C
passionis suæ Christus cur signa seruauit 243 K
passione Christus vt exaltatus 134 D
passione sua Christus prophetias impleuit Ibidem E
passum Christum vt sequamur 133 C
passionum Christi & Ioannis inter se distantia 178 A
pater Iesu alius à Ioseph 65 L
pater vt amat credentes 285 B
paterfamilias deus qualiter exit 109 B
paulus cur manibus suis operatur 231 C

Paupertas Christi elucet 1 B
Pauperes Christus primus beatificat 28 N
Pauperes euangelizari, quid sit. 28 M N
Peccatum deo quantum displiceat 139 Q
Peccati causſa 105 K
Peccati in ſpiritum ſanctum grauitas 170 F
Peccator vt cæcus & mendicus 140 B
Peccator deterius mente cæcus q̃ corpore. Ibidem.
Pœna Arrij cur nondum terminata 12 C
Peregrinus myſticè, quis. 234 I.
peregrini vt inuitandi 219 I
Peſtilentiæ vltrices à domino 13 G
Petendum in Chriſti nomine 280 A
Petrus cur negare permiſſus 209 R
Petrus virorũ primus rediuiuum videt Chriſtum 221 P
Petrus vt ſibi typus 235 L
Petrus quorum fuit figura 237 O
Petro cur ſpeciatim Chriſti reſurrectio nuntiari præcipit
piſcis aſſus, myſt. 227 O (209 R
piſcatur & ad dextram & ad ſiniſtram 233 G H
pondus diei & æſtus 116 R
prandium diſcipulis vt per Chriſtum præparatũ 236 N.
preces commendant, quæ 165 M N
precum inſtantia commendatur 165 M
prædicare quibus iniunctum 126 F
prædicator longanimis ſit 124 G
prædicator qualis eſſe debet 139 P
Prædicator adſentator, quis. 152 N
Prædicator hoc attendat 220 M
Prædicatori fiduciæ exemplum 5 L
Prælati taxantur 182 L
Prælatorum munus 186 A
Preſſura Gentium ante iudicium vnde 17 R S
Principis ſecularis munus 16 O
Principes iniqui arguuntur 16 O
Proficere ſe in ſpiritu vt homo neſcit 54 Z
Prophetarum officium 37 I
Prophetiſſæ mulieres 50 P
Pſeudoprædicatorum frequens auditorium 28 O
Puer Ieſus quid egit in templo 62 E
Puer Ieſus qualis 65 N
puer Ieſus vt proficiebat 70 L

puer Iesus vt ætati se conformauit 70 M
puer Iesus quale pueris exemplum dedit 57 I
pueri quibus rebus adsuefaciendi 55 F
pueri quales futuri sunt, prænostica. 56 G
pueri num parentes suos relinquere possint. 57 K
pulmentarium quid. 233 F
puluis vt excutiendus 191 A
purificationes Iudæorum 76 B

QVdraginta diebus cur ieiunauit Christus 148 G
Quadragesimæ ratio 149 H
Quadragesima vt præfigurata Ibidem
Quadragesimale ieiunium cur verno tempore 148. G
Quadragesimalis ieiunij auctoritas Ibidem
Quærentes piè Iesum inueniunt 62 C
Quærenda vt sumnō studio salus 59 Q R
Quærendus Iesus quo modo O & inde 59. 64 K
Quærunt quidam impiè Iesum 62 D
Quæruntur solicitè quatuor Q & inde 59
Quæsitus à diuersis puer Iesus 61 B
Querela contra deum stulta 117 T
Quinq; panes ordeacei, myst. 188 D
Quinquagesimæ ratio 132 A
Quinquagesimæ in dominica cur Christi passionem Ecclesia commemorat 137 L M
Quinquagenarium remissionis numerum esse 132 A

REcidiui grauitas 176 T
Rectorum Ecclesiæ duo modi 236 M
Rediuiuus Christus cur nō assiduè visus discipulis 230 A
Refugia à turbis vt tria Christus habuit 246 B
Regio mortis 94 L
Rex Christus quo schemate venit in regiam ciuitatē 6 B
Regis Christi præsentia, dignitas, & propinquitas 6 C
Regis Christi aduentus causſa 6 D
Regis Christi mansuetudo & humilitas 6 D E
Regis Christi aduentus vt cum gloria 8 I
Regium nomen Christus passurus cur non refugit 10 N
Regnum Dauid vt Christus accepit 10 O
Regnum Dei vt optandum 21 I
Regnum cœlorum vt Ecclesia præsens 109 B
Regnum discors desolandum 172 K
Regnum Dei vt in Iudæos peruenit 173 O
Regna mūdi omnia vt Christo diabolus ostendit 156 X

Religiosi secularia sectantes arguuntur 59 O
Rem eandem causa nunc licitam nunc facit illicitã 72 D
Remittere peccata vt hominibus datum 245 Q
Remissio peccatorum non nisi per Christum 230 T
Reproborum in fasciculos colligatio 107 P
Reproborum typus 237 O
Resurgere Christum vt decuit 208 O
Resurgens Christus vt verum corpus habuit 240 B
Resurrectio Christi cur per mulierem nuntiatur 209 Q
Resurrectio Christi cur erat acceleranda 262 B
Resurrectio Christi vt paulatim aperitur 222 A
Resurrectio mortuorum difficulter credita 225 I
Resurrectionis suæ die Christꝰ quinquies visus 209 S 222 B
Resurrectionis Christi veritas 262 C
Retributio vt iusta & misericors 181 S
Reuelatæ cordium cogitationes 49 N
Reuerentia discipulorum erga Christum 238 Q
Ruben & Gad filij, quorum typus 185 R
Sacerdotis vitium nõ præiudicare sacramẽto 246 R
Salome, non viri nomen esse sed fœminę 203 B
Samaritanus pius, Christus. 195 I
Samaritanum Iudæi cur Christum vocitant 194 G
Salutationem Christus vt adfert nouam 241 F
Samson vt Christi typum gessit 208 P
Sanator Christus qualis 143 L
Saluari paucos 120 A A
Sapientia quondam patribus non æqualiter data 77 E
Sapientiæ suæ Iesus vt prima prodit indicia 65 M
Satellitium diaboli 175 R
Sanitate recepta cauenda ingratitudo 87 Q
Scandalum in Christo passi. 27 K
Scriptura sacra vt dulcia profert & amara 266 L
Scripturæ mysteria vt per Christum reserata 187 D
Scripturis veteribus qualiter vtendum 185 R
Scripturas sacras Iudæi vt nõ sibi sed nobis serũt 185 Q
Scripturas non facile intelligi 67 C
Seminant contraria Christus & diabolus 103 E
Seminare quid ipsi debeamus 123 F
Semen triplex seminat Christus 102 B
Semen diaboli quale 103 E
Semen diaboli cur adeó proficit 104 G
Semẽ vt in germie manifestat 104 H Semẽ triplex 126 D

Semen

Semen duobus modis recipitur 124 A
Semen secus viam 125 B 128 L
Semen super petram. 125 C 129 M
Semen inter spinas 125 D 130 N
Semen in terra bona 126 E 126 R
Semen verbi vt fructificat. 131 R
Seminator Christus vt exiit 121 D
Separare se contingit dupliciter 247 A
Septuagesimę ratio. 108. A Septuagesimę finis. Ibidē.
Sepulchri dominici schema 206 K
Sepulchro clauso Christum exiuisse 206 I
Sero mysticè 114 P.
Seruorum patrisfamiliàs obsequutio vt præsto 106 L
Sermonem Christi seruãs quo modo nõ moritur. 196. N.
Sexagesimæ ratio. 129 A Signum finis mundi. 14. K
Signum cui contradicitur, Christus 48 L
Signum cui contradicitur, vt vincit 48 M
Signum diuinitatis Christi 171 I.
Signum, num quis ex deo sit. 192 C 193 E
Signa in sole & luna 13 I
Signo Thau quis frontes signat 139 P
Signi prioris & signi posterioris mysterium 260 T
Signorum nouissimorum caussæ 14 K
Signorum à magnitudine vt Christus abstinuit. 77. C
Signorum Iesu prȩclarum initium 81 N
Sileat cur inter senes adolescens 63 F
Simeonis prophetiæ excellentia 46 G
Simeonis verba vt Christus confirmat 47 I
Situs dominici corporis in sepulchro 206 K
Solatium propter Christum afflictis 269 Q
Spem supplicantibus suppeditant, quæ. 141 E
Spiritus sanctus vt in remissionem peccatorũ datus. 245. P
Spiritus sanctus vt bis datus 246 S
Spiritus sanctus vt arguit mundum 274 E. & inde
Spiritus sanctus vt Christo consona loquitur 278 N
Spiritus sanctus vt Christum clarificat 279 P
Spiritus sanctus vt Christo testimonium perhibuit. 290 D
Spiritus sancti diuinitas defenditur. Ibidem.
Spiritus sancti operatio in discipulis 290 D
Spiritus mendacij quis 278 N
Spõsus & spõsa, myst. 72. C Sponsa Christi monet. 75. L
Stellæ vt è cœlo cadunt, mystice 15 M

Stetit Iesus, mysticè 240 C
Stetit Iesus in medio, quid. Ibidem.
Superbis signum humilitatis Christi. 171 H.
TEmeritas præsumptuosorum arguitur. 228 Q
Tempestas prouisa 96 & 97 B C
Tempestas propter malos. 101 O
Templi Iudaici altitudo. 154 S
Tempora felicia prædicatoribus. 178 B
Tentari Christus cur voluit. 146 D
Tentari vt expedit. Ibidem. Tentamur vnde 151 M
Tentat Christum diabolus de vana gloria. 154 S
Tentandum non esse deum. 155 V
Tentantium Christum perfidia 171 G
Tentatio num sit appetenda. 147 E.
Tentationis occasio duplex. Ibidem.
Tentationis modi 147 F
Tentationis diabolicæ artificium 152 O
Tentationis superatæ præmium 159 Z
Tentationis tempore quid facias. 98 G
Tentatus grauiter Ioannes, & inuentus fidelis 35 E
Tentatis vt adest Christus. 98 G Tentatis cõsolatio. 147 D
Tentatis vt diabolus cedit. 158 Z
Tentator ille Christi quis fuit. 150 M
Tentatori locus oportunus. 146 C
Tentatori quo modo resistas. 153 Q
Terrores de cœlo ante iudicium 13 H
Testatur de Christo ecclesia. 202 H
Testimonium Ioannis vt nos confirmat. 31 F 39 P 43 K
Testimonium Ioannis quantæ auctoritatis 30 N
Testimonium Christo & nostræ in ipsum fidei, quadruplex. 201 G
Testem Christi Ioannem qualem esse decebat 40 B
Thomæ absentia vt prouisa 247 B
Thomas vt Iudaici populi typus 248 C
Thomas plus credidit q̃ vidit. 251 K
Thomæ dubitatio vt profuit 251 I.
Tiberiadis ad mare cur Christus apparuit. 230 A
Timor duplex. 79 G. Timor optimus. Ibidem H.
Tolerantia Christi imitanda 201 M
Transmigrat vt salus à Iudæis ad gentes 210 T
Transit vt à Iudæis ad gentes Christus 178 Cc
Tribulatio vt compellit in oratione clamare 162 F

Tribulationibus perferendis vt electi destinantur. 224. O
Triduum amissi & quæsiti Iesu 61 A
Tristia discipulis cur Christus prædicit. 261 A 272 C
Tristitia naturalis 265 H Tristitia secularis. Ibidem
Tristitia spiritualis multiplex 265 I.
Tristitia quæ in tristitiam vertitur 270 S
Tristitia male tristium. Ibidem.
Triticum dei, qui. 107. Q Turba intētione varia. 122. B
Turba quæ cæcum clamitantem increpat. 142 G
Turba cur Christum sequitur. 179 D
VAticinia prophetarum de Christo 217 G
Venales in foro, qui. 111 I.
Verbum dei vt differenter in audientibus proficit 70 N
Verbum CHRISTVS tam indignis quàm dignis communicat 85 A
Verbum erga, tribus modis delinquitur 127 G
Verbum dei vt intelligamus. 127 H
Verbum dei cur semen vocatur. 128 K
Verbum quibusdam ad salutem, quibusdam ad perniciem 131 P
Verbi sensus quibusdam absconditur 127 I
Verborum Christi virtus. 221 O
Veritas quibus se abscondit 202 N
Veritati Christus vt attestatur. 199 G
Vestiri mollibus non caret culpa 30 D
Vestimentum suum Ioannem commendat. Ibidem.
Vestimenta sua Christo qui sternunt 8 K
Via triplici Christus ad patrem rediit 271 A
Via qua Christum sequamur. 217 E
Viam nobis vt Christus ostendit. 1 B
Victoriæ Christi typus. 11 P
Viduarum curam esse deo. 51 Q
Viduarum vitia arguuntur. 51 R
Viduis viuendi exemplum in Anna 51 Q. & inde
Videt & Christum sequitur quis. 144 M
Vinea dei quæ & qualis 109 C
Vinea vnde purganda. Ibidem.
Vinea degenerans vt iudicanda 110 D
Vineæ procurator Christus 114 P
Vineæ vt ecclesia comparatur. 109 C
Vineam qui egrediuntur 111 H
Vini defectus, mystice. 77 D

Virginibus sacris num licet ire ad nuptias 71 B
Virginibus sacris vbi periculum. 72 B
Virtutum comparatione vitia apparere 104 H
Vita nostra vt vergit in vesperum 219 K
Vitæ argumentum, manducare. 227 O
Voca operarios 114 P. Vocatio triplex 119 Z
Vocati vt fugiunt. Ibidem.
Voluptatum sectatores taxantur. 138 N
Vulnera sua vt Christo ad gloriam. 243 L
Vulnerum Christi quantitas. 249 F

¶Finis Indicis partis Hyemalis.

BENIGNO LECTORI
F. IOANNES ROYARDVS
Fœlicitatem.

VVM iamdudum opusculum Homiliarum in epistolas dominicales, præter Quadragesimale & Homilias per festiuitates sanctorũ ædidissem, & huiusmodi quicquam de cætero scribendi imposuissem ipse mihi rudem, multorum pie studiosiorũ quin & quorundam nostri ordinis non contẽnendi nominis atq; loci patrũ prouocatus hortatu, torpentem tã animum q̃ manũ ad scribendũ in S. Euangeliã dominicalia qualescunq; Homilias rursum induxi. nõ equidem proprio ingenio, sed de illius miseratione confisus qui non solum infantium linguas quum uult facit disertas, uerum etiam cuius impulsu (ut quidam ait) ædidit humanas animal pecuale loquelas. Deterruit autem me tentare opus & arduum & à cõpluribus doctissimis præoccupatum, nec

nec opus fore ab ullo repeti quod à summis ingeniis cõ staret optime cõpletum. Quinetiam superflui esse laboris post fortissima S. patrum dicta uel eadem quasi compilatorẽ dicere, uel certe longe minus doctum infrmiora uelle subiicere. Deniq; ne mihi & illud antiqui dicatur prouerbii:

In mare quid pisces, quid aquas in flumina mittas?
Larga sed indiguis munera funde locis.

Nam & iuxta Comicum: Nihil dictum quod nõ sit dictum prius. Verum inter hæc uacillantẽ ea quæ oĩa sustinet charitas cõfirmabat, quia nec piis unquã moris fuerit inuicem inuidere, inuicem prouocare, sed unumquenq; in ornanda domo Domini pro uiribus quod potuerit obtulisse. Et (ut ait beatissimus pater Augustinus) ideo necesse est plures à pluribus fieri libros diuerso stilo sed nõ diuersa fide, etiam de quæstionibus eisdem, ut ad plurimos res ipsa perueniat, ad alios sic, ad alios autem sic.

Viderunt sanctæ mulieres Iesu corpus per Ioseph & Nicodemum uiros magnos, bonos & iustos abunde condiri aromatibus, quod tamen illis nõ sat esse uisum est, nisi & ipsæ de suo aliquid superaddidissent. Itaq; nemo succenseat iis quibus optabile est ad ea quæ uel ipsi Apostoli uel apostolici uiri in ædificationem fidei Christianæ scripserunt proprii laboris aliquid superadiicere. Nam sicut sanctis illis mulieribus uiuum se præbuit Dominus, & ut agnosceretur Mariam suo nomine uocauit, quod utiq; magnũ est suæ dilectionis indicium iuxta quod ad Moysen ait: Noui te ex nomine, sic olim prope aderit quærentibus nunc eum in uerita-

te sata

te ſatagentibusq; ut ei in ſuo myſtico corpore munus ſuæ deuotionis impendant.

His fretus, rem quæ ſupra me eſt adorſus ſum, imitatus qui magno feruntur pelago pauidos nautas, qui placidam ſibimet auram primū imprecati fixa cœlo ſydera reſpiciunt, terraq; amiſſa tenent cœlū, ſedentesq; ad clauum ſyderibus currunt. Erratica uero ſydera ſequi refugiunt, ne aut in ſirtes naufragoſas incidāt, aut in regiones ignotas deuecti portus optatos nunquam attingant. Idem & nobis hoc opus adgreſſis agendum fuit. Et primū quidem ille nobis placidus ſpiritus & fuit & ſemper eſt inuocandus, de quo per Pſalmiſtā dicitur: Spiritus tuus bonus deducet me. Deinde doctores ſacri mente ac uigilantibus oculis tenendi, qui tanquam arcturi nunquā occidentis lucida ſydera ſtabili fide, & ſemper fixi lucē fidei fundentes, erroris occaſum neſcierunt. Hæreticorū uero lux erratica q̄ longiſſime ſemp eſt fugienda. Sunt enim (perhibēte Apoſtolo ſancto) ſydera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt inæternum. Quiſquis enim de illorum errore quidpiam ſequitur, portu ueritatis amiſſo naufragio graui perire neceſſe eſt. Ipſo igitur adſpirante à quo ſcripturæ fideles uniuerſæ conditæ ſunt felicia ſequentes catholicæ doctrinæ ſydera, cœpto currendū fuit nauigio, nil metuētes pyratas hæreticos, quos ſcripturæ pelagus non alere, ſed æterno demergere naufragio conſueuit. Sane ueteres potiusq; recentiores ſequēdos mihi ratus ſum, q̄ apud hos aduerſum hæreticos potiora defenſionū arma repererim. Quin & fonti ſapiētiæ propius accedētes ueritatē ipſam puram, &

iuxta

iuxta Ezechielẽ aquam purissimã, nẽpe sophistarũ cõ-
rixantiũ (quasi immundarũ pedibus bestiarũ) cõcerta- Ezech. 34.
tionibus necdũ turbatã, bibẽtes, ea q̃ fidei conducãt et
moribus, integrius sinceriusq; tradiderunt. Horũ di-
ctis firmis & sinceris etiam ea q̃ uel meditãti donante
domino fuerũt obuia, uel q̃ diuturnæ prædicatiõis usu
tenebã prout christianis tã cõcionatoribus expedire
putaui q̃ auditoribꝰ, intexui. Et quoniã teste Plin. beni
gnũ & plenũ ingenui pudoris est fateri p̃ quos profe
ceris, obnoxii uero aĩ et infœlicis ingenii est deprehẽ
di in furto malle q̃ mutuũ reddere, curæ nobis fuit (etsi
nõ semp in ipso contextu literæ (ne sermo foret impe
ditior) autorũ in margine noĩa designare, qđ & no-
ster typographus Ioan. Grapheus uir spectatæ peri-
tiæ uigilãter obseruare curauit. Nihil itaq; uerebor ne
maiorũ dicta furari & quasi propria cõponere dicar
qui horũ è uestigio nõ modo sentẽtias, quin & uerba
sequutus sim. Quid enim in expositione Euãgeliorũ à
quoquã nũc dici posset, quod non sit dictũ ab illis? Si-
cut enim oĩm rectè credentiũ est una fides, ita & ex-
positionis scripturarum est una ueritas, quã profecto
quotquot extiterunt sanæ fidei sectatores spiritusan
cto reuelãte cognouerũt, & hanc nobis intelligendã
elucidarũt. Hos lubẽs amplector et sequor autores ni-
hil ueritus sycophãtas q̃ non nisi alienorũ me consar-
cinatorẽ sunt clamaturi. Nõ inficiabor crimẽ. Consar-
cinatorẽ me uel sponte cõfiteor, atq; utinã nõ ineptũ,
& qui non prorsus inutiliter cõsarcinauerim. Forsan
enim & ipsi consarcinatores fuerũt (sed purpuræ, ia-
chinti, diplo- rubentis cocci, argenti & auri gemma-
rumq;

rumq; in ueſtimento ſummi ſacerdotis Chriſti) quos ip ſe autores habeo. Porrò ueniam dabis amice lector, ſi in expoſitione ſacræ lectionis, præſertim in euangeliis ſecundum Ioannem, quæ (ut conſtans eſt) θεωρίαν magis quàm πρᾶξιν redolent (unde & cæteris euangeliis ardua magis & intellectu difficiliora comprobantur) tuo ſtudio non fecero ſatis, nec tantum præſtitero
Ezech. 47. quantum ipſe depoſcis. Siquidem fluuius ille aquarum uiuentium quæ iuxta uiſionem Ezechielis è templo (ni mirum ſummæ ſempiternæq; deitatis) egrediuntur, in eam paulatim augeſcūt altitudinem ut tranſuadari nō poſſint. Vir, inquit propheta, qui habebat funiculum in manu ſua menſus eſt mille cubitos, & traduxit me per aquam uſque ad talos. Rurſumq; menſus eſt mille, & traduxit me per aquam uſque ad genua. Et menſus eſt mille, & traduxit me per aquam uſque ad renes. Et menſus eſt mille torrentem quem non potui pertranſire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis qui non poteſt tranſuadari.

Pertranſeant altius ſapientiæ uiuificum flumen quibus cœleſti fauore donatum eſt, pro magno mihi fuerit uiuentium aquarum fluentis uel ad talos uſque prolui. VALE.

Homiliæ in euan

GELIA DOMINICALIA IVXTA

literã, adiectis Homiliis in Euãgelia trium feriarum Paſchalium, & totidem Penteco ſtalium, per F. Ioannẽ Royardũ ordinis F. Minorum, nunc primum editæ.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.



Vm appropinquaſſet Ieſus Ieroſolymis, & veniſſet Bethphage ad montem Oliueti. Mat. 21.

Tria præſenti lectione comprehenduntur. Primum eſt, myſticum Chriſti ad Apoſtolos mandatum. Secũdum eſt, prophetæ prænuntiantis præclarum vaticinium, ibi: Hoc autem totum factum eſt. Tertium eſt, turbæ plaudentis ingens gaudium, ibi: Plurima autem turba.

Circa primum attende, q̃ præſentis euangelij lectio bis in anno in eccleſia recitatur, hodie videlicet, i. Dominica prima aduentus, & Dominica in ramiſpalmarum. Si quidem Chriſti in Ieroſolymã ingreſſum qui in ea deſcribitur, cõſiderare duobus modis poſſumus. Vno modo in ſe, & vt opus factũ, quo modo dominica in ramiſpalmarum legitur, quoniam ea die vti hic deſcriptum eſt, Chriſtus Ieroſolymã intrauit. Alio modo ſecundũ id quod ſignificat, & quod nos docet. Nam ſicut humiliter ciuitatẽ Ieroſolymorum intrauit ſuper aſinã ſedens, ſic & humiliter aſſumpta noſtra mortalitate in hũc mundum prius intrauerat. De qua ipſius humilitate per Apoſtolũ dicitur: Quum in forma Dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit autẽ ſemetipſum factus obediẽs vſq; ad mortem, mortem autem crucis.

A Ingreſſus Chriſti in Ieruſalem duo ſignificat.

Philip. 2.

A Sanẽ

B Sanè præter opus nostrę redemptionis propter quod & prius è cœlo descendens in hunc mundum venerat, & postmodum completo iam suæ dispensationis tempore intrauit Ierosolymam, etiam viam nobis æternæ salutis ostendere dignatus est, & eisdem quibus redemit etiã nos operibus instruit. Inter quæ tria nobis præcipue & verbo & exemplo commendauit. Hæc sunt Obedientia, Paupertas, Humilitas.

Ioan. 6 Christi obedientia. Ioan. 8 Ioan. 12

De primo, id est obedientia, Descẽdi de cœlo (inquit) non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et alio loco: Qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia quæ placita sunt ei, facio semper. Vnde & nos commonens, ait: Qui odit animam suam (id est, propriam voluntatem) in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

Christi paupertas. Mat. 8.

De paupertate sua ipse, quum vniuersorum esset Dominus, testatus est, dicens: Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Pauper enim fuit nascens, pauper inter homines viuens, pauper & nudus moriens. Denique mortuus non proprio, sed alieno sepulchro conditus est.

Humilitas Christi. Luc. 2.

De humilitate verò audimus ipsum virtutis istius exemplar & magistrum se profitentem, vbi dicit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Ecce, vt in signum nobis positus est. In signum sanè, sed cui à multis contradicitur. Contradicunt enim propriæ voluntatis amatores signo suæ obedientiæ. Diuitiarum cupidi & auari, exemplum suæ paupertatis aspernantur. Superbi contemnunt magisterium humilitatis. Et vide si non horum trium præsens lectio nos commonefacit.

Ioan. 12.

Iturus enim Dominus Ierosolymam à Bethania processit. Sic enim Ioannes testatur, dicens: Ante sex dies paschæ (id est, sabbato palmarum) venit IESVS Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Interpretatur autem Bethania, domus obedientiæ. Nam (vt dictum est) factus est obediens vsque ad mortem. Ad locum enim suæ mortis, patri obediens, quasi agnus ad victimam spontaneus venit. Mementote fratres, ait Bernardus, Christus ne perderet obedientiam, perdidit vitam.

Paupertatis elucet insigne, quia Ierosolymam specião schemate iturus, nõ ex propria, quam nõ habebat, sed ex aliena domo processit. Nec minus patet eius humili-

tas,

tas,qua mortalium damnat ſuperbiam, ſi attẽdimus quo ſchemate Dauidici regni hęres in eam ciuitatem vbi olim progenitores ſui ſecundum carnem,magnifice potenter regnauerant,plaudentibus turbis, & regias illi laudes acclamantibus,ſeſe recepit: aſinæ quippe(diſcipulorũ ſuperiectis palliis,neutiquam pretioſis)non ornatæ, ſed ſtratæ, ſedens.

Cæterum, magnam eſt hic attendere Chriſti miſericordiam, & charitatem, cui parem habet nemo. Quum enim Iudæorum ipſum interficere volentium pluries impia vota fruſtraſſet,quãdo iam præfinitum tempus humani generis operandi ſalutem aduenifſet, non ſubterfugit, nõ laniſtarum cultros in ſuum iugulum acutos omnium præſcius agnus Dei,exhorruit: quin magis vltroneus(vti dictum eſt)ad paſſionis locum accedit. Ad hoc enim appropinquabat Ieroſolymis,qui antea de ſe dixerat: Nõ capit prophetam perire extra Ieruſalem. C Ad paſſionẽ Chriſti vltroneus. Luc.13

Proinde à Galilæa Ieroſolymã aſcendens,conuocatis prænuntiauerat diſcipulis,dicẽs: Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotũ & ſcribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendũ & flagellãdum & crucifigendum. Itaq; ad paſſionem ſuam properat, ſponte feſtinat ad opprobria, voluntariè tranſit ad mortem. Sed ad hæc quid eum impulit,niſi charitas illa, de qua per prophetã loquitur,dicens: *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans?* Mat.20 Ierẽ.31

Et veniſſet(inquit) Bethphage ad montem Olivueti. Bethphage prædium erat & villula ſacerdotum. Meritò ibidem ſubſtitit Chriſtus, verus vtique & ſummus ſacerdos,ingreſſurus iamiam in ſancta nõ manu facta,id eſt,in cœlum ipſum,vt interpellet pro redẽptis: ingreſſurus,inquam, non per ſanguinem hircorũ aut vitulorum,ſed per ſanguinẽ ſuum. Ad montem,inquit,oliueti. Bethphage enim ſita erat in latere montis Oliueti.Qui mõs quia oliuis conſitus erat, mons olineti eſt appellatus. D Heb.9.

Nec vacat myſterio quòd ſaluaturus ſua morte genus humanum Dei filius, venit ad montem oliuarum. Venit enim pacem inter deum & hominem morte ſua facturus, venit cæcorũ per ignorantiam, ſpirituales oculos quibus Deum cognoſcant,illuminaturus: venit humanæ mentis ægritudines ſanaturus. Mõs olinarum,myſt.

Ipse vtique mons est oliuarum, qui pacis nostræ pro
Ephe.2 fert oliuam, dicente Apostolo: Ipse est pax nostra, qui fe-
Christus cit vtraq; vnum. Siquidem oliuæ ramus etiam veteribus
pacificat Ethnicis signum pacis extitit. Proinde post exitiale dilu-
Gen.8. uium, pacis signum, columba viréntis oliuæ ramũ ad Noe
detulit in arcam.

Christus il- Quin & luminis fomentum est oleum. Vnde & hac
luminat. ratione mons oliuarũ Christus est, qui dicit: Ego sum lux
Ioan.10 mundi. Illuminat enim omnem hominem venientem in
hunc mundum, tametsi gloriæ suæ inuidentes, quasi quas-
dam noctuas, splendore suo amplius excæcet: non suo vi
Ioan.9. tio, sed illorum. Vnde & ait: Ego in iudicium veni in hũc
mundum, vt qui nõ vident videãt, & qui vident cæci fiãt.
Illuminat humiles corde, ignorantiæ suæ cecitatem con-
fitentes, & eos qui superbia inflati sapiẽtes sunt in oculis
suis, sua luce cæcat.

Christus Denicq; mons oliuarum mystice Christus est, q; vide-
sanat. licet oleum ad vsum medendi plerunq; necessarium est.
Oleum enim misericordia est, quod vtique oleum vulne
Luc.10 ribus spoliati illius, & semiuiui relicti, pius Samaritanus
infudit.

E Itaque credẽtium ecclesia perpetuæ pacis fœdere per
Ecclesia, ci- mediatorem Christum Deo reconciliata, illuminata fide
uitas supra & misericrodia redemptoris sanata, ciuitas est supra mon
montem. tem posita, quæ nequaquam potest abscondi. Mõs (sicut
iam est dictum) CHRISTVS est, cuius veritati (tan-
quam fundamento quod conuelli non potest) ecclesiæ fi-
des innititur. Vnde Beda.

Beda. Ciuitas hæc in monte oliueti posita esse refertur, vt
ecclesiam per gratiam sui conditoris saluandam esse desi-
gnet, qui nos vnctione spiritualium charismatum & scien
tiæ pietatisq; perpetua luce refouet. Vnde quum dixisset:
Mat.5. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, conti-
nuo subiecit: Neque accẽdunt lucernam, & ponunt eam
sub modio. Quia mons oliueti, id est, summus spiritua-
lium distributor gratiarum CHRISTVS, qui ciuita
tem suam vt emineat exaltat, hãc quoq; oleo exultationis
vt lucere possit, ne deficiat, impinguat.

Sequitur:

Tunc misit duos discipulos, dicens eis:
Ite in castellum quod contra vos est.

Locorum

Locorum gestæ rei considerationē breuiter præmissa, F
subiungitur mysticum CHRISTI mandatum. Misit (inquit) duos discipulos. Vnde eos misit? Vtique à Beth phage, à villa sacerdotum eos misit. Nam quia vetus illud sacerdotium, vetusq; testamentum cum suis sacrificiis ac ritibus Dei filius voluit cōsummare, à villa sacerdotum Apostolos suos, qui veteris testamenti sacerdotibus erant successuri, ad intentum opus destinauit. Bethphagē mysticē.

Duos sanè ad exhibenda sibi iumenta discipulos Dominus misit, vt significaret in vtrunque populum (circuncisionis scilicet & præputij) prædicatores esse destinādos. Vel certè duos misit, vt eosdem prædicatores doctrina simul & operatione perfectos esse moneret, ne vel erroris indocti verba, veritati miscerent, vel ea quæ rectè docuissent, peruersè viuendō negarent. Proinde duos misit, vt geminā (Dei scilicet & proximi) dilectionem secnndum scripturam tam Noui quàm Veteris testamenti, mundo prædicantes commendarent. Quid autem illis præceperit, aduerte. Beda. Duo discipuli missi, mysticè.

Ite, inquit, in castellum quod contra vos est. Ierosolymam castellum appellat, sita autem erat ad radices montis Sion, eminus scilicet & eregione Apostolis descendentibus à monte oliueti. Quæ quia contra dominum regem q; suum impium tractabat cōsilium, iure ciuitatis & nomen perdidit & dignitatem. Sic enim solent ciuitates contra Imperatorem coniurantes iustè puniri. Hinc ergo eam per despectum castellum vocat. Quod contra vos est, inquit, non solum situ, sed etiam odiis & contradictione. Huius castelli tyrannus, diabolus erat: murus, cordis duritia & obstinata in malo voluntas: commeatus seu annona, diuitiæ erāt & carnis voluptates: turris alta, superbia, vtique ruitura: arma eius contra CHRISTVM & Apostolos eius, blasphemiæ & persequutiones hostiles. Ieruſalē cur castellū vocetur. G Castellū de scribitur.

Sequitur:

Et statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi.

Pullum quoque alligatum fuisse, alij Euangelistæ testantur. Vterque enim populus tā Iudaicus scilicet q̄ Gentilis funibus peccatorum erat circumplexus, & solutione diuina opus habebat. Iste enim lege quam acceperat male Aīalia alligata, myst.

vtendo, ille nunquam accipiendo peccauerat. Vnde bene
Rom. 3. dicit Apostolus ad Romanos: Quia non est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius.

Beda. Et pulchrè alij tres Euangelistæ, qui Gentibus scripserunt, pullum solummodo adductum Domino memorãt, Matthæus autem Euangelista, qui ex Hebræis, sermone Hebræo scripsit Euangelium, etiam asinæ facit mentionẽ. Prouida vtrique dispensatione, vt quorum salutem scribendo quæsierunt, hos saluandos à Domino mysticè docerent esse figuratos.

Asina & pullus, mysticè Asina enim quæ subiugalis fuit & edomita, synagogã quæ iugum legis traxerat: pullus asinæ lasciuus & liber, populum significat nationum. Super quem nemo adhuc hominum sedit, quia nemo rationabilium doctorum frenum correptionis, quo vel linguam cohibere à malo, vel in arctam vitæ viam ire cogeretur, nemo indumenta salutis, quibus spiritualiter calefieret, populo gentium vtilia suadendo contulerat. Sederet nanque super illum homo, si quis ratione vtens eius stultitiam deprimendo corrigeret.

Vt homines stulti hic significentur Itaque duobus populis, Iudæis scilicet & Gentibus, magnis & multis (vt dictum est) peccatorum vinculis adstrictis, idolatrię scilicet & blasphemię, & aliis multis, designatis per hæc animalia, prædicatores sancti Apostoli à Christo erant destinandi.

Chrysost. Et bene huiusmodi animalibus figurati sunt homines Deum non cognoscentes. Est enim asinus animal immundum, & præ cæteris penè iumentis magis irrationale & stultum, infirmum & ignobile, & oneriferum magis. Sic & homines ante CHRISTI aduentum idolatriis & passionibus diuersis, immundi erant & irrationabiles, verbi ratione carentes, & quantum ad Deum stulti. Quid enim stultius, quàm factorem contemnere quasi facturam, & opus manuum suarum adorare quasi factorem?

Erant infirmi secundum animam, & ignobiles, non valentes suis resistere passionibus, & obliti generationem suam cœlestem, facti fuerãt serui passionum suarum & dæmonum, quibus resistere non valebant.

Et quicunque vel dæmonum, vel Philosophorum cuiusque

iusque erroris vel dogmatis alicuius sarcinam eis voluisset imponere, sufferebant, & omnia, nõ bona patientia supportabant, nec resistebant. At vbi CHRISTVS super eos ascendit, & induxit in templum, loti per baptismum, facti sunt de immundis animalibus homines sancti. Percepta enim verbi ratione, & sapiẽtia Dei, facti sunt homines rationabiles & prudentes.

Proinde apud Ioannem sic legis: Et inuenit IESVS asellum & sedit super eum, quia videlicet per passionis suę mysteriũ saluator perditum inuenit genus humanum: & abacto sessore diabolo, quem asellus ignobilis & stultus magno dedecore suo nimis patienter portabat, capistro stultitiæ infrenatus, à quo & in stabulum mortis agebatur, ascendit super eum nobilis eques, & inclytus rex, vt suæ nobilitatis eum participem faceret, & in supernam ciuitatem Ierusalem equitatus sui saluatione perduceret. Ioan. 12. Asselli vt diaboli? sessor

Et quidem anima peccatrix quasi asina est alligata, id est diabolici erroris vinculo impedita, non habens libertatem quò vellet eundi. Vt enim ait Ioannes Chrysostomus: Omnes homines priusquam peccemus, liberum quidem habemus arbitrium, si volumus sequi voluntatem diaboli, an non. Quòd si semel peccantes obligaueritmus nos operibus eius, iam nostra virtute euadere non possumus: sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur quò tempestas impulerit, sic & homo diuinæ gratiæ auxilio perdito per peccatum, non quod vult agit, sed quod diabolus vult. Et nisi Deus valida manu misericordiæ suæ soluerit illum, vsque ad mortem in peccatorum suorum vinculis permanebit. Ergo nostra quidem voluntate & negligentia alligamur, sed per Dei misericordiam absoluimur. Aia peccatrix, asina, mystice. Peccator amissa gratia qualis.

Sicut enim videmus in his mundialibus regnis, quo modo in primis quidem nemo potest facere seipsum regem, sed populus creat sibi regem quem eligit: sed quum ille iam fuerit rex factus & confirmatus in regno, iam habet potestatem in hominibus, & non potest populus iugum eius de ceruice sua repellere. Nam primum quidem in potestate populi est facere sibi regem quem vult, factum autem de regno iam repellere non est in potestate eius. Simile.

Et ſicut populi voluntas poſtea in neceſſitatẽ conuertitur, ſic & homo priuſquam peccet liberum habet arbitrium, vtrũ velit ſub regno eſſe diaboli, vel nõ (prout iam dictum eſt) quum autem peccando tradidit ſe ſub regno ipſius, iam non poteſt de poteſtate eius exire.

Liberũ ar. vt captiuũ.

Et tamen excuſationem de peccato ſuo non habent, quia primũ potuerunt non eſſe ſub diaboli poteſtate ſi voluiſſent, poſtquam verò poſuerunt thronũ diaboli in cordibus ſuis, iam nemo poteſt eos eripere de poteſtate illius, niſi ſolus Deus.

K

Nec ocioſum eſt quod apud Marcum legis: Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & ſoluunt eum. Bene enim pullus ante ianuam foris inuenitur in biuio. Ianua enim ipſe eſt, qui ait: Ego ſum oſtium ouium. Per me ſi quis intrauerit, ſaluabitur: & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet. Quibus vitæ paſcuis pullus iſte (id eſt, gentium populus) carebat, quum adhuc extra hanc ianuam in biuio ligatus ſtabat.

Beda. Ioan. 10. Aſellꝰ ante ianuã in biuio, myſticè

Et rectè in biuio, quia non vnam certus vitæ fideiq; viam tenebat, ſed plures dubioſq; ſectarum calles ſequebatur erroneus. Soluite, inquit, ſcilicet per doctrinam & per miracula veſtra, ſic enim & Iudæi & Gentes per Apoſtolos liberati ſunt. Et adducite mihi, id eſt, ad miniſtrandum mihi corrigite illos.

Sequitur:

Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet, & confeſtim dimittet eos.

Manifeſte Deum ſe oſtendit, qui rerũ omnium & poteſtatem haberet & præſcientiam, dum diſcipulos mittẽs non incertus ait: Inuenietis aſinã adligatam & pullum.

Deitatis Chriſti ſignum.

Sed manifeſtius hoc declarauit, dum ait: Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet. Et confeſtim dimittet eos, id eſt, aſinam & pullum. Sciebat enim q; iumenta hæc hi qui aderãt ſtatim eſſent diſcipulis audito Domini nomine permiſſuri. Ipſe enim & ſi aliàs hoc permiſſuri non eſſent, diuinitatis ſuæ potentia faciebat vt eſſent permiſſuri. Et quidam (inquit Marcus) de illic ſtãtibus dicebãt illis: Quid facitis ſoluẽtes pullũ? In Luca ſcriptũ eſt: Quia dixerunt domini eius ad illos: Quid ſoluitis pullum? Et apte ſatis. Multos quippe habebat do-

Mar. 11.

bat dominos, quia non vni dogmati & superstitioni deditus, sed pro libitu immundorum spirituum ad varios diuersosq; miser raptabatur errores, ad simulachra muta prout ducebaur incedens. Denique vernacula quadã scripturæ consuetudine commune esse dicitur, quod immundum est: sicut & ad Petrum vox de cælo dicit: Quod Deus mũdauit, tu cõmune ne dixeris. Quia qui sanctus est solius Dei est, & cum nullo ei communis est. Qui autem peccator est, & immundus, multorum est: multi enim dæmones possident eum, & ideo communis appellatur. Asellus pluriũ dñorũ. Act. 10

Dicite, inquit, quia Dominus his opus habet. Quasi dicat: Non dicatis, dominus noster, neque dominus iumentorum: vt intelligant omnes quia ego solus Dominus, nõ solum animalium, neque solum eorum qui mihi subditi sunt, sed etiam omnium hominum, etiã qui mihi contrarii sunt. Nam & peccatores conditione quidem mei sunt, voluntate autem sua diaboli. Meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. L Chrysost. Vniuersoꝝ Dominus.

Proinde quod dixerat Iesus: Confestim dimittet eos, necesse erat euenire. Vnde & in Marco sic habes: Qui dixerunt eis sicut præceperat illis Iesus, & dimiserunt eis, scilicet discipulis, vt iumenta abducerent. Sane qui soluẽdo pullo cõtradixerãt, audito Domini nomine quieścũt. Beda. Quia magistri errorum, qui venientibus ad salutem gentium doctoribus obsistebant, eatenus suas tenebras defendere, donec miraculis attestantibus veri possessoris ac Domini virtus emicuit. At postquam fidei Dominicæ potestas apparuit, cedentibus passim aduersariorum quereles, liber credentium cœtus ad Deum quem corde portaret, adducebatur. Asselli Dñi vt Christo cedũt. myst.

Moraliter. Etiam doctoribus præcipitur, vt siquid eis obstiterit aduersitaris, & si quis prohibuerit peccatores à diaboli laqueis absolui, & per fidei confessionem Domino adduci, non tamen à prædicando desistant: sed cõstanter insinuent, quia Dominus ad ædificandam ecclesiã talibus opus habet. Quanuis enim sæuus sit persecutor & immanis, non potest eorum obsistere saluationi, quos nouit Dominus quia sunt eius, & quos ad vitam præordinauit æternam. Prædicator hic discat.

Homilia altera.

DIcite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Mat. 21.

In hac parte lectionis euangelicæ duo restant consideranda. Primum est, Prophetæ de Christi aduentu præclarũ vaticinium: Secũdum est, Turbæ Christum excipientis ingens gaudium. ibi: Plurima autem turba.

Circa primum duo sunt notãda. Primum est ipsum prophetale vaticinium: Secundum est promptũ obsequium

Zach. 9. discipulorum. ibi: Euntes autem discipuli.

Beda. Circa primũ præmittit Euãgelista dicẽs: Hoc autẽ totũ

A factũ est, vt adimpleretur quod dictũ est per prophetã, dicentẽ: Dicite filiæ Siõ, Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus.

Adhibetur sanè huic facto prophetæ testimonium, vt appareat Dominum quidem omnia quæ de ipso scripta erant complesse, sed inuidia cæcatos scribas & pharisæos, ea quæ ipsi legebant intelligere nequiuisse. Non tamẽ ista facta sunt principaliter, quia erant scripta, sed magis econuerso: quia futura erãt, scripta fuerant, & prænũtiata.

Filia Sion ecclesia. Porrò filia Sion, ecclesia est fidelium pertinens ad supernam Ierusalem, quæ est mater omnium nostrũ, cuius portio tunc non minima erat in Hebræa gente.

Chrysost. Et attende quòd propheta præsciens malitiam Iudæorum, quia contradicturi essent Christo, antè præmonuit, vt per hoc signum cognoscerent regem suum Iudæi, dicens: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Et quia prophesta sciebat se Christum in carne non visurum, nec vsque in tempus illud victurum: ne tam præclara hæc sua prophetia daretur in obliuionem, sequentes Dei præcones cõpellat, vt hãc suã prophetiam instanter annuntient, magno cum desyderio clamans: Dicite filiæ Sion. pro quo

Ioan. 12. Augusti. in Euangelio secundum Ioannem scriptum est: Noli timere

Noli timere filia Sion. filia Sion, hoc est, Noli timere Ierusalem, sed illum agnosce qui à te laudatur: & noli trepidare quum patitur, quia ille sanguis funditur, per quem & delictũ tuum deleatur, et vita redimat. Quod autẽ propheta de Christi passione, ad quã tali schemate venit, loquebatur: per hoc patet, quod mox ibi subditur: Tu quoq; in sanguine testa-

Zach. 9. mẽti tui emisisti vinctos tuos, de lacu in quo nõ est aqua.

Itaque

Itaque Dominus ascensurus ad mortem in Ierosolymam, magnam gratiam concordiæ & pacis vniuerso mũdo quasi in testamento reliquit. Ecce, inquit, rex tuus venit tibi mansuetus. Ecce ostendentis est verbum: quasi dicat, Videte, non quidem tantum carnali aspectu, sed intellectu spiritali opera virtutum eius aspicite, non schema visionis eius. Si enim schema eius tantum aspexeritis, decipiendi estis natura humana: Si autem opus eius consyderaueritis, saluandi estis in virtute diuina.

B Chrysost. Ecce rex tuus.

Ecce, inquit, vt ostenderet, quòd ille de quo loquebatur, antequam nasceretur iam erat. Ecce, inquit, rex tuus venit tibi mansuetus sedẽs super asinã. Vbi Chrysostomus, Vis cognoscere mãsuetudinem venientis, cõsidera speciẽ aduẽtus eius. Non sedet in curru aureo pretiosa purpura fulgens, nec ascendit super equũ feruidũ amatorẽ discordiæ & litis: sed sedet super asinã, trãquillitatis & pacis amicã. Nõ vides in circuitu eius splẽdentes gladios, aut cętera ornamẽta armorũ terribiliũ. Sed quid? Ramos frõdẽtes, testimonia pietatis. Venit ergo mãsuet⁹, nõ vt propter potentiã timeretur: sed vt propter mãsuetudinẽ amaretur.

Christi venientis mãsuetudo.

Sane ex prophetæ verbis si expendãtur, insinuatur nobis primo, huius regis nostri præsentia, quæ notat in verbo Ecce. Ego, inquit, qui loquebar (videlicet iãdudũ p prophetas) ecce adsum. Adest enì visibilis oculis, iuxta illud: *Vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à patre, plenũ gratiæ & veritatis.* Adest *audibilis* auribus. Siquidẽ olim *Deus loquẽs patribus in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio.* Adest *tractabilis manibus.* Vnde B. Ioãnes: Manus nostræ, inquit, *tractauerũt de verbo* vitæ. Adest cũ hominibus cõuersatione amicabilis. Siquidem in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est.

C Christi regis pſentia. Esa. 52. Ioan. 1 Heb. 1. 1. Ioan. 1 Baruch. 3.

Secundo, insinuat prophęta ipsius regalẽ dignitatẽ dicẽs: rex. Ipse enim est rex pacis & veritatis, de quo scriptũ est: Rex vnus erit omnibus imperans, & non erunt vltrà duæ gentes, nec diuidẽtur amplius in duo regna. Ipse est enim lapis angularis, in quo isti parietes duo ex Iudęis et gentibus vnũ facti sunt. Ipse est rex clementię & pietatis, iuxta quod scriptũ est: Roboratur clemẽtia thronus eius.

Christi regia dignitas. Ezech. 37.

Tertio insinuat huius regis propinquitatẽ quũ dicit: tuus, quasi dicat: Ecce rex iste alienigena nõ est, quõ Herodes fuit, sed tuus, hoc est, secũdũ carnẽ ex te natus. Caro enim & frater noster est. Vnde & in lege scriptũ est: Nõ poteris alteri

Prou. 20. Christi erga nos ☩ pinquitas.

alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater
Deut.17. tuus. Hunc tamen regem suum Iudæi spreuerunt, ac si di-
Gen.37. cerent: Nunquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni
tuæ? Hunc regem coram Pilato negauerũt, insuper & ab-
Ioan.19. iecerunt insana vociferatione clamantes: Tolle, tolle, cru
cifige eum: denique regem hunc suum occiderunt.

D Quarto, insinuat regis huius aduentum, quum dicit:
Venit tibi. Non venit vt bella suscitet vt onera genti
& exactiones imponat, vel affligat subiectos, sed ve-
nit tibi, id est, ad tuam vtilitatem & salutem etiam se-
Christ? cur ipsum daturus. Venit autem vt de mundi huius princi-
venit. patu diabolum eiiciat, iuxta quod ipse ait: Nunc prin-
Ioan.12. ceps mundi huius eiicietur foras. Venit vt peccati re-
Ioan.1 gnum destruat, perhibente testimonium qui ait: Ecce ag-
nus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Venit vt regna cæ-
Luc.12. lorum credentibus conferat. Vnde ait: Complacuit patri
vestro dare vobis regnum. Verum quia Iudæi regem hũc
Iudæis dia- per fidem non receperunt, ideo diabolus manet regnans
bolus do- super eos. Inhabitat enim eos spiritus immundus, assum
minatur. ptis secum septem aliis spiritibus nequioribus se, sic enim
Matt.12. factum est generationi illi pessimæ. Manet etiã in eis re-
Ioan.8. gnum peccati, dicente ad eos ipso rege quem abiecerunt:
Matt.12. Dixi vobis quia moriemini in peccatis vestris, si non cre-
dideritis quia ego sum. Hinc iustè regnum eis cælorũ ne-
gatur: Auferetur, inquit à vobis regnum Dei, & dabitur
genti facienti fructus eius.

Quinto, *insinuat regis huius manſuetudinem*, quum
Christi re- dicit: manſuetus. Non enim venit cum indignatione, aut
gis man- ira, aut comminationibus: sed cum manſuetudine & tran
suetudo. quillitate. Manſuetus enim fuit ad improperia: quia cum
1.Pet.2. malediceretur, non maledicebat: sed sicut agnus corã ton
esa.53. dente se, obmutuit, & non aperuit os suum. Manſuetus e-
tiam fuit ad plagas, & verbera: quia cum pateretur, non
comminabatur. Corpus meum, inquit, dedi percutienti-
bus. Denique manſuetus fuit vsque ad mortem, tradebat
enim iudicanti se iniustè. Ego, inquit, quasi agnus man-
Iere.11. suetus qui portatur ad victimam. Quoniam ergo mãsue-
Heb.4. tus & clemens est, adeamus cum fiducia ad thronum gra
E tiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inue
Christi re- niamus in auxilio opportuno.
gis humili- Sexto, insinuat regis nostri humilitatem, quum dicit, se
tas. dens super asinam, & pullum eius. Et quia vtrumque ani-

mal si

malsimul insidere non potuit, vt propheta fidelis inueniretur, quum super alterum per itineris sui partē sedisset, descendens etiam super alterum sedit: vt mystice ostenderet quòd tam Iudæos quàm gentiles per fidem sibi esset subiecturus. Sedere enim super iumenta rationalia scilicet & mansueta, est ipsum in piorum præcordiis habitare. Quibus & dicit: Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Mansueti enim mansuetum portare debent: quia vocauit eos sessor, non vt eos propter peccata puniat, sed vt ipse per eorum mansuetudinem in ipsis requiescat. Chrysost. Christi insēta q sūt. Matt. 11.

Porrò sicut sancti equi sunt Christi, ita & peccatores equi sunt diaboli. Et sicut diabolus in peccatoribus sedēs instigat eos per deserta facinorum, id est, per fornicationes & auaritias: ita & Christus sedens in sanctis dirigit eos per plana iustitiæ, id est, in castitate & humilitate. Ergo equitatus diaboli, perditio est: equitatus autem Christi, salus. Vnde per prophetam ad ipsum dicitur: Qui ascēdis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio. Eq diaboli. Abacuc. 3

Sedens, inquit, super asinam & pullum: quia (sicut dictū est) requiescit in corde humilium & quietorum, & ttemētium verba eius, siue eorum qui in synagoga iugum legis trahere nouerunt, seu eorum qui gentili diu libertate effrenes, ad fidei & veritatis disciplinam sunt conuersi.

Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerūt asinā & pullum. F

Hic notatur promptum obsequium discipulorum, Domini iussa complentium. Euntes, inquit, discipuli, fecerūt sicut præceperat illis Iesus. Quòd euntes Apostoli soluerunt asinam alienam, ministerium quidem fuit illorum, virtus autem & authoritas Christi. Chrysost.

Nec enim potuissent tollere iumentum alienum ab illo domino qui eos non agnoscebat qui essent, nisi præueniens eos spiritus Christi, cor domini eius preparasset ad dandum. Sic, quòd Apostoli soluerunt Iudæos vel gētes de vinculo inimici, prima quidem facie eorum videbatur opus, re vera autem virtus fuit & gratia Christi. Nec enim duodecim à Christo constituti, totum mundum ligatum sub potestate diaboli soluere potuissent, nisi gratia Christi virtutem confregisset inimici. Sequitur. Nisi Christi virtute aīalia non soluuntur.

Et imposuerunt super eos vestimenta sua,

& desu

& desuper eum sedere fecerunt.

Apostolorũ vestimẽta quid

Vestimenta apostolorum mystice, vel doctrina virtutũ, vel edissertio scripturarum, vel certè ecclesiasticorum dogmatum varietates intelligi possunt, quibus illa corda hominum, antè nuda & frigida, quo Christo sessore digna fiant, operiunt.

Beda.

Itaq; asinos quos nudos inueniũt discipuli, suis sternũt vestimentis, & ita desuper Dominum imponunt, quũ prædicatores sancti quoslibet à sanctitatis habitu vacuos, inueniunt, hosq; virtutum suarum exemplis ad suscipiendam fidem & dilectionem sui conditoris imbuunt. Non enim nudam Dominus asinam, non nudũ voluit ascendere pullum: quia siue Iudæus siue gentilis, nisi sanctorum fuerit dictis ornatus & actis, non potest dominum habere rectorem: sed regnat potius peccatum in mortali eius corpore ad obediendum concupiscentiis eius.

Apostorum ignorantia

Nec tunc quidem ipsi apostoli intelligebant quid per hæc quę Christo obsequentes faciebant significaretur, postea tamen hæc cognituri. Vnde in Euangelio secundum Ioannem scriptum est: Hæc non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. Primum, inquit, non cognouerunt, id est, priusquam resurrexisset à mortuis, priusquam aperuisset illis sensum, vt intelligerent scripturas, sed quando glorificatus est Iesus, videlicet gloria resurrectionis, & ascensionis, & effusionis sancti spiritus, tunc recordati sunt suggerente illis omnia spiritu sancto, quia hæc scripta erant de eo, & quòd hæc fecerunt ei.

Ioan. 12.

Quæ fecerunt ei? Hæc vtique, vt inueniret asellum, imò vt sederet super eum, & quòd impositis asello vestimentis suis eum desuper sedere fecissent. Etenim ipse quidem asellum vbi esset indicauit, & eum sibi adduci iussit (vt dictum est) sed certi ordinator mysterii: quanuis ea intentione hæc iusserit, vt desuper sederet, & sic iam dictam impleret prophetiam, tamen non nisi rogantibus & vestimenta sua discipulis imponentibus, super eum sedere voluit. Hoc ergo fecerunt non cognoscentes, quod postmodum fecere scienter.

Nũc Apłos intellexisse

Etenim missi per mundũ à Domino vt gentilem soluerent populum, cũ labore prædicationis, addiderunt & instantiam orationis, vt super adductũ sederet asellũ, id est,

vt cre

vt credentem iam in se Dominus dignaretur protegere gentilem populum.

Cæterum quum dicat sanctus Euangelista discipulos adduxisse ad Christum asinam & pullum, & imposuisse eis, id est asinę & pullo, non tantum alteri horũ animaliũ vestimenta sua, & fecisse Dominum desuper sedere: manifestũ est cum tam asinã equitasse quàm pullũ (vt dictũ est) memorati ratiõe mysterij. Et plerisq; videtur quòd primũ sederit super pullum: quod etiam tres reliqui euangelistæ omnino sentire videntur, qui nullam de asina, sed tãtum de pullo faciunt mentionem, perhibentes Dominum pullum equitasse. Verum quum insolens esset, & cœpisset calcitrare, ipso dimisso super asinam Dominus ascendit.

H Vtrũq; animal Christũ egtasse.

Nequaquam verò Dominus ex necessitate à mõte Olivueti Ierosolymam vsque super asellum ferri voluit, quum omnem Iudæã & Galilæã pedes perambulasset: sed quod faciebat, signum erat: significabat enim quòd per mortẽ suam ad quã veniebat, honor regius sibi esset accessurus cuius regnum futurum erat ecclesia.

Chrysost.

Quæratur iam à Iudæis qui Christum regem negauerunt, quem lex & prophetæ certis signis venturum, & certis fore cognoscendum indiciis annuntiauerunt: quale est istud præsens Zachariæ prophetæ de Christo rege vaticiniũ, quęratur, inquam, ab eis, quando regum quisquam super asinam vectus in Ierosolymam, & in regnum ipsum venerit Iudæorum. Et quum alium quàm Christum nullum inuenire potuerint, prophetica veritate conuicti, errorem aliquando suum agnoscant.

Cæcitas Iudæorum.

Circa secundum principale dicitur.

Plurima autem turba strauerunt vestimẽta sua in via, alii autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.

I Christus vt receptꝰ cũ gloria.

Hic ostenditur turbæ Christũ venientẽ excipiẽtis triũphale gaudiũ. Vbi aduertendum est quanto huius turbæ gaudentis plausu, quanto cum honore, cum quãta gloria Christus Ierosolymam veniens fuit receptus. Alii nãque vestimenta sua in via ei prosternunt, alii frondes cædunt de arboribus, & proiiciunt in via: quidam cũ palmis, quidam cum ramis oliuarum, & omnes simul alacres consonis vocibus Dominum laudantes glorificant.

Frequẽter quidem Iesus venerat Ierosolymã, nunquam tamen

tamen adhibuerat ministeria iumentorum, nec ramorũ circa se virentia ornamenta constituit, nec ad terribilem laudem suæ diuinitatis animos populi excitauerat, nisi modo, quando vt pateretur ascendit. Ideo ergo cum tanta gloria ingressus est, vt amplius illorũ aduersum se excitaret inuidiam, quia iam tempus suæ passionis instabat: & non mors eum vrgebat, sed magis ipse aduersum se cõpellebat mortem. Quoties enim de manu sacerdotum elapsus euasit? Quando Iudæi ipsum voluerant occidere, tangere eum non potuerunt. Quando autem sequutus est mortem, parcere ei Iudæi non potuerunt. Nec tamen erant propter hoc de Christi morte innoxij. Non enim excitauit eos vt facerent quod ante noluerant, sed vt possent facere quod prius volebant: facultas eis data est, non mutata voluntas.

Cur intrauit cũ glia.

Q.

Sed ad plaudentis turbæ gaudium redeundo, considerare est, quemadmodũ Domino (vt iam dictum est) quidam vestimenta sua in via prosternebãt. Quidam ramos de arboribus cædebant. Quidam ei vocis suæ præconiũ læti offerebant.

K

De primis: Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Portante etenim Dominum asino multi vestimenta sua in via sternunt: quia sancti martyres propriæ se carnis amictu exuentes, simplicioribus Dei famulis viam suo sanguine parant, vt videlicet inoffenso gressu mentis ad supernæ mœnia ciuitatis, quo Iesus ducit, incedant. *Ne qui videlicet dubitarent ibi pedem bonæ actionis ponere in pace, vbi non paucos viderent in bello præcessisse martyrii.* Quin & ii Domino vestimẽta sua in via sternunt, qui corpora sua per abstinẽtiam edomãt, vt ei iter ad mentem parent, vel exempla bona sequentibus præbeant.

Beda.

Vestimenta Christoferũt myst.

Cedunt ramos mork.

De secundis dicitur: Alii autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Frondes vel ramos de arboribus cædunt, qui in doctrina veritatis verba atque sentẽtias patrum de eorum eloquio excerpunt, & hæc in via Dei ad auditoris animum veniẽtis humili prædicatione submittunt. Rami etenim arborum mystice sanctorum patrum præcedentium exempla sunt. Et quisquis in exẽplũ rectè credẽdi siue operãdi, quid prophetæ, quid Apostoli, quid cæteri sancti dixerunt seu fecerunt, pandit: ramos profecto de arboribus cędit, quibus iter asini Dominum por-

Arborũ rami myst.

num portantis complanet, quia, vt iam dictum est, sentẽtias de sanctorum libris excerpit, per quas simpliciũ Christi corda, ne in via veritatis errent, ædificet.

Sed & ramos palmarum Domino præferunt, qui propter ipsius amorem diabolum & peccatum vicerunt. Palmarũ ramos præferunt. myst.

Oliuam verò (quæ pacis signũ est) præferũt, qui intra semetipsos pace sancta compositi, adminicula charitatis, & opera misericordiæ proximis propter Dominum impendunt.

De iis autem qui vocis suæ præconium Domino offerebant, subditur:

Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabãt dicentes: Hosanna filio Dauid, benedictus, q̃ venit in nomine Domini.

Præcessit quippe Iudaicus populus, sequutus est gentilis. Et quia omnes electi, siue qui ante in Iudæa esse poterant, siue qui nunc in ecclesia existunt, in mediatorẽ Dei & hoim crediderũt, & credũt: vna cõfessionis et laudationis voce Dñm qui præcedunt & qui sequuntur, exaltant. L. Beda.

Vna enim est fides eorum qui ante incarnationem dominicam, & qui post hanc fuere probati, quanuis sacramenta habuerint pro temporum ratione disparia, Petro attestante qui ait: Sed per gratiã Domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi. Ergo quoniam vna spes, & vna fides est præcedentium atque sequentium populorum, sicut illi sperata passione ac resurrectione eius sanati sunt: ita nos præterita passione illius, ac permanente in secula resurrectione saluamur. Quem enim priores fideles ex Iudaico populo crediderunt, atque amauerunt venturũ, hunc nos & venisse credimus, & amamus, eiúsque desiderio accendimur, vt, cum facie ad faciem contemplemur. Vna fides ꝑcedentium & sequẽtiũ. Act. 10.

Quoniam ergo ab ipso salutem & priores quæsierunt, & præsentes quærunt, & benedictum qui venit in nomine Dñi confitentur, bene dictum est quòd turbæ quę præcedebãt, & quę sequebãtur clamabãt: filio Dauid osanna.

Est autem osanna verbum Hebraicum compositum ex duobus, corrupto & integro: salua nanque siue saluifica apud eos dicitur osi: at verò anna, interiectio est deprecantis, quomodo apud nos latinos interiectio est dolentis heu. Denique in psalmo centesimo decimoseptimo vbi Osanna qd importet.

septuaginta interpretes trāstulerunt: O Domine saluum me fac. In Hebræo scriptum est: Anna adonay osi anna. Quod interpres noster Hieronymus diligentius elucidās ita transtulit: Obsecro Domine, salua obsecro. Idem nanque significat, O Domine, per interiectionem obsecrantis, quod Obsecro Domine, per ipsum verbum obsecrationis. Itaque Osanna, salua obsecro significat, consumpta litera i vocali, quæ præcedēs verbū terminat, quum perfectē dicitur, Osi, per virtutem literæ vocalis: a qua verbū sequens incipit scilicet Anna. In hoc autem verbo Osanna i litera nec saltem scribatur, sed sensu loquentium saluo, funditus interimatur. Clamabāt ergo turbę salutem à magno mundi saluatore filio Dauid flagitantes, Osanna. Et quidem hoc est, quod in Psalmo legitur: Domini (subaudis solius) est salus, & super populum tuum benedictio tua. Hoc idem est quod in magnæ laudis deuotione in Apocalypsi sanctorum chorus resonat. Salus (subaudis adscribatur ei) qui sedet super thronum, & agno.

M Apoc. 7.

Benedictus qui venit in noīe Dñi. In noīe Dñi, in nomine Patris significat. Vnde & alibi Iudæis non credentibus dicit: Ego veni in noīe Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in noīe suo, illū accipietis. Venit Christus in noīe Dei patris, qa in oībus quæ gessit & dixit, Patrē glorificare, & glotificandū hoībus prædicare curauit.

Ioan. 5. Christus vt venit i nomine patris

Veniet Antichristus in nomine suo, qui quū futurus sit homo oīm nequissimus, & diabolo comite plenus, nō dedignabitur se Dei filiū cognominari. Aduersatur enim et extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Adsumunt autē versiculū laudis turbę de psalmo iā dicto, quē ad literā de Domino cantatum, nemo est qui dubitet. De ipso enim in eodem psalmo præmittitur: Lapidē quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Quia videlicet Christus quem reprobauerūt Iudæi, ędificantes suarum decreta traditionum, factus est in munimentum vtriusque populi credentis, Iudæi scilicet & Gentilis. Quod enim in Psalmo lapis angularis vocat Christus, hoc est vtique quod in Euangelio præcedentiū sequentiumq; collaudatur voce turbarum.

2. thessal. 2

Quōd autē in Euangelio secundū Marcū in eiusdē laudis prosequutione subiūgitur: Osanna in excelsis, perspicuè docet aduentū Domini in carne non solū humani generis in terra, sed & angelorū in cælis esse salutē, quia dā

Etiam angelis p Christū salus.

nos redem

nos redẽpti ad ſuperna perducimur, eorum profecto nu-
merus, qui ſathana cadẽte erat minoratus, impletur. Hinc
enim Paulus ait inſtaurari omnia in Chriſto quæ in cæ- Epheſ. 1.
lis & quæ in terra ſunt in ipſo. Rectè igitur Oſanna in al
tiſſimis in eius laudẽ canitur, cuius tota incarnationis di
ſpenſatio pro implenda gloria patriæ cæleſtis aderat.

Benedictus, inquiũt, qui venit in nomine Dñi. Iſti lau- N
dantes clamabãt de aduẽtu Chriſti iã impleto, dicẽtes, qui
venit: qui autem præcedebant patriarchæ & prophetę, cę
teriq; qui de Chriſti aduentu prædixerũt & cognouerũt,
dicebant eodem cum turbis iſtis exultationis ſpiritu, di-
cebant, inquam, de futura Chriſti gratia prophetãtes: Be-
nedictus qui venturus eſt in nomine Domini.

Nec ſolũ diuinas Domino, ſed etiã regias laudes accla-
mabant. Vnde in Euangelio ſecundũ Marcũ ſcriptum eſt:

Benedictum quod venit regnũ patris noſtri Dauid. Le
gimus in Euãgelio Ioãnis quòd refectæ de quinque pani Beda.
bus & duobus piſcibus turbæ voluerũt rapere Ieſum, & Ioan. 6
conſtituere eum regem. Sed ne hoc perficere poſſent, ipſe
in montẽ fugiendo præcauit. Nũc autem vbi paſſurus Ie- Chriſtꝰ paſ
roſolymam venit, non refugit eos qui ſe regẽ faciũt, qui ſurus cur
agmine glorifico & hymnis dei filio ac rege dignis ad ci- regiũ nomẽ
uitatem regiam ducunt. Non reprimit voces eorum nõ refugit.
qui regnum patriarchæ Dauid in eo reſtaurandum, &
priſcæ benedictionis dona recuperanda concinunt. Vt
quid ergo hoc quod prius fugiendo declinauit, modo li-
bens amplectitur, regnumq; quod adhuc victurus in mũ-
do ſuſcipere noluit, iam iam exiturus per paſſionem cru-
cis de mundo, non negauit ſuſcipere, niſi vt apertè doce-
ret, quòd non temporalis & terreni, ſed æterni in cælis
rex eſſet imperij. Ad quod profecto regnũ per cõtemptũ
mortis, gloriã reſurrectionis & aſcẽſionis triumphũ, pue
niret. Hinc eſt enim q; poſt reſurrectionẽ apparẽs diſcipulis Matt. vlt.
ait: Data eſt mihi oĩs poteſtas in cęlo & in terra. Sed nec Turbæ &
prętereundũ eſt quãta ſit conſonãtia turbę Dñm collaudã angeli con-
tis, cũ voce euãgelizãtis virgini matri Gabrielis q ait: Hic ſonantia.
erit magnus & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi Dñs Luc. 1.
Deus ſedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob
æternũ. Accepit autẽ Dñs ſedem ſiue regnum Dauid, vt O
gentẽ cui ille quõdã temporalis regni gubernacula ſimul Vt regnum
& exẽpla iuſtitię prębuit: quãq; modulis hymnorũ ſpirita dauid Chri
liũ ad fidẽ atq; amorẽ ſui cõditoris accẽdere ſolebat, hanc ſtꝰ accepit.

ipse verbis,donis,factis,et promissis,tanto mediatore dei & hominum dignis,ad regnum cæleste & immortale vocaret,atque ad ipsam Dei patris visionem introduceret.

Non ergo venit rex iste Dauidici regni hæres ad exigendum tributum, vel ferro exercitum armandum, hostesq; visibiliter debellandos:sed rex Israel est, quòd mentes regat, quòd in æternum consulat, quòd in cælorũ regna credentes,sperantes,amantesq; perducat.

Dignatio Christi,nõ promotio

Porrò Dei filius æqualis Patri, Verbum per quod facta sunt omnia, quod rex esse voluit Israel, dignatio est, non promotio:miserationis indicium est,non potestatis augmentum. Qui enim appellatus est in terra rex Iudæorum,in cælis est dominus angelorum. Verũ quia Christus in carne totius mundi propitiatio & hominum videlicet & angelorum, illuxit pulchrè sibi inuicem in laude dispensationis eius cælestia simul & terrena concinũt. Quomodo enim nascente cęlestium virtutũ agmina deum laudãtia decantãt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hoĩbus,eo de mundi principe triumphaturo, moxq; se cælis reddituro,mortales vicem laudis reponunt.

Luc.2.

Rami palmarũ victorię signũ.

Sanè rami palmarum,insignia victorię sunt. Magnum vtique & mirum spectaculum. Nunc primum parabatur bellum,necdum certamen initum,& iam triumphum celebrabãt turbæ populorũ. Sed nũnquid illud iã sciebant, quòd iste sine dubio perfecturus esset victoriã? Imo nec istud nouerãt,q; ad pręliandũ venit rex Israel. Abscondita tũ erat cũctis viuẽtibus,& ab ipsis Apostolis hoc diuinitatis consiliũ,quòd per passionẽ & mortem suã iste rex destructurus esset eum qui habebat mortis imperiũ,i. diabolum:vel quòd oporteret eum pati & resurgere a mortuis & ita intrare in gloriã suam. Ergo illi tãtæ laudis cõcentores ad intellectũ eius rei,quã agebãt, infantes erãt & lactentes. Nã mysteriũ quod exterius pręsignabãt,nesciebãt.

Hcb.2. Luc.24.

Laudis concentores cur dicti infantes.

Vnde quũ dicerẽt ei scribę & Pharisęi, audis qd isti dicũt? Respõdit:Vtiq;. Nũquam legistis,quia ex ore infantiũ & lactentiũ perfeciſti laudẽ? Igitur ipse qui pati veniebat, nutu & voluntate sua tales infantes & lactentes in cõparatione scribarum & Pharisæorum,penes quos erat vbertas facũdiæ,solidusq; cibus legalis & prophetice scientię, nutu inquam suo tales infantes & lactẽtes commouit,vt eo modo sibi occurrerent, vt eiusmodi ramos attollerẽt, vt sic sibi acclamarent, & ita ex ore illorum, eius quam

nesci

nesciebant victoriæ suæ perficiebat laudem.

Sanè sic vadens ad bellum contra diabolum rex Israel, (id est rex omnium qui Deum videre digni sunt) iam in hoc præfigurauit illud tripudiũ quod de victoria eius habitura erat superna ciuitas Ierusalem. Illo nanque resurgente à mortuis, & ascendẽte in cælum, cãtare habebant supernorum ciuium chori ramos victoriæ subleuando, & regem suum debita cum laude & honore suscipiendo. Nam sicut occiso à puero Dauid Goliath Philisthæo, quũ reuerteretur, & ferret caput eius in Ierusalem, egressę mulieres de vrbibus vniuersis in occursum eius, canebant in tympanis lætitiæ & sistris: sic superato diabolo per passionem Christi exituræ erant animæ sanctorum cum beatis angelis laudantes, & gloriam regi suo canentes, viuentium quoque fidelium multitudines victoriam eius per totum mundum prædicantes. 1. Reg. 17. Victoriæ Christi typus.

DOMINICA II. ADVENTVS



Runt signa in sole & luna et stellis. Luc. 21.

In hac lectiõe tria principaliter sunt cõsiderãda. Primũ est terribiliũ signorum ruinam mũdi prędicũ denũtiatio. Secundũ est, aduentis iudicis cõspicua manifestatio, ibi, *Et tunc videbũt*. Tertiũ est electorum de propinqua redẽptione sua, consolatio, ibi, *His autem fieri incipientibus*.

Circa primum attende quod in officio dominicæ præcedentis sancta mater ecclesia commonefacit nos aduentus filij Dei venientis in hunc mundum per humanę carnis assumptionẽ, qui vtique aduentus amabilis est, & desiderabilis. Misit enim Deus filium suum in mundum, nõ vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum: quo aduentu ipse venit nõ iudicare, sed iudicari, & dare animã suã redemptionẽ pro multis. Hodie verò in sacra præsentis Euangelii lectione illũ nobis proponit Christi aduentũ, quo in fine mũdi vẽturus est iudicare viuos et mortuos. Et hic aduẽtus est expectatione terribilis: vt qui ad emendationẽ vitæ tãto diuinę clemẽtiæ indicio nõ assurgunt, metuẽdi saltẽ terrore iudicij (quod effugere nequaq̃ Aduentus Christi duplex. Ioan. 3. Matt. 20.

Duob⁹ modis coerceri homines à malo.

Horat.

possunt ad resipiscẽtiã oĩ excusso torpore soliciti⁹ etiã gilẽt. Duobus enim modis coerceri solẽt homines à peccato, timore scilicet supplicĩ, et iustitię amore. Illud malorũ est, istud bonorum: iuxta quod per quendam dictũ est:
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Oderunt peccare boni virtutis amore.

Quoniã ergo nouissimi illius & generalis iudicii nobis terror proponitur, tria circa hoc sunt pręmittẽda. Primum de illius congruitate et decẽtia: Secundum quę sint signa iudicium præcedentia: Tertium de signorum illorum expositione & intelligentia.

B

Heb.9

Iudiciũ de homine particulare

Circa primum est aduertendũ quòd licet in fine mortalis vitæ vnusquisque iudicetur, dicente Apostolo: Statutũ est oĩbus hoĩbus semel mori, post hoc autẽ iudiciũ, qd tamẽ iudiciũ illud est particulare, nõ perfectũ, & occultũ, cõdecens est diuinæ iustitiæ, vt suo tẽpore sit de omnibus iudicium generale, perfectum & manifestum.

Cuius ratio sic colligitur: Cũ Deus sit summè bonus, omnia ei hoĩm pcta displicẽt, & tantũ displicẽt, quantũ bonus est. i. in infinitũ. Quũcq; sit summè iustus, summè vult ea punire: Et summè sapiẽs quũ sit, nihil eũ potest latere: Sed & cũ sit summè potẽs, nihil est quod eũ possit impedire, quò minus vniuersa in ordinem reducat: Denique quũ summè sit misericors et benignus, omne quod ab hominibus rectè gestũ fuerit, summè vult remunerare.

Vniuersalis iudicij ratio

Iere.12. Iob.12. Boet.

Manifestũ est autẽ quòd in præsenti vita non est omniũ peccatorũ punitio, sicut nec omniũ bonorum remuneratio: frequẽter enim bene est his q̃ præuaricãtur & iniquè agunt & abundãt tabernacula prędonũ, & vt quidam ait: Scelerum supplicia bonos premunt: & præmia virtutum mali rapiũt. Aliud ergo expectatur iudicium in quo omnium malorum perfecta punitio, & omnium bonorum plena atque perfecta fiat retributio.

Porrò vniuscuiusq; in morte iudiciũ (vt iã dictum est) particulare tãtum est, nam pars hominis, id est anima tãtum, iudicatur, corpus non iudicatur. Anima peccatrix iudicata ad gehennę carcerem rapitur, caro in terram abscõditur, et fugit velut vmbra, quũ tamẽ vna cũ anima particeps fuerit in delictis, & reatuũ debita simul cũ illa contraxerit. Itaque in iudicio generali tam anima q̃ corpus prout simul gesserũt vel bonum vel malũ, sunt receptura. Nam & aĩa sancta etsi ante iudiciũ generale in pacis ac lucis regio

cis regionē recipiatur, quamdiu tamen ſui corporis glorificationem non fuerit aſſequuta, perfectè beata eſſe non poteſt, propter naturalem ſui ad corpus inclinationem: nolens cum apoſtolo Paulo expoliari: ſed ſuperueſtiri, ſcilicet corpore immortali et glorificato: Vt abſorbeatur, inquit, quod mortale eſt à vita. Vnde etiam ſecundum Auguſtinum beatorum animæ aliquo modo nunc retardantur, nec ex toto feruntur in contemplationem diuinitatis. Similiter nec animæ damnatorum ſui habent ſuppliciī complementum, quādiu ſunt à corporibus ſeparatæ. 2. Cor. 5. C

Proinde iudiciū vniuſcuiuſque in morte eſt imperfectū. Cuius ratio eſt, quia de nulla re vel cauſa perfectum poteſt eſſe iudicium ante eius conſummationem: non enim poteſt cuiuſlibet hominis operatio iudicari, priuſquā fuerit tam in ſe quām ſuis effectibus terminata & conſummata. Vt (verbi gratia) ſi quis in rixa multos grauiter vulneraſſet, quorū iam reliqui mortui ſunt, de cæteris adhuc incertus eſt euentus, ille malefactor licet iam habeatur in vinculis, iudicari tamen non debet, niſi ſui ſceleris magnitudo per exitum rei manifeſtetur. Alia iudicij vniuerſalis ratio. Simile.

Proinde ſicut de vita cuiuſlibet hominis nū bona vel mala ſit rectè iudicari nō poteſt ante mortē, quia viuēs de malo in bonū, & de bono in malum mutari poteſt: ſic nec de aīa (quæ licet per mortē à corpore ſeparatur, in ſuis tamē adhuc quodāmodo manet operib⁹) anteq̄ opera eius finē ſortiātur, plenè ac pfectè nō poteſt iudicari. Vnde dicit Auguſtinus pœnā Arrij apud inferos nondū eſſe ad certū acerbitatis ſeu intenſionis modū terminatā, ſed adhuc eam augeri, quòd nondum finis ſit ſui prauī dogmatis, quòd plurimos in anima non ceſſat occidere. Auguſt. Arrij pœna nōdum terminata.

Similiter dici poteſt de iis, qui vel hæretico dogmate, vel alio quocunque ſcandalo cæteros inficiunt atq; corrūpunt: q̄ ſcilicet eorū ſceleris finis nō eſt, quinimo adhuc viuit & ſerpit, quàm diu in aliis pernicie⁹ operatur. Hoc ipſum attende in iis qui fraude, furto, rapina, vſura, & aliis huiuſmodi nefariis artibus proximum ſpoliātes, vſurpant aliena, quæ & ſuis ad eorum damnationē relinquūt hæredibus, et illi ſimiliter ſuccedētibus ſibi, qui nō minus ea tenentur reſtituere, quàm ille primus horū acquiſitor.

Sed & beatorum augeſcit gloria, quàm diu per eorum vel ſalutarem doctrinam, vel operum exempla bonorum quiſquam proficit ad ſalutem.

Denique quoniam particulare vniuſcuiuſq; iudiciũ occultum eſt & incompletum, neceſſe eſt ſuccedere iudiciũ aliud quod ſit completum, & manifeſtũ. Multi enim nũc
Ezech.13. iudicio peruerſo viuificant animas quæ non viuunt: & interficiunt animas, quæ non moriuntur: qui iniquos iuſtificant, & iuſtos damnant.

Auguſt.20. de ciu.dei. Dies Dñi. Hinc ille dies iudicii, propriè dies Domini vocatur, quòd iam nullus tunc erit imperitæ querelæ locus, quur iniuſtus ille ſit fœlix, ille iuſtus infœlix. Omniũ nanque tunc, & non niſi bonorum vera erit & perfecta fœlicitas, & omnium, & non niſi malorum digna & ſumma infœlicitas cunctis apparebit. Tunc cognoſcent ſe erraſſe iudicio, qui beatos dixerunt eos, quos in hoc mundo dextris ſucceſſibus, & honore mundano proſperari, & poſt mortem cum ingẽti pompa tumulari conſpexerunt: beatum putantes populum cui hæc ſunt, quum tamen nemo beatus, niſi cuius eſt Dominus Deus eius.

E iudiciũ p̃ce dẽtia ſigna. Circa ſecundum, id eſt ſigna iudicium præcedentia, aduerte quòd ad dignitatem iudicis pertinet habere quędã indicia poteſtatis quæ ad obedientiam, & ſubiectionem iudicandos inducant. Et ideò multa ſigna terribilia præcedent, vt hominũ corda in ſubiectionem venturi iudicis Chriſti præparentur. Itaq; inter ſigna iudiciũ pręcedẽtia,

Bella & ſeditiones. Primum ſignum bella ſunt & ſeditiones. Vnde Dominus interrogatus à diſcipulis quod eſſet ſignum aduentus ſui, & conſummationis ſeculi, hoc inter alia reſpon-
Matt.24. dit: Audituri eſtis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Conſurget enim gens in gentem, & regnum
Gregor. in regnum. Vltima ſane tribulatio multis tribulationibus præuenitur, & per crebra mala quæ præueniunt, indicantur mala perpetua quæ ſubſequunur. Et ideò poſt bella & ſeditiones non ſtatim finis, quia multa debent mala præcurrere, vt malum valeant fine fine nuntiare.

Mar.13. Porrò de domeſticis tunc ſeditionibus apud Marcum dicitur. Tradet autem frater fratrem in mortẽ, & pater
Gregor. filium, & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficiẽt. Minorem dolorem mala faciunt quæ ab extraneis ingeruntur. Plus enim ea in nos tormenta ſæuiunt, quæ ab illis patimur de quibus minus præſumebamus: quia dum damna rerum & corporis nos cruciant, plus amiſſio charitatis moleſtat.

Secun

Secundum signum erit fames, quæ præliis & seditionibus succedere consueuit, quæ tunc eo grauior ingruet, quo grauiora fuerint bella & seditiones: quibus regiones tunc fuerint afflictæ, vsq; adeo vt profligatis colonis, omnibusq; vastatis, nec sementis ipsa supererit. Hinc nimirũ fames, & annonæ caritas tanta, vt hanc genus humanum vix possit tolerare. F Vſi fames.

Sed & nõnunquam bellis etiam absentibus Deus ponit terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitãtium in ea. Vnde & filij Iacob q̃ fratrẽ suum Ioseph vendiderant, septenni fame receperunt iniquitatem suam. Geñ.41

Similiter & in diebus Dauid propter peccatum Saul qui Gabaonitas cõtra fas occiderat, fames fuit in terra tribus annis: nec pluuia data est, donec peccato Saulis expiãdo, septem viri de stirpe eius essent crucifixi. 2.Reg.21.

Sed & tempore Heliæ propter peccata Achab & Iesabelis quæ occidebat prophetas Domini, nõ pluit super terram annis tribus & mensibus sex: & facta est fames valida iumenta pariter & complurimos hominum absumens. 3.Reg.17

Deniq; in obsidione Ierosolymorum sub Tito, vsque adeo fames in ciuitate prævaluit, vt plerisq; cloacas scrutãtes, veterem simum hominũ, alimentum bonũ haberent. Vbi etiam deprehẽsum est matrem quandam lactentem filium comedisse. Et quare hæc omnia, nisi propter incomparabile scelus interemptiõis Christi? Similiter & in nouissimo tempore circa finem mundi, propter extremã hominum malitiam fames non toleranda grassabitur. Fames grassabunda. Ioſephus.

Tertium quod iudicium præcedet signum, erunt pestilentiæ & hominũ mortes subitaneæ. Nam & naturaliter succedere cõsueuit inediæ pestilentia, q̃ necessitate famis homines coacti impurum sumpserint alimentum. Et licet fames nulla præcederet, nihilominus tamen stipẽdia peccati, mors. Et sicut timor Domini apponit dies, ita & anni impiorum breuiabuntur, sicut scriptũ est: Impij sublati sunt ante tempus suum. Et iterum: Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. G Peſtilẽtiæ vltrices. Rom.6 Prou.10.

Hinc subita morte percussi sunt Sodomitæ. Subitò etiam sorbente terra perierunt Dathan & Abiron, Chore similiter vnà cum suis cõplicibus, igne è thuribulis eorũ exhalante, consumpti sunt. Geñ.19 Num.16.

Deniq; propter peccatum Dauid in numeratione populi, quum trium ei optio daretur, id est famis septem an- 2.Reg.vlt.

norum, belli & fugæ trium mensium, aut pestilentiæ triduanæ: & ille malēs incidere in manus Domini quàm in manus hominum pestilentiam elegisset, cædente angelo, mortui sunt vna die septuaginta milia virorum. Sed in nouissimis temporibus, quando iam vel maxime abundabit iniquitas, pestilentiæ contra impios plus solito grassabuntur.

H Quartum signum, erunt terrores de cœlo. Cuius mali exemplaGen.19 multa legimus. Grandis enim fuit terror è cœlo, dum excussus è nubibus ignis incendio repētino combusfit quinq; cum vniuersa gente ciuitates. Terror etiam Exo.10 fuit non modicus in Ægypto, dum totis tribus diebus tenebræ palpabiles eam terram occuparent. Denique terri4.Reg.1 bili exemplo ad imprecationē Heliæ ignis è cœlo cadens consumpsit duos principes quinquagenarios vnà cum eorum quinquagenis. At multo terribiliora propter nimias hominum impietates circa mūdi finem de cœlo signa atque terrores apparebunt.

Terrores de cœlo.

Quintū signū ea signa cōplectitur, de qbus post præmissa apud Matthæum in generali subditur: Et signa magna erunt. Hęc in litera specificātur, quum dicitur: Erunt signa in sole, & luna, & stellis. Verum qualia vel cuiusmodi hęc futura sint signa, in Euangelio secundū Matthæum expressum est, vbi dicitur:

Mat.24.

I Statim post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo. Vnde & per Ioëlem prophetam dicitur: Sol cōuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Dies iste magnus, dies extremus est. Sæpe enim in scripturis dies Domini, dies ille vocatur, quo ad iudicandum venturus est Christus. Nam dies ille peculiariter dies ipsius dicitur, quòd die illo manifestum erit omnibus, q̄ omne iudicium filio dederit pater. Et in Apocalypsi dicitur: Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de cœlo ceciderunt super terram. Solis quoque pars non exigua percutietur, sicut ibidem scriptum est: Percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorū, & diei non lucerettertia pars, & nocti similiter. Hanc percussionem intelligere potes diminutionem influxus, quem alias habent in ea omnia quæ ex terra nascūtur, & etiam in ani-

Ioel.2. Signa in sole & luna.

Ioan.5. Apo.6

Percusfio solis & lunę

ani-

animantia quæ viuunt ſuper terram. Hęc enim ex tali per cuſſione cœleſtium luminarium, detrimẽtum graue cum ſui imminutione patientur.

Nec tamen putandum eſt ipſa ſtellarum corpora è cœlo in terram ruitura, quandoquidem his capiendis terræ magnitudo nequaquam ſufficeret, ſed propter ignes cœleſtes terribilibus flammis lucentes, impreſſiones videlicet metheoricas (quas aſſub, vel ſtellas volantes appellãt) quæ tunc ad hominum terrorem horribiliter crebreſcent.

Sicut enim CHRISTO in cruce moriente ſol radios ſui luminis mundo negauit, vtique tenebras ſempiternas Dei filium interficientibus interminatus, ita ſeculi cõſummatione imminente, idem ille obſcurabitur, ſuósque radios negabit indignis.

Et merito quidem (vt ait Beda) iam incumbente iudicio, terrarum orbis prementibus ſe inuicem colonis inficitur, maxima cœli luminaria percuſſis horrore nouo radiis turbatam faciem velant. Et quo modo impulſę ad caſum arbores, fragoris motuſq; ſui præmittere ſolent indicia, ſic termino adpropinquante quaſi pauentia nutant & tremunt elementa. Et quid mirum ſi ſub ipſa iudicij præſentia ſol obſcurabitur, & luna nõ dabit lumen ſuum, & ſtellæ de cœlo cadent, quandoquidem apparẽte iam veræ gloria lucis, omnia mundi lumina tenebris vmbriſq; comparantur. Quum ergo dicitur: Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis, præcurſores vicini eiuſdem iudicij quaſi nuntios indicat. Simile.

Porrò ſignorum huiuſmodi cauſſæ plures adſignantur, quarum vna eſt, compaſſionis. Vbi enim paterfamilias moritur, omnis familia turbatur, & in luctus ſignum nigris induitur: Sic etiam mundi huius occaſu iam imminente, vniuerſa quæ propter miniſterium hominis condita ſunt, ipſius interitum tenebris, quaſi pulla veſte obuoluta, ſuo modo lugebunt. K Chryſoſt. Signorum cauſſæ. Simile.

Secunda cauſſa eſt, vltionis. Per quæ enim quis peccat, per hæc & torquetur. Homo autem quia mundi creatura multipliciter peccando abuſus eſt, ideo eadem mundi creatura terribilibus ipſum ſignis iudicio iam propinquo torquebit. Nam quoniam ea quæ ad vſum vitæ accepimus ad vſum vertimus culpæ, iure reſtat vt ſimul nos omnia feriant, quæ vitiis noſtris male ſubiecta ſeruiebãt. Gregorius.

Et vnde

Et vnde prius habuimus incolumes gaudia, inde postmodum cogamur sentire tormenta. Et quia in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur, vt impleatur quod dicitur: Pugnabit pro eo orbis terrarum cõtra insensatos. Vbi enim commouetur ad iram paterfamilias, vnà cum ipso & familia turbatur. Et vbi ingruente bello rex parat se vindicare de inimicis, mox cõtra hostes regis vniuersa militia se accingit, sicut scriptum est: Armabitur creatura ad vltionem inimicorum.

Sapien. 5.

Simile.

Sapien. 5.

Tertia est caussa finalis terminationis, scilicet mũdi. Sicut enim in exordio mundi Deus fecit duo luminaria magna, luminare maius vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti: & stellas, & posuit eas in firmamẽto cœli vt lucerent super terram, & sic mundi cõstitutionem indicarent esse completã: Ita etiã in fine mundi immutationes in eis fiẽt, quæ mundũ iam deficere demonstrẽt.

Finis mũdi signum.

Gen. 1.

L Circa tertium, quod est dictorum signorum mystica intelligentia, notandum est ex his tribus, scilicet sole, luna & stellis mystice intelligendo, accipienda esse signa, nõ solum finis mundi & temporũ, sed etiam signa corruptionis fidei & morum, & insuper signa damnatiõis hominũ reproborum. Horum ergo signa primo in sole erunt.

Sol mystice Christus est, iuxta quod per Malachiam dicitur: Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. Hũc solem Deus oriri fecit super bonos & malos, qui Christi mediatoris gratiam omnibus hominibus notam esse prædicantibus Apostolis voluit. Et sicut sol fons est & origo totius luminis, tam superioribus astris q̃ inferioribus: sic & Christus fons sapiẽtiæ, & homines illuminat & angelos. Ipse enim est lux vera quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum. Appropinquante autem fine mundi, hic sol Christus per hæreticos, per Antichristi discipulos, propter eius signa mẽdacia, munera, tormenta, obscurabitur, id est, inhonorabitur, contemnetur, blasphemabitur, negabitur. Omnes enim quotquot venerunt & venient hæretici, Christum solem iustitiæ & lucem mundi paribus ausis nituntur obscurare. Sed casso labore in suo conatu & irritis votis deficiunt.

Christus, vt sol mystice.

Mala. vlt.

Mat. 5.

Ioan. 1.

Christ⁹ sol, vt obscurabitur.

Quomodo enim fieri posset vt noctuæ, vel omnes simul, agmine facto, inuisum quidem sibi, aliis autẽ omnibus defideratum & necessarium solis lumen extinguant? Hoc tentando nihil aliud adsequuntur, q̃ vt à solis splen-

Simile.

dore

dore infirmus eorũ & qualiſcunq; viſus magis excæcetur.

Si hæretici (qui quoniam male agũt, odiunt lucem) fallacibus prauiſq; dogmatibus, irriſionibus atq; blaſphemiis cõtra Chriſtum & eccleſiam ſemetipſos quidem magis atque magis excæcare poſſunt: ſed eccleſiam Chriſti conuellere, fidei catholicæ veritatẽ abolere, lucẽ mundi Chriſtum extinguere omnino non prævalebunt: tametſi hunc apud eos duntaxat qui corruptis ſunt moribus, & fatentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, falſo dogmate videantur ad tempus obſcurare. Apud eos inquam hoc poſſunt, qui nomen habent q̃ viuunt, & mortui ſunt. Vnde ait beatus Ambroſius: Plurimis à religione deficientibus, clara fides nube perfidię obſcurabitur, quia ſol cęleſtis mihi fide mea minuitur vel augetur. Et ſicut menſtruis defectibus luna vel terræ oppoſitu quum fuerit è regione ſolis vaneſcit, ſic & ſancta eccleſia quum lumini cęleſti vitia carnis obſiſtũt, fulgorem diuini luminis de Chriſti radiis nõ poteſt mutuari. Nam in perſequutionibus lucem diuini ſolis plerunq; amor vitæ huius excludit.

Hæreticorũ inſania.

Apoc. 3

Porrò luna quia à ſole lumen ſuum habet, myſticè eccleſiam deſignat: & hæc quidem operante myſterio iniquitatis vergente in ruinam mundo, per antichriſtum & hæreticos antichriſti præcurſores in ſanguinem cõuertetur, quãdo hanc nõ modo contumeliis & blaſphemiis, ſed etiã gladiis iidem ſatellites antichriſti perſequentur.

Sed & ſtellæ, id eſt, doctores & prædicatores, qui putabantur in cœlo iam mente cõuerſari, qui aliis doctrinæ lumen dederant: iſti (inquam) cadent de cœlo. Nam derelicta prioris vitę profeſſione, abrenuntiata religione, mutata veſte, huic ſeculo per omnia conformabũtur, nihil aliud q̃ perituras diuitias, voluptates carnis, & honoris mundani faſtigia ſectantes. Ita vt horum ruinã lamẽtatus fuiſſe videatur, qui ait: Quomodo obſcuratũ eſt aurum, mutatus eſt color optimus? Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum? filij Sió inclyti amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli? Qui veſcebãtur voluptuoſe (delectari prius in verbo Dei) interierũt in viis, ſcilicet errorum. Qui nutriebãtur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. Et quidem iam cernere eſt plurimos huiuſcemodi in hæreticam dilapſos prauitatẽ ab eccleſia catholica, quaſi è cœli firmamento *in lutum*, id eſt, in vitam cõtaminatam & omni crimi-

M Doctores vt ruent.

Thren. 4.

Stellas nũc è cœlo ecciſſe.

num ge-

num genere conſpurcatam decidiſſe,ſed nõdum finis. Et hæc de ſtellis erraticis,vel potius de ſtellis cadentibus,qui & ſtellæ,& in cœlo eſſe putabãtur,ſed veræ ſtellæ nõ erant
Dan.12 ſicut illi de quibus ſcriptum eſt: Qui docti fuerint,erunt quaſi ſplendor firmamẽti,& qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos,erunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates:non in quã tales ſtellæ erant,ſed nec in cœlo, id eſt,cœleſti vita & conuerſatione erant,ſed tantum eſſe putabantur.

Porrò de bonis doctoribus & verè religioſis hoc ꝗd ſcriptum eſt accipere poſſumus. Stellæ manẽtes in ordine
Iudic.3 & curſu ſuo,pugnauerunt contra Siſaram.

Per Siſaram,qui exercitum aduerſus Dei populũ permaximum ducebat, diabolus ſignificatur. Interpretatur enim,excludens gaudentem,ſiquidem per ipſum intrauit in orbem terrarũ mors,dolor,& omne malum:& à beatitudinis gloria per ipſius dolum exulamus.

Aduerſum hũc pugnãt ſtellæ,id eſt,ſancti perſeuerãtes
Prou.27 in ordine ſuo,id eſt,in ea vocatione qua vocati ſunt. Super quos & ſi ſpiritus poteſtatem habentis forſan aſcenderit,tamen locum ſuum nõ dimittunt. Perſeuerant nihilominus & in curſu ſuo,hoc eſt,in augmento profectus ſpiritualis de virtute in virtutem,duce gratia procedunt. Sic igitur myſticè in ſole,luna,& ſtellis diminutionis fidei ſigna cernentur.

N Corruptionis morum ſigna.

Vt autem ſigna deprauationis & corruptionis morum penes hæc colligantur, aduerte per ſolem eccleſiaſticum principatum figurari. Iſte ſol obſcurabitur quando iam authoritas eccleſiæ & eius ſpiritualis poteſtas & contemnetur & vilipendetur. Sed & tunc ſol iſte obſcuratur, quando ij qui in eccleſia præeminent,quorum erat virtutibus & ſanctitate ſplendere, diuerſorum ſqualloreꝝ vitiorum tenebreſcunt.

Luna,principat⁹ ſecularis.

Proinde per lunam principatum ſecularem intellige. Sicut enim luna à ſole lumen habẽt, ſic poteſtas ſecularis ab eccleſiaſtico principatu fulcitur, dirigitur, ac fidei & morum præceptis illuminatur. Sed obſcurato (quo modo dictum eſt) ſole,luna hæc,id eſt, ſecularis poteſtas iam dicta, in ſanguinem, id eſt, in crudelitatem, impietatem, pauperum oppreſſionẽ, in iniuſtitiam, in ſacrilegia, & in omne id genus ſcelerũ,quaſi in ſanguinem conuertetur.

Eccleſiaſtica poteſtas in contẽptũ

Quum enim eccleſiaſtica poteſtas venerit in contemptum, & omnia ſub poteſtatẽ ſecularem fuerint redacta, quid

quid reſtat, niſi vt per omne nefas nemine prohibente, ſuperbiat impius, & pauper incendatur. Et adhuc amplius fiat quod iam fieri cernitur, illud ſcilicet de quo per Salomonem dicitur: Vidi calumnias pauperum & lachrymas innocentũ, & neminem cõſolatorem, nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ cunctorum auxilio deſtitutos. Et laudaui magis mortuos q̃ viuentes, & feliciorẽ vtroque iudicaui qui necdum natus eſt, nec vidit mala quę ſub ſole fiunt. Eccẽs. 4 Lamẽta innocentum.

Vnde etiam per Ieremiam prophetam ſequenti impio dicitur: In alis tuis inuentus eſt ſanguis animarũ pauperũ & innocentum, & dixiſti: Innocens ſum & abſq; peccato. Alæ potentum ſunt eorũ ſatellites & ſatrapæ, qui de ſudore & ſanguine pauperum diuitiis creſcunt, & deliciis impinguantur: iis quorum erat eos coërcere, id eſt, dominis diſſimulantibus & cõſentientibus. Quiſque tamen eorum dicit: Abſq; peccato ego ſum. Cui dicitur à Domino: Ecce ego iudicio contendam tecum. Iere. 2.

Principum & poteſtatem habentium erat, nõ inferre ſubditis iniuriam, ſed ab aliis illatã repellere, iuxta illud: Eripite pauperem, & egenũ de manu peccatoris liberate. Sic enim fecit Dauid, ſicut ſcriptum eſt: Omnis qui gemebat & vexabatur à Saul, fugiebat ad Dauid, & liberauit eum. Hoc enim decet facere principatum gerentes. Vnde Hieronymus: Regum eſt facere iudicium & iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos: & peregrino, pupillo q̃ & viduæ (qui facilius à potẽtibus opprimuntur) prębere auxilium. Vnde etiam ait beatus Cyprianus: Rex debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, parricidas & periuros non ſinere viuere, filios ſuos non ſinere impie agere. O Mun⁹ prĩcipis ſcłaris 1. Reg. 25 Sup Iere.

Sed nunc verendum eſt, ne de iis illud verificetur quod per Eſaiam Dominus loquitur, dicens: Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo nõ iudicant, & cauſſa viduæ nõ ingreditur ad eos. Eſa. 1. Iniqui prĩcipes arguuntur.

Vnde & per Ezechielem prophetam dicitur: Principes eius in medio eius quaſi lupi rapientes prædam. Ezc. 22

Audiant dicentem: Non facias violentiam pauperi quia pauper eſt, nec q̃ conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus cauſſam eius, & configet eos qui confixerũt animam eius. Prou. 22.

Denique

Depranationis morũ signa.

P Deniq; corruptionis & deprauationis morũ signa in stellis est cernere. Porrò regularis cuiuslibet vitæ professo res mysticè stellę vocãtur, nempe quorum erat terrenis cal catis, cœlestibus inhærere: quæ sursum sunt quærere, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sape re, nõ quæ super terram. Sed nunc passim stellę istæ de cœ lo cadunt, dũ instituto spiritualis vitæ derelicto, nihil nisi transitoria ambire, nihil nisi terrena quærere conspiciun tur. Siquidem cœnobiis suis derelictis, per mundum va gantes cõmixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eo rum, & seruierunt sculptilibus eorum, id est, mammonam colunt seculo prorsus cõformati, sicut scriptum est: Disper

Exod. 5. sus est populus Israel per omnem terram Ægypti, ad colli gendum paleas. Hos beatus Hieronymus ad Paulinum scribens arguit, dicens: Si cupis esse monachus quod dice ris, quid facis in vrbibus? quæ vtiq; non solorum sunt ha bitacula, sed multorum.

Signa dãnationis reproborum.

Q Colligere nihilominus in sole, luna, & stellis possu mus signa damnationis reproborum: si per solem, charita tem: per lunam, fidem: per stellas cæteras, animi virtutes velimus accipere. Sol, inquit, obscurabitur, id est, charitas refrigescet. Luna verò, id est, fides nõ dabit lumen suum.

Luc. 18. Vnde in Euangelio Dominus loquitur, dicens: Filius ho minis veniens, putas inuenict fidem super terram? Et vn

1. Tim. 4. de per Apostolum dicitur: Spiritus autem manifeste dicit quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dęmoniorum.

Iere. 7. Vnde etiam per Ieremiam prophetam dicitur: Periit fi des, ablata est ab ore ipsorum. Falsa enim est fides Iudæ orum, corrupta hæreticorum, mortua falsorum Chri stianorum.

Et stellæ cadent de cœlo, id est, aliæ virtutes euanescẽt de ecclesia, iuxta quod scriptũ est: Et egressus est à filia Siõ

Thren. 1. omnis decor eius, & viri virtutum loco succrescẽt, iuxta

Osee. 4. quod per Osee dicitur: Nõ est veritas, nõ est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum & mendacium, furtum, homicidium & adulterium inundauerunt, & san guis sanguinem tetigit, id est, peccatum peccato, & noua veteribus superadduntur. Itaq; charitate, fide, cæterisq; virtutibus deficientibus, quid supereſt nisi reproborũ ho minum iusta damnatio?

Sequitur in litera:

Et in

Et in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur.

Quæ euentura sunt orbi post luminarium obtenebrationem ex quibus fiet angustia gentium, exprimit dicēs: Et in terris (subaudis, erit) pressura gentium: quę pressura partim ex superioribus malis, id est, bellis, vastatione regnorum, humani sanguinis effusione, fame, pestilentia, tot subitaneis hominū mortibus, terroreq; nimio signorū cœlestium, partim ex iam tunc incumbentibus signis, terroribusq; proueniet. Quorum vnum est cōfusio sonitus maris & fluctuum. R Pressura gētium vnde.

Quum enim alterabitur superior orbis, & elementa inferiora necessario iacturam patientur. Præcipue ipsum mare, quod per illa superiora disponitur, præsertim per virtutem lunę, cuius effectus in maris adfluxu & defluxu, eleuatione & demissione vel maxime apparet. Tūc ergo mare ipsum terribiliter fremet, & litus maris tāta percellet tempestate, vt sit populo terræ pressura, id est, cōmunis miseria, vt tabescāt timore ingruentium malorum. Theophi.

Fugient enim tunc à facie timoris huius homines à locis maritimis ad mediterraneas regiones, præ confusione sonitus maris & fluctuum. Mare enim (vt dictum est) insolito modo commotū, magnos accolis suis horrores, pressuras, damna, ac detrimēta pariet, iuxta quod per Psal mistam dicitur: Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. Vnde & alibi scriptum est: Scandescent in eos aquæ maris. Sapien. 5.

Arescentibus hominibus præ timore & expectatione eorum quæ superuenient vniuerso orbi. Tabescēt enim (vt iam dictum est) ex incumbentium mole malorum, iuxta quod apud Matthæum legitur: Erit tunc tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mundi vsq; modo, neque fiet, sed & multo amplius arescent horrore eorum quę adhuc superuentura sunt malorum. S Horror futurorū malorum. Mat. 24.

Tunc enim superueniēte vniuerso orbi timore & expectatione districti examinis, multi qui in hoc mundo florere videbātur, quum se sine fructu conspexerint, arescēt. Beda.

Tunc fides quę ab operibus bonis vacauit probante hanc iusti iudicis igne, marcescet. Nec mirum est homines (vel natura, vel sensu terrestres) ad eius iudicium turbari, cuius aspectu & ipsæ cœlorum virtutes, hoc est angelicæ tremẽt potestates, beato quoque Iob adtestante qui ait: Columnę cœli contremiscunt & pauent ad nutum eius. Quid ergo facient tabulæ, quando trement columnæ? Quid virgula deserti patitur, quum cedrus paradisi concutitur? Non solum enim mortales fluctuabũt, quum alterabitur mundus, sed & angeli stupebunt in tam terribilibus mutationibus vniuersi. Et quomodo non tremerent angeli sancti, quum videbunt tantam & dæmonũ & hominum multitudinem simul damnari?

Iudicij quãtus terror.

Theo.

Chrysost.

Grego.

Quid autem Dominus virtutes cœlorum, nisi angelos, archãgelos, thronos, & dominationes, principatus & potestates appellat, quæ in aduẽtu districti iudicis nostris oculis visibiliter apparẽt, vt districtè tunc à nobis exigãt, hoc quod nos modo inuisibilis cõditor æquanimiter portat. Commouebuntur ergo ad vltionem inimicorum, quum iam viderint regem suum inimicis suis iratum. Vnde Chrysostomus.

Si rege terreno ad expeditionem surgente, totus commouetur exercitus, & ciuitas tota feruet: quãtomagis cœlorum rege surgente ad iudicandũ viuos & mortuos, virtutes cœlorum mouebuntur? Quid ergo mirum si inter hæc arescãt homines præ timore & expectatione propinqui iam iudicis, & ineuitabilis atq; irreuocabilis iudicij, & ingruentium terrore malorum, quæ nunquam habitura sunt finem?

T

Simile.

Si debitor quispiam videt adpropinquãtem cum literis debiti creditorem, volentem hunc iudicialiter cõuenire, anxiatur atq; turbatur: Et vtique debitores sumus Deo, quicũq; dicimus supplicãtes: Dimitte nobis debita nostra: & quidẽ debitores debiti grauis & insolubilis. Quotiescunq; enim nõ fecimus quod facere debebamus, debitum graue cõtraximus. Venit contra nos ad iudicium creditor Deus, venit autem cũ literis & documentis quibus cõuincat debitorem. Debitum enim cõscientiis eorum qui iudicandi sunt inscriptum tunc palàm manifestabitur. Nihil enim tã opertũ quod tunc non reueletur. Aderit sanè dies Domini, in quo facta nostra quasi in tabula depicta manifesta erũt. Hinc in Apocalypsi scriptũ est: Libri aperti sunt (vide-

Simile.

Vt creditor deꝰ, & hoies debitores.

Apoc. 20.

(videlicet cõscientiarũ)& iudicati sunt mortui ex his quæ scripta sunt in libris,secundũ opera eorum. Si ergo times examen pauendum,dum facultas datur,corrige conscientiam, & ante iudicium para iustitiam, & ante languorem adhibe medicinam.

HOMILIA ALTERA.

TVnc videbũt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. Lucæ.21.

In hac parte Euangelicæ lectionis de duobus est differendum. Primum est,Iudicis aduenientis conspicua manifestatio. Alterum est, Electorũ de sua propinqua redemptione cõsolatio,ibi:His autem fieri incipientibus.

Circa primum tria notãtur. Primum est,cõsyderatio temporis. Secundum est,forma iudicantis. Tertium est, magnificentia maiestatis. A

Primũ insinuatur,quum dicitur:Tũc. Vbi est aduertẽdũ, ꝙ tẽpus aduentus Christi in fine mundi ad iudicium, nec angeli ipsi,nec homines naturaliter possunt cognoscere. Cuius ratio est,ꝙ tũc motus cœli cessabit, & ex consequenti cessabit tempus,quod ex motu cœli est. Sed nullus angelorũ nec hominũ nouit,quando huiusœmodi motus cessabit,eo ꝙ talis motus nõ est naturalis,vel ex seipso necessarius: sed est secundum beneplacitũ Dei,quod nulli angelorum aut hominũ naturaliter cognitum est. Mundi finẽ naturaliter cognoscit nemo.

Ad hæc,mundus & tempus cõstabunt donec completus fuerit numerus electorum, sed angeli & si in contemplatione diuinitatis cognoscãt hunc numerũ(vt dicit Augustinus in Enchiridion. Nouerunt,inquiens,angeli sancti docente Deo,quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectet) veruntamen quando ille electorum numerus implendus sit,inuestigare angeli nequeunt,eo ꝙ ex sola Dei voluntate,& ex libero hominis arbitrio dependeat salus electorum:neutrum autem horum naturaliter angelis cognitũ est, ac per hoc nec mundi finis,& aduentus iudicis Christi. Cap.36 Completo electorũ numero,mundi finis.

Quòd si quæras,num hoc idem vel angelis vel hominibus sit reuelatum,Respõdetur,quum hoc Christus apostolis sciscitãtibus & dicẽtibus:Dic nobis quãdo hæc erũt,

Num mũdi finis alicui reueletur.

& quod signum aduentus tui & cõsummationis seculi. & rursum: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel, reuelare noluerit, & hoc eis responderit: Non est vestrũ

Act.1. nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate, verosimile est hoc nulli hominum esse diuinitus reuelatum, quia (vt dicit Augustinus) hoc nosse non expedit hominibus, quin potius ita viuant homines quasi quotidie iudicandi.

Sed neq; hoc angelis reuelatum est. Vnde ipse Domi-

Mat.24 nus: De die autem (inquit) illa, & hora nemo scit, neq; angeli cœlorũ, nisi solus pater. Nam sicut mundi exordium priusquam esset, soli deo cognitum fuit: ita & mundi finis soli Deo cognitus est, & homini CHRISTO (cui datum est de hominibus pariter & dæmonibus iudicare) à Deo reuelatus.

Et quum dicitur q̃ de hoc sciat solus pater, & in Euan-

Mar.13 gelio secundũ Marcum dicitur, q̃ neque filius hoc scit, nisi pater: attende q̃ sicut patris & filij & spiritussancti est vna essentia, ita & vna trium scientia. Sicut enim filius habet eandem diuinitatem quam pater, ita & eandem quam habet pater & filius habet scientiam: sed vt ostenderet q̃ anima Christi tantæ rei notitiam per semetipsam habere nõ potest, nisi à diuinitate ei fuerit reuelata, ait, q̃ neq; filius scit nisi pater. Vnde colligitur neq; beatos in cœlo diem illum scire. Quòd si hoc non datur scire beatis in cœlo, multominus mortalibus in hoc mundo.

Fallunt semetipsos.

Vnde & quotquot de mundi fine hactenus dogmatizare præsumpserunt, tempus certum assignantes, conuicti sunt re ipsa asseruisse quod ignorabant, & fuisse deceptos.

Li.18.ca.53. Vnde Augustinus de ciuitate Dei: Frustra, inquit, annos qui remanẽt huic seculo cõputare ac diffinire conamur, quum hoc scire non sit nostrum. Et subinde: Omnium de hac re calculãtium digitos resoluit & quiescere iubet ille qui dicit: Non est vestrũ nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate.

B

Forma christi iudicãtis

Circa secundum, quod est forma iudicantis, dicitur: Videbunt filium hominis. Iudex enim in forma hominis apparebit: nam vt dicit Augustinus, illa forma iudicabit, quæ iudicata est. Sedebit vt iudex, qui sub iudice stetit vt reus. Damnabit verè reos, qui factus est falso reus, *iuxta*

Iob.36 quod scriptum est: Caussa tua quasi impij iudicata est, caussam iudicium q̃ recipies.

Et me-

Et meritò quidem in forma humana iudicabit. Primo, ad confusionem Iudæorum, qui blasphemantes dixerunt: Nos scimus quia hic homo peccator est. His inquam in ea forma in qua ipsum & blasphemauerunt & crucifixerunt iudicaturus apparebit, vt suam vel sero cognoscãt falsitatem. Videntes autem turbabũtur timore horribili. Nec dicent: Si tu es CHRISTVS dic nobis palàm. Sed nec Pilato vacabit scisciatari: Tu es rex Iudæorum? Sed quid? Videbit eum, inquit, omnis oculus, & qui eum pupugerũt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ. Cur in hũa na forma. Ioan. 9 Sapien. 5. Apoc. 1.

Gentiles scilicet, qui pro Deo idola colentes, fidẽ eius recipere noluerunt. Amplius autem Iudæi, qui hunc sibi cœlitus missum crucifixerũt, falso Christiani præ cæteris omnibus se plangent amplius, quòd hunc cognoscentes, impiè viuendo contempserint. Tunc incipient dicere mõtibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronũ, & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare? Et tunc quærent homines mortem, & non inuenient: & desyderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Nec mirum. Si enim intolerabile est humanæ infirmitati vel vnius angeli gloriam aspicere (vt in Daniele patuit & in Ioanne Apostolo, & in custodibus sepulchri dominici, qui ex visione angeli facti sunt velut mortui) incomparabiliter maior erit terror malis in die iudicij iratum videre Deum & hominem Christum viuorum iudicem & mortuorum, & sui iudicij executores, exercitus omnium cœlestium legionum. Nec tamen videbunt ipsius diuinitatem, sed tantum ipsius humanitatem videntes, per effectus & signa virtutis suæ, Deum esse cognoscent. Apoc. 6. Dan. 10. Apoc. 1. Mat. vlt.

Secundo apparebit in forma humanitatis ad maiorem superborum & omnium reproborum pœnam, qui videbunt se non ab angelica celsitudine, sed ab homine iudicari. C

Tertio sic apparebit ad gloriam electorum, quibus magna erit gloria & ineffabilis causa lætitiæ, quòd sui generis naturam in CHRISTO tantæ maiestatis honore videbunt exaltatam. Tunc sanè beati, quorum oculi regem in decore suo videbunt. Tunc tolletur impius ne videat gloriam Dei, quia in terra sanctorum iniqua gesit. Esa. 31

Porrò tertium, id est, magnificẽtia maiestatis, insinuatur

Christi aduentus in maiestate.

tur quum dicitur: Venientem in nube cũ potestate magna & maiestate, subaudis, similiter magna. Primã suam appa
Cyril. ritionẽ prosequutus est Dominus cũ infirmitate & humilitate nostra, sed secundã celebrabit cum propria potesta-
te & maiestate. Vnde Gregorius: In potestate enim & maiestate visuri sunt, quem in humilitate positum audire noluerunt: vt virtutẽ eius tanto tunc districtius sentiant, quãto nũc ceruicem cordis ad eius patientiam nõ inclinant.

In nube veniet.

Act. 1.

In nube autẽ veniet, vt sicut à nube susceptus ab oculis Apostolorum in cœlum ascẽdit, ita & nubes referet descendentem. Sic enim futurum esse sancti angeli Domino in cœlos assumpto Apostolis prædicauerũt, dicentes: Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodũ vidistis eum euntem in cœlum. Ascendit autẽ susceptus à nube, nõ quasi nubis indigeret obsequio, sed vt per hoc ostendatur etiam ipsa mundi elementa authorem dominum q; suum agnoscere, & agnitum suo ministerio venerari.

D Magnos venit iudicare

Proinde quoniam magnos venit iudicare (id est, reges & tyrannos, quin & ipsos principes & potestates, ipsos mundi rectores tenebrarum harum) condecens est vt cum magna veniat potestate. Et quia in primo aduentu suo propter suam humilitatem cõtemptus fuerat à superbis, necesse est vt iudicaturus veniat cum maiestate, vt contemni nõ possit. Tanta autem cũ maiestate venturus est, vt cœlum pariter & elementa concutiat, vt à voce virtutis suæ vniuersi resurgant mortui, suisq; compellantur adesse tribunalibus iudicandi. Vnde ipse in Euangelio secundũ Matthæum loquitur, dicens:

Mat. 25

Quum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tũc sedebit super sedem maiestatis suæ. Et congregabuntur antẽ eum omnes gentes. De hoc tã magnifico suæ maiestatis aduentu per Esaiam dicitur:

Esaiæ. 3. Prouer. vlt.

Dominus ad iudicium veniet, cũ senioribus populi sui & principibus eius. Et vnde rursus scriptum est: Nobilis in portis vir eius (id est, Christus sponsus ecclesiæ) quãdo sederit cum senatoribus terræ, id est, tã noui q; veteris testamenti patribus electis.

Cur oẽs angeli cũ eo.

Et omnes, inquit, angeli eius cum eo. Si quæras quid caussæ est, q; veniet stipatus innumerabilium exercitibus angelorum. Respõdetur, hoc ita fieri debere. Primo propter iudicis honorem & authoritatẽ eius ostendendam.

Nam

Nam sine potestate, iudicis authoritas nulla est.

Secundo, propter impiorũ accusationẽ. Angeli enim, illorũ erũt in iudicio accusatores, quibus ad ministerium & custodiam fuerint deputati: si videlicet eorũ instinctus & monita cõtemnẽtes vt salui fierent, nõ acquieuerũt. De quibus scriptũ est: Instauras testes tuos cõtra me. Et iterũ: Reuelabũt cœli iniquitatẽ eius. Cœli. i. angeli cœlorum.

Tertio, propter iudicij exequutionem. Siquidẽ ministerio sanctorũ angelorum cõgregabuntur electi. Vnde in Euangelio secundũ Matthæum loquẽte Domino dicitur: Et mittet filius hois angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabũt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum vsq; ad terminos eorum. E Angelorũ ĩ die iudicij ministeriũ. Mat. 24.

Sed & eorundem ministerio angelorum perpetuo diuortio separabũtur reprobi ab electis, dicẽte Domino: In tempore messis (id est, iudicij) dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad cõburendum, triticũ autem congregate in horreum meum. Quod ipsemet exponere dignatus, ait: Ager est mundus. Zizania autẽ filij sunt nequam. Messis verò cõsummatio seculi est. Messores autem, sunt angeli. Itaq; sic erit in cõsummatione seculi. Exibũt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Mat. 13. Ibidem.

Denicq; eorundẽ ministerio sanctorũ angelorũ, detrusis ad inferna vnà cũ dæmõibus, reprobis vniuersis, electi per angelos in cœlos adsumẽtur, iuxta ꝺd de anima beati pauperis scriptũ est: Factũ est vt moreret mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Vnde Aug. Oẽs angeli cũ eo veniẽt, quos aduocabit de superioribus locis ad faciendum iudicium, scilicet discretionis, separãdo malos à bonis. Et Chry. Oẽs, inquit, angeli cũ Christo erũt testantes ipsi, qualiter administrauerũt missi à Dño propter hominũ salutem. Qui nũc eos nõ suscipiunt tanquã à patre missos, tũc in iudicio patientur eos aduersarios, vt iudicis exequutores. Quare audiat & sciat vnusquisq; vt dei amore alliciatur & faciat bonũ, & timore iudicij terreat vt fugiat malũ. Nam ineffabilis erit lætitia bonis, creatoris redemptorisq; sui illũ vultũ videre, in quẽ desyderãt angeli prospicere, in quẽ (vt dicit b. Petr9) nũc ꝺq; nõ vidẽtes creditis. Credẽtes autẽ exultabitis lętitia inenarrabili, & glorificata, reportãtes finẽ fidei vestræ, salutẽ aĩarũ vestrarũ. Luc. 16. De ciui. Dei

Vnde & consequenter in Euangelio subditur, quod sequenti articulo tractandum est.

Circa secundum principale dicitur:

His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

F Hic ponitur electorũ de sua propinqua redemptione promissa consolatio. Vbi tria sunt consyderanda. Primum, Dei electis consolationis promisſio. Secundum est, huius promissionis per similitudinem declaratio, ibi: Videte filiculneam. Tertium, verborum Domini stabilis confirmatio, ibi: Cœlum & terra.

Circa primum aduerte Christũ hic loqui ad discipulos, nõ tanquam ad eos qui durare deberent in vita ista vsque ad terminũ mundi, sed quasi vno corpore existẽte ipsis & nobis & posteris vsque ad consummationem mundi in Christũ crediturís. Itaq; circa primũ quod est consolationis promisſio, dicit: His autẽ, id est, signis & mirabilibus fieri incipientibus, quum impij arescẽt præ timore & expectatione malorum, respicite & leuate capita vestra. Exhortatio planè est & consolatio bonorum, vt quum viderint hæc quæ dicta sunt mundi mala crebrescere, capita leuent, id est, cõsyderationẽ suam & spem in finem erigãt, vbi fiet eis æterna & plena remuneratio pro modica & breui perpessione malorum, iuxta quod ait Apostolus: Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis, supra modum in sublime æternũ gloriæ pondus operatur in nobis. Nec in longum differtur præmium bonorũ. Vnde in Apocalypsi loquente Domino scriptum est: Tempus prope est, ecce venio cito: & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua.

Electis in iudicio promissa cõsolatio

2. Cor. 4.

Apoc. 22

Itaq; inter mũdi mala ad Christũ liberatorẽ, & ad suę passionis exẽpla mentis attentio est erigenda, iuxta quod monet Apostolus, dicẽs: Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorẽ fidei & cõsummatorem IESVM. Et iterũ: Recogitate eum qui talem aduersus semetipsum a peccatoribus sustinuit contradictionem, vt nõ fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsq; ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatũ repugnantes. Hæc itaq; quę ad electorum consolationem hic dicuntur, Beda post Gregorium exponens, dicit.

Heb. 12

Ibidem.

Quum

Quum plagæ mundi crebrescunt, quum terror iudicii virtutibus cælorum commotis ostenditur, Leuate vos capita, id est exhilarate corda. Quia dum finitur mundus, cui amici non estis, prope fit redemptio quam quæsistis. In scriptura etenim sacra, sæpe caput pro mente ponitur. Quia sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mẽte disponuntur. Leuare itaque capita est, mentes nostras ad gaudia patriæ cælestis erigere. Quoniam, inquit, appropinquat redemptio vestra. G

Vbi Eusebius: Transactis corporalibus, aderunt intelligibilia & cælestia, scilicet regnum seculi non amplius transituri, & tunc dignis salubria promissa tribuẽtur. Dei enim promissis quæ speramus, erigimur: qui ante curui fueramus, & eleuabimus capita nostra quondam humiliati, eo quòd redemptio nostra quam sperabamus, aderit: illa scilicet, quã tota creatura expectat, id est, perfecta corporis & animæ libertas. Sicut enim primus aduentus Domini fuit ad reformationem animarum, sic secundus ad reformationem corporum celebrabitur. Theoph.

Et quidem virtute passionis Christi redemptio electorum facta est: sed eiusdem redemptionis effectũ necdum plenariè consequuti sunt, adhuc enim nexibus mortalitatis grauamur. Vnde Apostolus: Scimus, inquit, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex eo habemus, domum non manufactam æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram quæ de cælo superindui cupientes. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita. Et hoc est vnde alio loco dicit: Ipsa creatura, id est, nostra mortalitas, liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatẽ gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit & partu-rit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. De qua corporum redemptione seu glorificatione Eusebius: Sicut, inquit, in hac vita sol hyeme recedente ac succedente vere radium calidum mittens fouet ac viuificat humi condita semina exuẽtia pristinam figuram, pullulant autem nonarium virorem habentia: sic & gloriosus vnigeniti Dei aduentus, viuificatiuis radiis illu- Animabus corporibus que reformandis. 2. Co. 5. Rom. 8.

strans nouum seculum, dudum condita per totum mundum semina, scilicet dormientes in puluere terræ, potioribus corporibus quàm prius producet in lucem, ac confutata morte regnabit deinceps noui seculi vita.

Circa secundum, quod est dominicæ promissionis per exemplum declaratio, subditur:

Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam & omnes arbores, quum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas: Ita & vos quũ videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.

H Prænoscendo fœni similitudo.

Vbi sub similitudine arboris docet cognoscere consummationis aduentum. Nam sicut foliorum & fructuũ productio signum est æstatis vicinæ: ita & mundi per hæreses & prælia, commotio, indicium est propinquæ consummationis. Porrò mundi ruina, propinquæ signum est beatitudinis.

Et (vt ait Chrysostomus) Sicut homo circa mortem patitur fantasias, sic mũdus circa sui finem multos patietur errores. Contra quos præmonemur dicente Domino: Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent. Et infra: Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos. Vbi Gregorius: Apertè, inquit, docet quia sicut ex fructu arborum ventura æstas agnoscitur, ita & ex ruina mundi prope esse cognoscitur regnum Dei. Quibus profecto verbis ostenditur, quia fructus mundi, ruina est.

Matt. 24. Seductores in fine mũdi.

Mũdi finis ruina.

Ad hoc enim crescit vt cadat: ad hoc germinat, vt quæcunque germinauerit, cladibus consumat.

Hic iste mundus est qui Deũ non cognouit, qui spiritũ nõ potest accipere veritatis, qui totus in maligno positus est, qui Apostolos Christi & martyres, ipsumq; odit Christum, qui mundus tot sanctis fuit indignus.

I Regnũ Dei vt optãdũ.

Quum videritis, inquit, hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei, videlicet vt vobis detur, quemadmodum assiduè precamur, dicentes: Adueniat regnum tuũ. Quotiescunque igitur orationem dominicã repetimus supplicantes, meminisse debemus aduentũ nos orare dieĩ nouissimæ. Neq; enim Christi regnum ad nos veniet: sed nec ab omni malo perfectè liberabimur, nisi in illo die.

Itaque

Itaque cum alacritate aduentum eius orare nos cõdecet, idq; eo magis, quo maiore illius horrore afficiũtur impij & pctõres. Vnde Apostolus redemptionẽ hãc (quã coronã vocat iustitię) nõ tantũ sibi dicit præparatã, sed & iis qui diligunt aduẽtum eius. Quo docet bonos oẽs diligere debere aduentũ Christi: nõ horrere vt faciũt mali. Quẽ etiã aduentũ suũ & obseruare & expectare nos docet, quum dicit: Et vos similes hoĩbus expectantibus dominũ suum, quando reuertatur à nuptiis. Et subdit, dicens: Beati serui illi, quos quum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Proinde omnia quæ hic dicta sunt à Domino cum magna certitudine confirmantur, quum subiungitur: 2. Tim. 4. Luc. 12.

Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

Multũ commendat Dominus quod ita pronuntiat: Amẽ dico vobis. Hoc enim (si dici liceat) quodammodo iuratio eius est. Amen enim interpretatur verũ, & tamẽ non est interpretatum, quũ potuisset dici: Verum dico vobis, nec Græcus hoc interpres ausus est facere, nec Latinus: Sed sic mansit, non interpretatum, vt honorem haberet velamento secreti: non vt esset negatum, sed ne vilesceret nudatum. Igitur verum dico vobis, dicit Veritas, quæ vtique & si non diceret, mentiri omnino non posset. Tamen commendat, inculcat, dormiẽtes quodammodo excitat, intẽtos facit, cõremni nõ vult, nihilq; ambiguitatis super his quæ dicta sunt signis in aĩo cuiusquã patif remanere. K Beda. Amen qd importet.

Amen, inquit, dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Generationem hanc aut omne hominum genus dicit, aut specialiter Iudæorum. Secundum Origenem verõ, Eusebiũ & plerosque alios, generationem ipsam totã Christianitatẽ accipimus, quę vsque ad finẽ mũdi est duratura: iuxta quod ipse Dominus ad Petrum Apostolum de ipsius fide loquens, ait: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Generatio hæc, quæ. Luc. 22.

Vnde Eusebius: Generationẽ dicit ecclesiæ sanctæ suæ ostendens duraturum populum fidelium vsque in tẽpus illud quo visurus sit omnia, & euentus verborum Domini saluatoris oculis apprehendat.

Non est ergo (prout delirat Abbas Ioachim) vt expectet quis euangeliũ aliud, vel aliud testamentũ, vel ecclesiam aliã, dicente Christo de sacrificio nouæ legis: Hic est sanguis Abbatis Ioachim deliriũm.

ſanguis meus noui & æterni teſtamenti. Non ergo quan-
tunuis ſæuiant tyranni, premant, blaſphement, calumni-
entur hæretici fidelis Chriſtianæ gentis generatio, vſque
ad mundi conſummationem præteribit.

Verum quia turbationes & bella, & alterationes tã ele-
mentorum quàm cæterarum rerum futura eſſe prædixe-
rat, ne quis ſuſpicaretur quòd & ipſa Chriſtianitas foret
peritura, ſubiungit conſequenter, dicens:

L

Fidei Chri-
ſtianæ ſtabi
litas.

Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

Hic notatur tertium, id eſt verborum Domini ſtabilis confirmatio, Quaſi dicat: Etſi cuncta commoueantur, fi-
des tamen mea non deficiet. Quo vtiq; innuit eccleſiam
præferri toti mundanæ creaturæ. Nam & ſi illa alterationẽ
patietur, attamẽ eccleſia fidelium, & ſermones Euangeliĩ
permanebunt.

2. Pet. vlt.
Quod cælũ
tranſibit.

Porrò ſecundum Bedam, cælum quòd tranſibit non æ-
thereum, ſiue ſydereum: ſed aereum, à quo et volucres cœli
& nubila cæli cognominantur, intelligere debemus, Pe-
tro adteſtante, qui dicit: Qui cæli erant prius, & terra, de
aqua, & per aquam conſiſtens Dei verbo, per quæ ille tũc
mundus aqua inundatus periit. Cæli autem qui nũc ſunt
& terra, eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem
iudicii, & perditionis hominum impiorum. Apertè do-
cens, quia non alii cæli ſunt igne perituri, quàm qui aqua
perditi: hoc eſt, inania hæc & nubila ventoſi aëris ſpacia.
Neque enim aqua diluuiĩ, quæ quindecim tantum cubitis
mõtium cacumina trãſcendit, vltra aëris ætheriſq; confi-
nia perueniſſe credenda eſt. Quocunque autem ipſa dilu
uiĩ aqua peruenire potuit, eo nimirũ iuxta præfatam B.
Petri ſententiam, & ignis iudicĩ præueniet.

Eccl's. 1.
Cælum &
terrã trãſire
quid ſit.

Sed dicat aliquis: Si cælũ & terra trãſibunt, quomodo
verum erit quod per Eccleſiaſten dicitur: Generatio præ-
terit, & generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat?
Sed intelligendum eſt quòd cælum & terra per eã quam
nunc habent imaginem tranſeunt, attamen per eſſentiam
ſine fine ſubſiſtũt. Præterit enim figura huius mundi. Et
ad Ioannem angelus: Erit, inquit cælum nouum, & terra
noua. Quæ quidem non alia condenda ſunt, ſed hæc ip-
ſa quæ ſunt renouantur. Cælum igitur & terra & tranſi-
bit & erit: quia & ab ea quam nunc habet ſpecie per ignẽ

tergetur

& tamen in sua semper natura seruabitur. Vnde per Psalmistam dicitur: Mutabis ea & mutabuntur. Quam quidem vltimam commutationem suam, ipsis nobis nunc vicissitudinibus nuntiant, quibus nostris vsibus indesinenter alternant. Nam terra à sua specie hyemali ariditate deficit, vernali humore virideſcit. Cælum quotidie caligine noctis obducitur, & diurna claritate renouatur. Hinc ergo fidelis quisque colligat, & interire hæc, & tamen per innouationem refici, quæ constat nunc assiduè velut ex defectu reparari.

M Gregor.

Sed dominicæ assertionis stabilitatem consideremus. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Nihil in rerum corporalium natura cælo & terra durabilius, & nihil in rerum natura tam velociter quàm sermo transit. Verba enim quouſque imperfecta sunt, verba non sunt: quum verò perfecta fuerint, omnino iam nõ sunt, quia nec perfici nisi transeundo possunt. Ait ergo: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, ac si aperte dicat: Omne quod apud vos durabile est & sine mutatione, durabile ad æternitatem non est: & omne quod apud me transire cernitur, fixum & sine transitu tenetur: quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit meus sermo qui transit.

Dominicæ assertionis veritas.

Ecce fratres iam cernimus quod audiebamus, nouis quotidie crebrescentibus malis mundus vrgetur, flagella renouata affligunt, repentini casus obruunt, improuisæ calamitates quotidie afficiunt. Sicut enim in iuuentute viget corpus, forte & incolume manet pectus, torosa cervix, plena sunt brachia: in annis autem senilibus statura curuatur, ceruix exiccata deponitur, frequentibus suspiriis pectus vrgetur, virtus deficit, loquentis verba anhelitus intercidit. Nam etsi languor desit, plerunque senibus ipsa salus ægritudo est: Ita mundus in annis prioribus velut in iuuentute viguit, at nunc ipsa sua senectute deprimitur, & quasi ad vicinam mortem molestiis crescentibus vrgetur. Nolite ergo diligere quem videtis diu stare non posse. Præceptum apostolicum in animo ponite quo nos admonet dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt, quia si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Et iterum: Si quis voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei constituitur.

Calamitosa mundi mutatio.

Vt homo mutatur.

1. Ioan. 2

Iacobi. 4.

Dominica

Dominica Tertia aduentus.



Vm audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittēs duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui vēturus es, an alium expectamus? Matt. 11.

In hac sancti Euangelij lectione tria comprehendūtur. Primum est, de notitia veritatis Ioannis interrogatio. Secundum est, Christi de suæ deitatis potentia probata responsio. Ibi: Respondens autem Iesus, ait illi. Tertium est, eximiæ sanctitatis B. præcursoris commendatio. ibi: Illis autem abeuntibus

Circa primum aduertendum est secundum Marcum quemadmodum Herodes cognomento Antipas Tetrarcha Galilęæ, misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eū in carcerem, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi: Nō licet tibi habere vxorem fratris tui. Quum autem (vt dicit Matthæus) audisset Iesus quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam: & relicta ciuitate Nazareth, venit, & habitauit in ciuitate Capharnaum. Et quum eatenus miracula pauca (nempe vel vnum vel alterum, illud præsertim quod in Chana Galileæ inuitatus ad nuptias, aquam mutauerat in vinum) effecisset, & necdum palam adhuc prædicasset, exinde (inquit Matthæus) videlicet ab incarceratione Ioannis, cœpit Iesus prædicare, & dicere: Pœnitentiā agite, appropinquauit enim regnum cælorū. Cœpit & tantis coruscare miraculis, vt cūctis ipse esset admirationi. Vnde post præmissa Matthæus infert:

A Mar. 6.

Matt. 4.

Nō nisi Ioāne tradito cępit Iesus.

Et circumibat Iesus totam Galilæā docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Et abiit fama eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, & tormentis compreB henſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos & paraliticos, & curauit eos.

Ioan. 10.

Discipulorū Ioannis cōtra Christum zelus.

Quum ergo huiusmodi signis Ioannis gloriam longe superaret (qui vt in Euangelio scriptum est signū quidem fecit nullum) discipuli Ioannis pro suo præceptore aduersus Christum zelo moti sunt, nempe quòd Christi gloriam

gloriã opinionis sui magistri detrimentũ esse putabãt. Vn
de & dicũt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanẽ cui te=
stimonium perhibuisti, ecce hic baptizat (quanuis Iesus Ioan. 3.
non bapptizaret, sed discipuli eius) & omnes veniunt ad
eum. Et paulò pòst dicitur, quoniã Iesus plures discipulos Ioan. 4.
faciebat q̃ Ioannes. Sed & ad Christum aliquãdo venien=
tes, dicebant, Quare nos & pharisæi ieiunamus frequen=
ter, discipuli autem tui non ieiunant?

Quum ergo etiam iam filium viduæ Christus in Na= Luc. 7.
ym ciuitate à mortuis suscitasset, eaq; mox fama vbique
vulgaretur, venerunt ad Ioannem discipuli eius idipsum
zelo moti, nuntiantes: arbitrati magistrum suũ nulli glo=
ria sanctitatis cedere debere. Quibus ille fidem in Chri=
stum persuadere volẽs, respõdit: Nõ potest homo accipere Ioan. 3.
quicquã, nisi fuerit ei datũ de cælo. Ipsi vos mihi testimo= Ioannes vt
nium perhibetis, quòd dixerim: Non sum ego Christus, Christo fi=
sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, spon delis.
sus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio
gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum
impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui.

Quum autem per hæc & alia complura de Christo di=
gna testimonia videret se discipulorũ animos vt id Chri=
stum crederent, inducere non posse, tunc misit duos è di=
scipulis suis ad Iesum, interrogans eum, & dicens: Tu es
qui venturus es, an alium expectamus?

Vbi considerandum est, quæ fuerit interrogantis inten C
tio. Ioannes enim (vt infra Dominus testatur) propheta
& plusquam pròpheta erat. Quis autẽ prophetarũ nesci=
uit aut tacuit passurum esse Christũ? Omnes sciuerũt, oẽs
prænuntiauerũt: iuxta quod B. Petrus in actibus Aposto=
lorũ loquitur, dicens: Deus autem qui prænuntiauit per Act. 3.
os oim prophetarũ pati Christum suũ, impleuit sic. Quo=
modo ergo Ioannes saltẽ propheta (ne dicam plusquam
propheta) aut diceretur aut esset, si hoc quod interrogare
videtur ignoraret? Vtique Ioãnes propheta, & plusquam
propheta, sicut & cætera Christi sacramenta, ita & hocip Interroga=
sum sciebat, quod interrogabat. Restat ergo vt quæra= tis intentio
mus, quid interrogauerit dicendo: tu es qui venturus es,
an alium expectamus? & quid opus fuerit vt hoc interro=
garet missis duobus discipulis.

Profecto hoc interrogauit, videlicet: vtrum ipse esset Rupertus.
Messias, id est, Christus, q̃ vtiq; expectabatur vẽturus, ita
vt mulier

vt mulier quoque Samaritana dixisse legitur: Scio quia
Ioan. 4. Messias venit, qui dicitur Christus: quum ergo venerit,
ille nobis annuntiabit omnia. Sed & turbæ quas paueras
de quinque panibus et duobus piscibus ita dixerũt: Quia
Ioan. 6. hic est verè propheta qui vẽturus est in mũdũ. Et hic & il-
lic quod dicitur vẽturus, idẽ est ac si diceret: De quo scri-
pturæ, siue prophetæ testati sunt quod esset vẽturus. Hoc
igitur interrogauit vtrũ ipse esset Christus, an alius hoc
nomine expectandus.

Sed cur hoc interrogauit eum, quem Messiam esse pro-
Quæstio notanda phetando, baptizando, ostendendo, testimonium perhibẽ
do clamauerat? Ad hęc, ipse Ioannes Christum ab se ba-
ptizari volentem, prohibuerat dicens: Ego à te debeo ba
Matt. 3. ptizari, & tu venis ad me? Quo etiam à se baptizato vidit
cælos apertos, & Spiritum sanctum descendentem sicut
columbam. Audiuit insuper vocem patris: Hic est filius
meus dilectus, in quo mihi complacui. Quur ergo post
Luc & matt. 3 hęc omnia quasi ignarus vel dubius interrogat: Tu es qui
venturus es? Vtique magnam ob causam, quam euangeli-
sta non præteriuit prẽmittendo: Quum audisset Ioannes
in vinculis opera Christi, & idcirco missis discipulis mo-
do quo dictum est interrogat.

Sed nunquid non idem Ioannes antequam missus fuis
set in carcerem audierat opera Christi? quorum illud pul
cherrimum fuit, quòd iuuitatus ad nuptias (vt dictum est)
aquas in vinum cõuertit? Si interrogatiõe opus fuit, cur
nõ prioribus signis cõmonitus interrogauit, præsertim
testimonio Patris de cælo audito? Perpendenda ergo est
diligentius huius interrogationis causa, quam (vt dictũ
est) euangelista latenter tetigit præmittendo: Ioannes
cum audisset in vinculis opera Christi.

Nimirum hoc vult intelligi, quia quum opera eius re-
Interrogationis causa. uera essent opera Christi, id est talia opera qualia nemo
alius facere potuisset, nisi ipse solus Christus filius Dei.
Inter ipsa tamen opera Christum se esse palam non dice-
bat, imo & discipulos suos hoc dicere prohibebat. Verbi
gratia, Quum interrogasset discipulos suos, dicens: Quẽ
Matt. 16. dicunt homines esse filium hominis, ac subinde: Vos autẽ
quem me esse dicitis? Respondente Petro: Tu es Christus
filius Dei viui, illum quidem beatificauit pro cognitione
& confessione veritatis: sed hoc eos in vulgus proferre
prohibuit, sicut protinus euangelista infert, dicens: Tunc

præcepit

præcepit discipulis suis ne cui dicerẽt quòd ipse esset Christus. Cuius prohibitionis causam ex his quę continuo sequuntur, promptum est agnoscere: Exinde, inquit Euangelista, cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Denique per occasionem regĩ nominis, scilicet Christi, futurum erat vt traderetur Gentibus à Iudæis, dicentibus: Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari. Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Maximè hanc ob causam ita præcepit. Nequaquam tamen hoc dicere prohibuit, quasi mortem refugere voluerit: sed sicut mortem eius oportebat non multum differri: ita expedichat hanc non nimis accelerari. Prius oportebat condi Euangelium, & tanta fieri quanta facta sunt, quorum pars aliqua conscripta, sufficientibus testimoniis probare posset Christianæ fidei sacramentum.

E
Christũ se vocari vt prohibuit

Ioan. 19.

Porro vbi tempus fuit, postquam & docuit & signa sufficientia fecit, tunc (quod valde notandum est) non solum neminem prohibuit, verum etiam turbam multam, & pueros multos admisit sibi ad publicam regĩ nominis acclamationem, dicentes: Osanna benedictus qui venit in nomine Domini, Benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid. Benedictus qui venit rex in nomine DOMINI, pax in cælo & gloria in excelsis.

Matt. 21. Marc. 11. Luc. 19.

Itaque Dominus noster ante tempus suæ passionis licet filium DEI se esse dixerit, & operibus comprobauerit, tamen regium nomen quod est CHRISTVS, quia nimis foret tam Iudæis quàm Romanæ potestati inuidiosum, & ipse tacuit, & discipulis suis, vt de hoc tacerent, præcepit. Hæc dicta sint, vt consequenter elucescat, qualis esse potuerit sollicitudo Ioannis, qui cum audisset in vinculis opera CHRISTI, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Vtique vt CHRISTVS ipse quis esset insinuaret.

F
Quo tẽpore regiũ nomẽ domini? vitauit.

Constat enim vsque adhuc dicere Iudæos aduersarios nominis huius. Vos Christiani dicitis: Discipuli eius dixerunt, ipse tamen non dixit, quòd ipse esset Christus, quòd ipse esset Messias, quem nos expectamus. Putásne quòd & ipsi discipuli Ioannis pro magistro suo zelantes

Ioannis scisitantis intentio.

(vt dictum est) talia nō dixerint? quod & non aliquando etiam istud dixerint: Rabbi, tu illum Christum esse dixisti, ipse autem Christum se esse non dicit? Volens igitur ex ipsius ore auditum esse quòd Christus ipse esset, & sciens quia ille fidelis permanet, seipsum negare non potest, mittens, per discipulos ipsum interrogat.

Hoc inquam fidelis amicus sponsi desiderabat, hoc intendebat, vt non contentus Dei filius testimonio Ioannis, maiori se testimonio manifestaret, testimonio scilicet non modo proprio, sed etiam testimonio Dei Patris, quemadmodum apud alium Euangelistam ipse dicit Iudæis: Vos misistis ad Ioannem, & ille testimonium perhibuit veritati. Ego autem ab homine testimonium non accipio. Item: Ego habeo testimonium maius Ioanne. Opera quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater me misit, & cætera, vsque ibi: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternā habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Ioan. 5.

Ecce igitur quod cupiebat Ioannes ex ore ipsius Christi auditum esse testimonium maius Ioanne, imò testimonia de quibus rectè dixerit Psalmista: Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Sunt enim hic duo testimonia: alterum mirandorum operum, alterum scripturarum.

G

Ioannē nil dubitasse.

Quum autem Christus, Ioannem post hanc suam interrogationem tam eximiè commendauerit, vt etiā plusquam prophetam diceret, & angelum suum vocaret, manifestum est ipsum de Christo nil prorsus dubitasse. Nam qui fieri posset vt de illo dubitaret, cui tam validum, tam certum: tam sincerum dederat testimonium? Non ergo Ioannes ipse, sed discipuli eius de Christo dubitabant. Missi sunt (inquit Beda) vt magistro interrogantes, sibi discerent: non illi, qui non dubitabat. Quum enim Ioanni plusquam priuato cuiuis homini tribuerent (quum tamen Ioannes de venturo semper loquens doceret, sed nec nisi in nomine venturi baptizaret) credebant quidem magistro, sed non credebant Iesum eum esse quem Ioannes post se venturum promittebat.

In hac enim cū cæteris Iudæis hærebāt opinione, vt persuasum haberēt Christum in maiori apparatu, longéque splen-

splendidiore pompa esse venturum, quod vti olim, ita nunc quoque Iudæi omnes errore delusi credunt. Quicquid ergo eis de Christo Ioannes dixerat, non inducebantur vt crederent. Vnde non immeritò ad Christum hos destinauit, vt qui verbis & testimonio Ioannis de Christo, credere recusabant, maximis Christi crederent operibus: sicq; hos placidè & humaniter ad sequendum Christi fidem prouocaret, qui iam nimium ex suo magistro pendebant. Ioãnes cur interrogat.

Et hunc intellectum sequuti sunt Chrysostomus, Augustinus, Rupertus, Theophilactus & Cyrillus, qui sic locum hunc exponit.

Ex dispensatione Ioannes interrogat. Nouerat enim vt præcursor passionis CHRISTI mysterium. Sed vt discipulis suis constet quanta sit excellentia Saluatoris, ex propriis discipulis prudentiores misit quos præcipit sciscitari, & ex viua Saluatoris voce coniicere si ipse est qui expectabatur.

Quãuis constet Hieronymum, Gregorium, Bedã hæc eo referre, an Christus in propria persona descensurus esset ad inferna, an potius suo nomine alium illuc redimẽdis vinctis missurus.

Ad hanc igitur interrogationem duplici quo dictum est testimonio Dominus respondere dignatus est, non solum vt illis de seipso fidem faciat, sed & multo magis vt fidem omnium in ipsum credentium confirmet. Et primo respondet testimonio suorum mirandorum operũ, deinde testimonio scripturarum.

Circa secundum dicitur:

Et respondens Iesus ait illis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgũt, pauperes euangelizantur.

Hic ponitur CHRISTI de deitatis suæ potentia probata responsio. Vbi duo notantur. Primum est operũ

Christi testificatio. Secundum est, dubitantium salutaris admonitio. ibi: Et beatus.

H Circa primum nota, quòd quia Dominus quem nihil latet, nouerat fidelē & pium Ioannis animum, non respō dit: dicite Ioanni quia ego sum, ne sic respondendo interrogantiū perturbaret affectū. Nō ergo ad verba respōdebat interrogatiōis, sed tantū eis signa ponit ob oculos & miracula quæ illis respondeant & loquantur, vt sic & irreprehensibilis, & extra omnem suspicionem esset sua responsio. Testimonium autem quod operibus datur, longe certius atque efficacius est eo, quod solis præstatur verbis. Vbi Rupertus: Optares fortè ô tu quicunque es discipulus Ioannis, discipulus gratiæ Domini, vt ad interrogationem istam: Tu es qui venturus es, an alium expectamus, responderet: Ego sum, nec alius est expectandus: esset quippe responsio hæc eloquium castum, argentum verum: sed apud homines non videretur eloquium casum, non æstimaretur argentum igne examinatum, quippe quorum diiudicatio tam est iniqua, vt ipse sciens & proLuc. 4. uidens diceret, & quidem maximè pro sua persona: Amē dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Sapiens igitur & ipsa sapientia, inde protulit responsionis suæ eloquiū castum, vbi nihil est vel dictū, vel scriptum, quod non sit argentum igne examinatum: nec audet dicere quisquam, nisi impius, quòd non sit irrefragabiI liter verum.

Christi responsio irreprehensibilis.

Testimonium operū de Christo.

Itaque cui nō sufficit testimoniū hominis missi à Deo, qui venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum: si non sufficit index digitus dicentis: Ecce agnus Dei, accedit testimoniIoan. 5. um Patris, testimonium operum quæ nemo alius fecit. De quibus ex principibus Iudæorum quidam ait: Rabbi scimus quia à Deo veniſti magister, nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum illo. Sciens ergo Christus (nempe Deus cui patent corda) quo animo mississet eos Ioannes, & causam aduentus eorum, tunc temporis vberiora egit miracula, de quibus Lucas perhibet, dicens:

In ipsa autem hora curauit multos à languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. Ad hæc igitur opera consideranda Ioannis nūtios remittebat, dicens: Cæci vident, claudi ambulant, & cætera quę

sequuntur

sequuntur. Hæc enim admirãda Dei sunt opera, quæ probarẽt hũc esse, nec esse aliũ quẽ expectarẽt. Vbi Ambrosius.

Plenum sanè testimonium quo Dominum ipsi cognoscerent. Non enim humanæ, sed diuinæ hæc virtutis insignia sunt. Hæc ante Euangelium vel rara vel nulla inueniuntur. Vnus Tobias oculos recepit: & hæc fuit angeli, non hominis medicina. Helias mortuum suscitauit, ipse tamen rogauit & fleuit, hic iussit. Heliseus leprosum mundari fecit, non tamen ibi valuit præcepti authoritas, sed mysterii figura. Itaque hęc dicendo Christus quasi digito miraculorũ suorũ Ioãnis discipulis ad se mĩssis, & Deum se & Messiã in lege promissum irrefragabili testimonio confirmat, prophetico etiã sermone attestãte, quo dicitur: Tunc (nimirũ Messiæ iã præsente) aperiẽtur oculi cæcorũ, & aures surdorum patebunt. Tũc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorũ. Hęc enim & his similia opera, Christo testimoniũ phibẽt, & Messias esset, & verus Deus, qui hæc propria virtute potuerit efficere. Esa. 33.

Itaque cessent verba, loquantur opera. Nam ad propositam interrogationem non verbis, sed factis respondit. Et ad eorum (quod plus est) tacitas cogitationes, & ipse lingua tacens, operibus, prophetarum vaticiniis prænuntiatis, respondet, dum illuminat cęcos, & erigit claudos: ac si dicat, operibus credite.

Circa secundum quod est dubitãtium salutaris admonitio, subditur in litera:

Et beatus est qui nõ fuerit scãdalizatus in me. K

Id est occasionẽ ruinæ sibi nõ acceperit ex me. Multos enĩ in Christo scãdalũ passuros etiã Simeõ sanctus prænũtiauit, dicens de puero Iesu: Ecce positus est hic in ruinã & in resurrectionem multorũ in Israel, & in signũ cui cõtradicẽt. Attestatur & B. Petrus, dicẽs: Vobis credentibus honor, nõ credẽtibus autẽ lapis offensionis, quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis & petra scandali, iis qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Proinde dã beatos dicit qui in se nõ fuerint scãdalizati, Ioãnis discipulos ad se missos latenter tetigit, propter suã humilitatẽ scandalum passos. Porrò mentis eorum ita passionem detexit, vt nullus huius rei testis esse posset: sed eorũ q sibi cõscii erãt cõscienti is res tota relicta est. Quod tamen & de generali illo suæ mortis scãdalo nõ incõgruè potest intelligi. Vnde Beda: Luc. 2. 1. Pet. 2. In Christo scandalum passi.

Et nuntios, inquit, Ioannis qui eum esse Christũ non crediderant, à perfidiæ scãdalo castigat, & eidẽ Ioanni quod quærebat exponit, quia Deus saluos faciendi, & Domini exitus mortis. Visis enim tot signis tãtisq; virtutibus, nõ scandalizari quisque potuit, sed admirari. Sed infidelium mens graue in illo scandalum pertulit, quum eum & post tot miracula morientem vidit.

Grego. Quid est ergo dicere: Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me, nisi aperta voce abiectionem mortis suæ, humilitatemq; signare? Ac si patenter dicat: Mira quidẽ facio, sed abiecta perpeti non dedignor. Quia ergo (subaudis ô Ioannes) moriendo te sublequar, cauendum valde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur.

Itaq;, & si plerisq; promptum fuerit Christum sequi tot miracula facientem, eundem tamẽ in passione sua humanitatis imbecillitatem ostendentem exhorruerũt multi, retrocedẽtes et scandalũ passi in illa summa ipsius humilitate. Vbi nobis magis est pensandum quàm grande malũ peccatum sit, pro cuius expiatione Dei filium oportuerit mori, quàmq; fuerit immensa erga genus humanum Dei charitas, qui etiam vnigenito filio suo non pepercit, sed pro nobis oĩbus tradidit illũ. Cæterũ pro confirmatione huius tã eximiæ veritatis, videlicet q; Iesus est verus, indubitatus & vnicus humani generis saluator, nõ solũ attendendũ nobis est ad cæcos illos q tũc corporaliter illũinati viderũt, ad claudos illos q tũc corporaliter ambulauerũt, ad leprosos illos qui tunc corporaliter mundati sunt, ad surdos illos qui tunc corporaliter audierunt, ad mortuos illos qui tunc in corpore resurrexerunt. Ibi nanq; nondũ perfectio, sed initium erat operum quæ dedit ei Pater vt perficiat ea.

L. Rom. 8. Fidei in Christũ cõfirmandæ.

Vbi ergo vel quando perfecit ea? Nimirũ in morte & resurrectione sua, quando mortem nostram moriendo deuicit, & vitam resurgendo reparauit. ita vt iam nõ moriatur, mors illi vltrà non dominetur, quod & de nobis nõ incerti speramus. Et tũc dato spiritu sancto opera ista perficit, quia verè cæci vident. Vbi primo designatur moraliter mẽtis illustratio, dũ videlicet (vt dicit Gregorius) gratia superni respectus cũcta mentis nostræ etiã occulta manifestat, vt qui se heri nõ cognouit, hodie se per lumen gratiæ cognoscat & doleat, & sic tandem ad Dei & cęlesti

Cæci vidẽt. 8. mor.

um bo

um bonorum cõsurgat cognitionem. Vnde Augustinus: Irradiasti & coruscasti, & fugasti cæcitatem meam.

Secundo claudi ambulant. Ecce diuinæ iussiõis implẽtio. Siquidem animæ pedes, mysticè affectus eius sunt. Isti pedes sine Christo ad bonum tardi, imò prorsus inepti & claudi sunt, testante Apostolo qui ait: Nõ est volentis (scilicet suum velle) neque currentis (est suus cursus) sed miserentis Dei. Et alibi: Non sumus, inquit, sufficientes à nobis quasi ex nobis aliquid cogitare, sed sufficientia nostra ex Deo est. Vnde & Bernardus: Mox vt verbi virtus intus venit, expergefacit dormitantem animam. Claudi ambulant. Rom. 9. c. 2. Cor. 3. Sup can.

Tertio leprosi mũdantur. Ecce culparũ purgatio. Quid enim aliud est animæ lepra quàm culpa? Quum ergo Dei timore intrinsecus attactus, affectu mutaris, præsentẽ Deum per gratiam non dubites. M Leprosi mũdantur.

Quarto surdi audiunt. Ecce verbi cœlestis diligens auditio, vt videlicet interiori mentis auditu Dei verbũ homo percipiat. Vnde ipse Dominus ait: Qui habet aures audiendi, audiat. Deus enim non tam corporis aures quàm mẽtis requirit, quinimò multo magis interiorem nostrũ quàm exteriorem requirit auditum: Alioqui super petrã tantum, non in terrã bonũ cẽlestis verbi semen recipitur. Surdi audiunt. Luc. 8.

Quinto mortui resurgũt. Ecce interioris hominis viuifica renouatio. De qua renouatione Gregorius: Sicut, inquit, animam habitare in corpore, vitales probant corporis sensus, sic gratiã Dei credẽtis mentẽ inhabitare, virtuosa & spiritualis vita cõprobat. Mortui resurgunt.

Sexto pauperes euangelizãtur. Ecce paperũ cõsolatio. Quid enim aliud est euãgelizare, q̃ bona annũtiare? Pauperes, inqt, euãgelizantur. Vel pauperes spũ, vel certe operib⁹ pauperes, vt nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos in p̃dicatione diffãtia fit. Hęc præceptoris veritatẽ, hæc magistri rigorẽ cõprobãt, quãdo ois apud eũ q̃ saluari potest, equalis est. Pauperes, inquit, euangelizãtur, quod vtique vel inter præcipua Messiæ venturi opera Esaię vaticinio fuerat prænuntiatum: Spiritus Domini, inquit, super me, eo quòd vnxerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me. Quem propheræ locum Christus ipse in synagoga Nazareth & legit coram omnibus, & ad se retulit. Pauperes euangel. Beda. Esaiæ. 61. Luc. 4.

Quis enim alius ante ipsum paupertatẽ commendasse, & beatificasse pauperes à seculo auditus est? Et oportunè quidẽ hæc ad discipulos Ioannis verba loquutus est. Ipse N Christ⁹ primꝰ pauperes beatificat.

enim à magistro suo de aduẽtu Messiæ edocti, putabant eum in magno ac splendido mundi huius apparatu fore venturum (vti superius iam dictum est) Quam eorum opinionem erroneam, iam dicto Esaiæ testimonio confutauit. Vnde & per beatum Iacobum dicitur: Nónne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit diligentibus se?

Iacob. 2.

Diuites vt euangeliũ fastidiũt.

Hinc autem patet verum esse, pauperibus magis quàm diuitibus euangelium annuntiari, quòd ad illud audiendũ pauperes magis properare cernũtur: cũ interim diuites qui suã hic habent consolationẽ, cõtumaci fastidio tumescant inflati, putantes se satis sibi sapere, nulliusque proinde prædicatione indigere, dũ ea quæ mundi huius, sunt, id est, emere, vendere, fallere, simplicibus hoibus imponere, perituras diuitias incessanter accumulare, pulchrè norint. Quos decebat Apostolum audire dicentem: Sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum.

2. Cor. 3.

Itaque apud huiusmodi homines, prædicatori veritatis (qui diuitibus minime blandiens non celat veritatem) locus non est, sed palponibus assentatoribúsque, qui sibi illud vel primo loco seruandum statuerunt quod quidam ait:

Persius.

Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? vide sis, ne maiorum tibi forte
Limina frigescant, sonat hic de nare canina
Littera. per me equidem sint omnia protinus alba.

Pseudoprædicatorũ frequens auditorium.

Huiusce modi adulatores, imò pseudoprophetæ apud plerosque maximi habentur, qui loquuntur placentia, qui faciunt auditores confidere in mendacio. Hos plausibiliter audiunt mercatores, vsurarij, amici carnis suæ, Dei verò inimici. Quos Propheta plangit, dicens: Prophetæ tui non aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent.

Thren. 2

O Itaq; quũ in testimonio suæ veritatis, testis fidelis & verax loquitur, dicẽs: Esites renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis, probauit se esse Dei virtutem & Dei sapiẽtiam. Dei virtutẽ, in his quæ vidistis, inquit, meis operibus, quibus cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundãtur, & cæteris quæ sequuntur. Et nihilominus per irreprehensibilem saluificamq; doctrinam suam quam ipsi suis hauserãt auribus, se Dei sapientiam esse comprobauit.

Nec

Nectamen illis solis datum est Dei sapiẽtiam atq; virtutem cognoscere, quin & in nobis vtrunque misericorditer ostendit. Nos enim sumus illi cæci (vt dictum est) illi claudi, illi leprosi, illi surdi, illi mortui, & illi pauperes, qui dato spiritu sancto, per Christi fidem videmus spiritualiter, ambulamus, mundati sumus, audimus, à peccati morte innumerabiles secundum exemplum Mariæ resurrexi-
mus, & ita euangelizati sumus: vt qui pauperes eramus, di uites in verbo & scientia facti simus. 1. Cor. 1

Homilia altera.

ILlis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Matth. xj.

In hac parte lectionis Euangelicæ ponitur beati præcursoris Christi eximia commendatio. Commendatur autem quadrupliciter. Primo, de cõstantiæ firmitate. Secundo, de sanctæ vitæ suæ austeritate, ibi: Sed quid existis videre, homine mollibus vestitum? Tertio commendatur à propheticl spiritus eminẽti sublimitate, ibi: Sed quid existis videre, prophetam? Quarto cõmendatur, ab officij sui dignitate, ibi: Hic est enim de quo scriptum est.

Circa primum dicit: Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Idcirco nisi iam abeuntibus, iamq; digressis nuntiis Ioannẽ Dominus laudare voluit, ne quis ei assentationis notam adpingeret, si corã discipulis magistrum commendasset, & ne illi tantæ laudis præconia audientes de magistri sui gloria, in corde extolIerentur. Itaque primo Ioannem de constãtiæ firmitate commendat, dicens: A

Assentatio fugienda.

Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam?

Secundum Chrysostomum, quod ad legatos Ioannis attinebat,

nebat, illi iam vel ex solis Christi miraculis certi erāt Ie-
sum esse Messiam illum qui venturus erat: plebs autē igna-
ra quo animo quoue cōsilio Ioānes Christum per discipu-
los modo quo dictū est interrogasset, cogitare poterat Io-
annē de Christo dubitasse, inconstantē etiam ipsum fuisse,
nec in priori perseuerasse testimonio quod toties Christo
dederat. Hanc ergo opinionē vt Christus à corde turba-
rum auerteret, cœpit Ioannem laudare, vti mox explicabi-
tur. Neq; enim sibi Ioannes, sed discipulis suis interroga-
uerat. Et hac ipsa laude Ioannis declarat Christus se Ioan
nem nō intendisse quum de scandalo loqueretur, beatum
prædicans qui nō foret scandalizatus in se. Vt sic Christus
vtrorunq; corda vno inspexerit intuitu, scilicet discipulo-
rum Ioannis qui eum non credebant illum esse qui ventu-
rus erat, & populi qui ex interrogatione Ioānis, ipsum in-
simulare poterant incōstantiæ & dubitationis. Vbi Cyril
lus: Coniecit Dominus tanquā hominum secreta cogno-
scens, aliquos dicturos: Si vsq; hodie ignorat Ioannes Ie-
sum, qualiter eum ostendebat nobis, dicēs: Ecce agnus Dei
qui tollit peccatum mundi? Vt igitur sanaret hanc quæ
eis acciderat passionem, damnum quod ex scandalo proce-
debat excluſit.

Plebs cōfir-manda.

Ait ergo: Quid existis in desertū videre? Consistēn-
tem enim in deserto Ioannē tota illa regio exibat videre.
Vnde in Euangelio scriptum est: Exibat ad eum omnis Ie-
rosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanē.
Nec mirum, quia nouus homo mūdo apparebat, solitariæ
habitationis, admirabilis habitu, innocentis vitæ, prædica-
tor regni cœlorū, iustitiæ defensor insuperabilis, singula-
ris officij, nempe baptista (quod eatenus à nemine fuerat
vsurpatum) & hominē prophetiæ excellētis. Vnde & in eu-
angelio secundū Marcum dicitur: Fuit Ioānes in deserto
baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remis-
sionem peccatorū. Et egrediebatur ad eum omnis Iudæa
regio, & Ierosolymitæ vniuersi, & baptizabātur ab illo in
Iordanis flumine, cōfitentes peccata sua.

Mat. 11. B

Ioannes à moribus cō mendatur.

Marc. 1

Inter hæc autem vel illud maxime cōsyderandum est,
q̄ existimante populo, & cogitantibus omnibus in cordi-
bus suis de eo, ne fortè ipse esset Christus, cōfessus est, & nō
negauit, & cōfessus est quia nō sum ego Christus. Propter-
ea Dominus vtiq; testis fidelis, qui testimonium redditu-
rus est omnibus in die iudicij, & pro merito suo singulis,

Luc. 3.

Arun-

Arundinem(inquit) vento agitatam existis videre? Quasi dicat secundum Cyrillum: Mirati estis de Ioanne baptista,& pluries perrexistis ad eum,tam longa deserti itinera percurrentes,frustra sanè,si sic leuem ipsum existimatis vt similis sit arundini quocũq; ventus agitat declinanti. Neq; quaquam. Nõ enim inani gloriæ cessit, & pro nihilo habuit popularem auram, siue ventum tantæ existimatiõis. Non ergo Ioannes quasi arundo fuit vento agitata in eo præsertim quasi de Christo ambigeret,quẽ indice demonstrans perhibuerat esse mundi saluatorem. Alioqui ipse si bi nõ satis cõstitisset,sed magis instar arundinis vẽto agitatæ huc illucq; fuisset impulsus.

Ioãnes nec quaq; arũdo

Nequaquam ergo fieri permisit Christus vt plebs Ioãnem alicuius insimularet leuitatis,qui etiã vsqueadeo placere hoĩbus contempsit,vt & ipsum Herodẽ intrepidus argueret,dicens: Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui:sed magis propter veritatis & iustitiæ amorem cõstanter tandem mortẽ passus est. Vnde Gregorius: Arundinẽ mox vt aura cõtigerit,in partem alteram inflectit. Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur? Qui mox vt fauore vel detractione tangitur,in partẽ quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura fauoris flauerit,hilarescit & extollitur,totumq; se quasi ad gratiam inflectit. Sed si inde ventus detractionis eruperit,vnde aura laudis veniebat,mox hunc quasi in partem alterã ad vim furoris inclinat. Sed arundo vento agitata Ioannes nõ erat,quia hunc nec blandum gratia,nec cuiuslibet detractio in iram asperum faciebat. Nec prospera hunc erigere, nec aduersa nouerant inclinare.

C Ioannis cõstantia. Marc.6

Arũdo qui sunt, mobi

Proinde per arundinem bene hypocritæ designantur. Habet enim arundo folia, sed fructu prorsus est sterilis. Hypocrita nonnunquam bona verba,quasi folia,profert: sed fructu caret iustitiæ. Arundo radices in luto figit,hypocrita in suorum hæret fæcibus peccatorum. Arundo foris lenis & plana est,sed intus caua,& ideo fragilis. Hypocrita de foris simulata quasi politus est iustitia, blandusq; plerunque & quasi tactu mollis, sed quoniam intrinsecus virtute & Dei gratia vacuus est,mox ad cuiuslibet frangitur impetũ tentationis. In Iob de diabolo,loquente Domino, dicitur: In vmbra dormit,in secreto calami,id est, in arũdineto. Ecce cubile diaboli. In vmbra(inqt)dormit, i.hypocritarũ cordib⁹,quò radij solis iustitiæ nõ ptingũt.

Arundini q similes.

Iob.40.

In se-

In secreto calami, id est in hypocritis, q̃ sicut foris iustitiã simulant, ita etiam peccata sua & abscondunt & celant.

Circa secundum dicitur:

Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.

D Hic commendatur Ioannes à suæ sanctæ vitæ (præsertim in vestitu) austeritate. Quid existis videre? hominẽ mollibus vestitum? Cũ negatione interrogat vt prius, vt subaudias, nequaquam. Quum enim ipse esset pœnitẽtiæ prædicator, pœnitentiæ ac vitæ asperitatẽ etiam habitu ostendebat. Vnde apud Matthæum dicitur:

Ioãnes vt à vestimentis cõmẽdatur. Mat. 3.

Ioannes habebat vestimẽtum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Et mox probat saluator Ioannem mollibus vestimentis vsum non fuisse, dicens: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regũ sunt. Vos autem Ioannem nõ in aulis, sed in deserto quæsistis. Habitus sane tanto homine oportunus, de quo & cœlestis angelus prænuntiauerat, dicens: Ipse præibit ante illũ (scilicet Christum) in spiritu & virtute Heliæ, parare Domino plebem perfectam. De Helia enim legimus interrogasse regem Ochoziam: Cuius figuræ & habitus est vir ille qui occurrit vobis, & loquutus est verba hæc? At illi dixerunt: Vir pilosus & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Helias Thesbites est. Ioannes ergo sicut Christũ præcesit in Heliæ spiritu, ita & in vestitu Heliæ. Tales enim vtriusque fuerũt mores, & zelus austerus, talisq; vita, quæ non indulgebat sibi vt esset remissior.

Luc. 1. Ioãnes vt similis Heliæ 4. Reg. 1.

Et quid est dicere: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt, nisi apertè demonstrare, quia nõ cœlesti, sed terreno regno militant, qui pro Deo perpeti aspera refugiunt, & solis exterioribus dediti, præsentis vitæ molliciem & delectationem quærunt? Nemo ergo existimet in luxu atq; studio vestium peccatũ deesse, quia si hoc culpa nõ esset, nullo modo Ioannem Dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esset, nequaquã Petrus Apostolus per epistolam fœminas à pretiosarũ vestium appetitu compesceret, dicens: Non in veste pretiosa. Sed & diues ille qui apud inferos torquetur, pretiosis & mollibus indutus fuisse non ociose memoratur.

Gregorius. Mollib9 vestiri non caret culpa.

Quamuis hoc q̃ Ioannes nõ fuisse vestitus mollibus

dicitur

dicitur, per significationem intelligi & aliter posſit. Mollibus enim veſtitus non fuit, quia vitam peccantium non blandimẽtis fouit, ſed vigore aſperæ inuectionis increpauit, dicens: Genimina viperarum quis demõſtrauit vobis fugere à ventura ira? Vnde & per Salomonem dicitur: Verba ſapientium quaſi ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi. Clauis quippe atque ſtimulis ſapientium verba comparantur, quia delinquẽtium culpas neſciunt palpare, ſed pungere. Mat. 3. Eccẽs. 12

Proinde mollibus eſſe veſtitos per significationẽ adulatores recte dixerimus, qualis (vti ex dictis patet) Ioãnes nõ fuit. Verum homines iſti mollibus veſtiti, adſentatores ſcilicet, qui regum ſuorum adulantur peccatis, tractabiles atq; ſuaues dominatoribus tanquam beneficis, quum ſint iniqui, ſicut adulterij patrator Herodes, ecce in domibus conuiuũ circa latera regalia comedũt & bibunt. Ioannes autẽ ſpinoſus & aſpero veſtitu arctatus, ita vt palpari non poſſet, hic talis extra conuiuium in carcere clauſus eſt, nec aliter in illas regum domos admittitur, niſi ita vt illic de eius perditione ſermo tractetur, & ſic quodãmodo caput eius adferatur in diſco. Ex quibus apparet (vt dicit Hieronymus) rigidam vitam & auſteram prædicationem, vitare aulas regum debere, & mollium hominum palatia declinare. E Adulatores quales ſint.

Ecce (inquit) qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Per vtrũque horum quæ de Ioanne dicta ſunt, (videlicet ꝙ nec ſimilis eſſet arundini vento agitatæ, nec homo mollibus veſtitus) planè Chriſtus inſinuat, ꝙ nec facile mobilis eſſet Ioannes, nec vlla voluptate flecteretur. Vnde Chryſoſtomus: Mollis enim veſtis diſſoluit rigidã animam. Et ſi rigidum corpus hanc adſumat & aſperum, facile per ſui molliciem delicatum reddit & fragile. Facto verò corpore molliore, neceſſe eſt & animã participare læſionem. Nam & plurimum operationes ipſius conſonant diſpoſitionibus corporis. Ioãnes non facile mobilis.

Et quamuis pleroſque mollioris cura veſtitus effœminet, tamen (vt ait Ambroſius) alia videtur hic indumenta ſignare, humana ſcilicet corpora, quibus anima noſtra veſtitur. Sunt autẽ mollia indumenta delicioſi actus & mores. Hi verò quibus fluida deliciis membra ſoluuntur, regni cœleſtis extorres ſunt, quos rectores mundi huius atque tenebrarũ harum ceperunt. Hi ſunt enim reges qui dominan Mollia veſtimẽta, moraliter.

minantur super operum suorũ æmulos. Nec ocioſe Ioannis hic perſona laudatur, qui vitę amore poſthabito, iuſtitiæ formam nec mortis terrore mutauit. Hæcille. Ecce igitur infallibile teſtimonium vitæ Ioannis, veſtitus ſcilicet ipſius cum carcere, in quem detruſus non fuiſſet, ſi arũdinis inſtar vento agitatæ, nouiſſet fauere principibus.

Circa tertium dicitur:

Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & pluſquam prophetam.

F Hic Ioannes commẽdatur à propheticæ gratiæ eminenti ſublimitate. Ac ſi dicat: Si dignum vobis viſum nõ fuiſſet egredi in deſertum videre hominem nequaquam arundini ſimilem, nec mollibus veſtitum, at ſanè dignum erat exire in deſertum & videre prophetam, imò pluſquã prophetã. Sanè quum iam duabus dictis quæſtionibus Chriſtus Ioannem excuſaſſet, quia nõ decidiſſet à ſui teſtimonij veritate, quandoquidẽ & conſtantiſſimus & vitæ quoque cõtinentiſſimæ & aſperrimæ fuiſſet, adhuc ex duobus reſtat commendandus, vt eo minus ſuſpicari quiſquã poſſet Ioannem de Chriſto dubitaſſe.

Vt noſtrę fidei, puiſum

In quo etiam & noſtræ in Chriſtum fidei magnopere prouiſum eſt, vt nulla nobis hinc ſubrepat diffidentiæ cuiuſlibet cogitatio, dum & nobis hic idem teſtis fortiſſimꝰ atq; irreprehenſibilis, & verbo teſtatur & digito, dicens:

Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Ego (inquit) vidi & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius dei. Et rurſus:

Ioan. 3 Qui credit in filium Dei, habet vitam æternam. Qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.

Ioannes vt pluſquam propheta.

Itaque Ioannis mentem in notitia ſaluatoris mundi (de quo vaticinati fuerãt prophetæ) abundantius q̃ illoquenquã Chriſtꝰ prædicat fuiſſe illuminatã, quum dicit: Etiam dico vobis pluſquam prophetam. Quo modo igitur fieri potuiſſet vt in tam clara, in tam certa notitia tantæ veritatis mẽs illa ambiguitate vel minima caligaſſet? Par erat cæteris prophetis Ioannes in eo q̃ venturũ nun-

Ioan. 1. tiauit, dicens: Poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, cuius ego nõ ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calcea menti. Sed omnibus maior prophetis, imò pluſquã prophetа erat, dum hunc quem venturum annũtiauerat, iam adeſſe monſtrabat, dicens: Ecce agnus Dei. Hic eſt de quo dixi:

dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est (id est, mihi in immensum dignitate prælatus) quia prior me erat.

Sanè maior omni propheta, inquit B. Ambrosius, in quo finis est prophetarum. Quia multi cupierunt videre quem iste baptizauit. Qui etiam hinc plusquam propheta dicitur, quia supra omnem propheterarum omnium est dignitatem ministerium illud Ioannis, quo Dei filium baptizauit. Proinde secundum Chrysostomum, etiam in eo cæteris maior fuit prophetis, quòd CHRISTO fuit propinquior. Inter ipsum enim & CHRISTVM nulli alij intercessere prophetæ, quemadmodum qui regi adstant, eumq; proximi comitantur, & nobilissimi habentur, & maximi.

Circa quartum dicitur:

Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Mala. 3

Hic Ioannes commendatur ab officij sui dignitate. Angelus sanè appellatur Ioannes, non natura, sed officio. Angelus enim Græcè, idem significat quod Latinè nuntius. Et quidem nuntius fuit Ioannes, quem Deus misit ante faciem CHRISTI præparare viam eius, vti postea ostendetur. G

Cæterum superiore Homilia ostensum est CHRISTVM ad propositam sibi interrogationem, tu es qui venturus es an alium expectamus, gemino de se testimonio respondisse, videlicet testimonio operum, deinde testimonio scripturarum. De testimonio operum illic dictum est, restat hic dicendum de testimonio scripturarum, quod ipse hoc loco dignatus est inducere, dicens: Hic, scilicet Ioannes, est enim de quo scriptū est per Malachiam prophetā: Ecce ego mitto angelū meum ante faciem tuam, & sunt verba patris intemporaliter ad filium suum loquentis. Et mox sequitur: Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Ioannes vē angelus.

Ergo iam alius expectandus non est, certissimè enim iam venit qui expectabatur venturus: dominator quē vos quærebatis ô serui Domini, angelus testamenti quē volebatis ô vos, quibus & testamentū creditū fuit & promissio Et sequitur in propheta: Ecce venit, dicit dñs exercituum. Christū ẏe Messiā esse.

Iam

Iam enim venit. nam ſtatim illum ſecundũ veritatem hu-ius ſcripturę venire oportuit, vbi miſſus eſt iſte angelus ad hoc deſtinatus, vt pararet viam ante faciem eius.

Itaque propheticùm imò diuinum hoc teſtimonium, vnà cum ſupramemoratis operum Chriſti teſtimoniis col-latũ non ſinit ignorare (niſi eum qui ignorare vult) Ieſum à Nazareth, qui putabatur filius Ioſeph, illum eſſe domi-natorem, & angelum teſtamenti, quem quærebatis, quem volebatis.

H Igitur iſtæ duæ interrogationes præmiſſæ (quibus ſi-ne dubio ſubauditur, Non.) auditorem attentum faciunt ad tertiam interrogationem qua interrogat, dicens: Sed quid exiſtis in deſertum videre? prophetam? Etiam dico vobis & plus q̃ prophetã: & ita eſſe ſubiũcta ratione mox probat, quum dicit: Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto angelũ meum ante faciem tuam, qui præpara-bit viam tuam ante te. Attentis enim auribus hic opus erat, vt audito hoc prophetico teſtimonio, nõ modo quæ tunc præſentes aderant turbæ, verum etiam omnes popu-li qui hoc erant audituri, oculos aperirent, circunſpicerẽt, ac intelligerent quid & quãtum eſſet reſponſum ad inter-rogationis huius intentionem: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Nimirum hoc tale eſt, ac ſi diceret: Io annes ante faciem meam officium agit angeli, quod vide-licet officium angeli quantum differat ab officio prophe-tæ, de ſcripturis ſanctis requirendum eſt.

Angelorũ & prophe-tarũ officia differunt.

Angelorum officium eſt, nõ ſolum res venturas, ſiue iam inſtantes nuntiare, verum etiam ad certas mitti perſo nas per quas oporteat res ipſas adminiſtrari, & earum cor da præparare colloquũ ſui præparatione, qui digni ſint o-peratione diuinitatis, ad quam oportet per fidem (per quã iuſtus viuit) familiariter peruenire. In hoc officio primi poſt verbum promiſſionis fuerunt illi tres angeli, qui ap-parentes Abrahæ in figura ſanctæ trinitatis, hoſpitio eius

Geñ. 18. fuerũt recepti, loquente in ipſis Domino ac dicẽte: R euer-tens veniam ad te tempore iſto vita comite, & habebit fi-lium Sara vxor tua. Nouiſſimus autem angelorũ qui eiuſ-

Luc. 1. dem promiſſionis adminiſtratorũ fuerũt, Gabriel ad Ma-riam miſſus eſt virginem, vt eius mentẽ præpararet adnũ-tiatione iſta: Ecce concipies in vtero, & paries filium.

Officiũ pro phetarum. Porrò prophetarum officium fuit, promiſſionem eam dem, ſiue aduentũ eius, abſque certis prænũtiare perſonis.

Exem

Exempli gratia: Audite, inquit Esaias, domus Dauid. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Neq; iste, neq; quisquã alius prophetarũ ad certam aliquã personam missus est, vt tale quid euãgelizaret, nisi iste plusquam propheta Ioannes, qui ad hoc missus est à Deo, vt præsentẽ Christũ hominibus digito demonstrãs, viam ante faciem eius ipsa demonstratione præpararet. Itaque per hanc excellentiam Ioannes plusquam propheta est, & angelus est. Alias item causſas propter quas Ioannes angelus vocetur, require si libet, Homilia secunda in natali eius. Esa. 7.

Quod autẽ ad præsens sufficiat ratiõe gemina, Ioannes angelus vocat, scilicet Ratione vitę angelicę. Nã quasi angelus vixit in solitudine, in cõtemplatione, in virginitate. Secũdo ratione officij, vti nũc dictũ est. Sanè Christũ angelus paucis nominauit personis, scilicet virgini, Ioseph, pastoribus, & magis: Ioãnes hunc nõ paucis, sed palàm toti mundo prædicauit. I Ioannes ge mina rõne angelus.

Præparabit, inquit, viam tuam ante te. Ecce præcelsum & singulare præcursoris officium. Præiuit enì ante Christum nascẽdo. Nã & sex mensibus, angelo teste, ante Christum conceptus, sex mensibus ante Christũ natus fuit. Et sicut Christũ præiuit & prænũtiauit in hunc mundũ venientem, ita & præcessit prænuntiauitq; ad inferos descensurum. Proinde præparauit Christo viam suo fideli testimonio, iuxta quod scriptum est: Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioãnes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt oẽs crederẽt per illum. Ioannes vt Christum præiuit. Ioan. 1.

Præparauit item Christo viam baptizãdo, & suo baptismo Christi baptismũ præcurrẽdo: ad baptismi consuetudinẽ paulatim homines adsuefecit, ne Christi baptismũ post mortem ipsius Domini cõferendum, quasi rem insolitã, resperẽt. Vnde ipse: Ego, inquit, baptizo vos in aqua in pœnitentiam. Qui autem post me venturus est, fortior me est, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Mat. 3

Præparauit nihilominus Christo viam pœnitentiam prædicando. Sic enim prædicare cœpit Ioannes: Pœnitentiam agite, adpropinquabit enim regnum cœlorum. Iisdẽ verbis cœpit & CHRISTVS postmodum prædicare. Ibidem.

Quum enim audisset Ioannem vinctũ esse, venit Capharnaum, & ibi cœpit prædicare, dicens: Pœnitentiam agite, adpropinquabit enim regnum cœlorum. Mat. 4

Futuræ nihilominus cõfessioni peccatorũ viam quodammodo præparauit. Nam vt ex Marco superius citatũ
Marc. 1 est, Ioanne prædicante in deserto baptismũ pœnitentiæ in remissionem peccatorum, egrediebatur ad eum omnis regio Iudææ, & Ierosolymitæ vniuersi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata sua.

Præparauit etiam Christo viam in desertũ ituro, vbi quadraginta ieiunaturus erat diebus ac noctibus, dũ ipse à primæua ætate habitationem deserti sectatus fuit.

K Præiuit deniq; Christũ moriẽdo (vt dictũ est) & apud inferos aduentum ipsius nuntiando. Et vt præcursiones istæ ad epilogum reducantur, Triplex fuit Christi via in qua ipsum Ioannes præcucurrit, videlicet, Via eius in mundum, Via eius in mundo, Via eius ex mũdo. Via Domini in mundum fuit per incarnationem & natiuitatem. Via eius in mundo, fuit per prædicationem. Via eius ex mundo fuit per mortis perpessionem. Istis & aliis præmissis rationibus patet q̃ merito Beatus Ioannes præcursor Domini dictus sit.

Ioannes vt stellę matutinę comparatur.

Vnde & stellę matutinæ rectè comparatur, quæ & oriturum solem ortu suo prænuntiat, & quum ille iam exortus fuerit, hęc lumine suo delitescente quodammodo occumbit. Christus enim lux mundi est, & sol iustitiæ, quem Ioannes omnibus iam dictis modis quasi præclaro lumine præcessit. Verũ Christo iam doctrinæ miraculorum̃q; fulgoribus quasi propriis radiis coruscante, Ioannes traditur, & pro iustitia & veritate moriens, occubuit.

Ioãnis eminentia.

Ad hęc, sicut in firmamẽto cœli hac quę dicta est stella matutina, luminosior pulchriorq; nulla est, imò cętera oĩa cœli luminaria (sole & luna demptis) claritate sui luminis superat, ita etiam sanctos omnes tam veteris testamenti q̃ noui Ioannes excellit, Christo mox post præmissa dicẽte: Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne baptista.

Sed quæstio suboritur: Si enim & Christus propheta, quomodo Ioãnes maior est omnibus? Soluit Ambrosius dicens: Sed inter mulierũ, nõ virginis natos. Maior enim fuit Ioannes iis quibus æqualis esse poterat forte nascẽdi. CHRISTVS tantum & virgo mater, vtique duo illa in firmamento fidei luminaria magna, quasi sol & luna, sua vterque aliis incommunicabili dignitate, Ioanni præferuntur.

Domi-

Dominica quar=

TA ADVENTVS.



Iserunt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es? Ioannis. 1.

In hac ſacri Euangelij lectione tria cõ A
prehenduntur. Primum eſt, ſolennis Iudæorũ ad Ioãnem legatio. Secundũ eſt, Ioannis de ſemetipſo irreprehenſibi lis reſponſio, ibi: Et confeſſus eſt, & nõ negauit. Tertium eſt, de ſuo Ioannis miniſterio veridica recognitio, ibi: Et interrogauerunt eum.

Circa primum dicitur: Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad Ioannem, nimirum ſciſcitatu ros quis eſſet ipſe. Vbi notandũ eſt q̃ in Euangelio Dominicæ præcedẽtis Ioannes legatione miſſa Chriſtũ de ſe interrogat, in Euangelio præſenti, miſſa ex Ieroſolymis lega tione de ſeipſo quis qualiſue ſit ipſe interrogat. Ibi Ioãnes à Chriſto commẽdatur, hic Chriſtum Ioannes fideli teſtimonio prædicat. Itaque legatione ſolẽni ab electo Ieroſolymorum loco, nempe ciuitate regia & ſacerdotali, nunc tij nõ quicunq;, ſed dignitate venerabiles & officio eminẽtes, quippe ſacerdotes & leuitæ, ad Ioannem deſtinantur. Vbi cernere eſt erga Chriſtum inuidiam & peruerſitatem Iudæorum. Qui quum Ioannem tanti honoris delatione fuerint venerati, qui ſignum nullũ fecit, nihil huiuſmodi erga Chriſtũ feciſſe reperiuntur qui ſignis à ſeculo nõ auditis Deum ſe eſſe oſtẽdit: quin potius poſt tot ſigna & ingratæ genti beneficia collata, in cruce tandẽ peremerunt. Sed quod Iudæi erga Ioannẽ, hoc Ioãnes erga Chriſtum proſequitur. Nam & delati honoris munus à ſe remouit, & Chriſtũ ſuo teſtimonio ſublimiter (vt par erat) cõmendauit. Vnde & mox ante huius lectionis initium præmittitur: Et hoc eſt teſtimonium Ioannis, quãdo miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu quis es?

Iudæorũ cõtra Chriſtũ inuidia.

Ioãnis erga Chriſtũ ſyn ceritas.

Et quidem non parum ad rem attinet ſcire harum re- B
rum quæ lectione comprehenduntur tempus & cauſſam,

præsertim quum exinde possit dinosci vtrũ de cœlo an ex hoĩbus testimonium eius sit, id est, vtrum ex cõiectura humana, an ex prophetiæ spiritu testimonium Ioannis prodierit. Hoc ergo testimonium tunc loquutus est, quando legationẽ hanc ad ipsum miserũt Iudæi ab Ierosolymis.

Tẽpus legationis.

Videlicet, recens à deserto venerat, vbi vitã anachoriticã duxerat adeò incognitam hoĩbus, vt quãdo ipse venit, aut Christus, aut Helias, aut vnꝰ ex antiquis prophetis, ex occultis, & soli Deo cognitis locis apparuisse, putaretur.

Quod vtiq; palàm suffragatur veritati, scilicet quòd non ex hominibus (vt prædictum est) sed de cœlo testimonium eius fuerit. Non enim fama IESV excitus venerat, quippe qui adhuc inter homines occultus degẽs, nihil famosum operabatur: neq; ab illo per visibilem aliquem nuntium fuerat euocatus, sed (sicut Lucas refert) iussus venit prædicare & baptizare. Ait enim q̃ anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, factum est verbum Domini super Ioannẽ Zachariæ filium in deserto, & reliqua. Ergo nesciebat adhuc Dominum IESVM secundum hominem, donec vidit eum venientem ad se inter turbas, vt baptizaretur ab eo in Iordane, & tunc reuelante eodem spiritu quo factum fuerat super eum verbũ Domini, cognouit esse Christum Dominum ante cuius faciem ipse mittebatur vt pararet viam eius. Vnde & postmodũ dicturus est: Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum Dei descendentem sicut columbam, & manẽtem in eo, hic est qui baptizat in spiritu sancto.

Testimonij Ioãnis syncerita.

Luc 3

Christi psonã vt ignorabat Ioẽs.

Nõ tamen ignorabat venisse Christum, quum vtique ob hoc à deserto expulisset eum spiritus, vt veniens prædicando & baptizãdo, insuper & moriendo, suæ coram illo præcursionis officio fungeretur. Neque ignorabat dignitatem maiestatemq; eius, quam & minoris gradus prophetæ non ignoraverant, sed secundum hominem nesciebat illum (vt dictum est) id est, cuius figuræ vel habitus esset, aut vbi, vel quibuscum hominibus habitaret. Tanto ergo fidelius & omni acceptione dignius est testimonium, quãto ab omni humano fauore purum, vel coniecturæ præsumptione constat esse liberrimum. Igitur non ab re posito testimonij huius tempore vel caussa, nunc ipsa verba restant, eo ordine quo ad idem testimonium ventum est, differenda.

Noue-

Nouerãt Iudæi ex lege & prophetis magnum regem Christum esse venturum, nec defecturum regem vel principem de Iuda priusquã veniret ipse qui mittendus erat. Sic enim dixerat pater eorum Iacob: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est. Iam verò sub oculis suis ea videbant, scilicet ablatum esse sceptrum de Iuda, & ducem de fœmore eius: præsertim quum in regno diuiso ac dilacerato quatuor alienigenæ per partes singulas principarentur. Hoc ipsum poterant ex Daniele cognoscere, q; iam fermè ad finem vsque decurrissent annorũ hebdomades quas ei angelus cognoscendo CHRISTI aduentui reuelauerat, dicens: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. Sciebant autẽ sic à propheta prænũtiatum, & q; (vt dictum est) præfixum tempus decurrisset. Igitur facile persuaderi poterãt vt crederent venisse Christum, ad omnem sonum arrecti semper atq; suspecti, semper aliquid audire cupidi, vtpote iuxta carnalem opinionem suam habituri auream atque gemmatam Ierusalẽ, & seculum carnale, regnum q; victoriosum, ita vt iuxta prophetam capientes essent eos qui se cœperant, & subiicerẽt exactores suos, scilicet Romanos, quorum tunc ditioni suberant. Hoc statim ad prædicationem Ioannis poterant suspicari, intantum vt ipsum esse Christum existimarent.

C Iudęos tẽp⁹ aduẽt⁹ chrĩ cognouisse. Gen.49

Dan.9.

Iudæorum expectatio vana. Esa.60

Interea Ioannis baptistæ fama, sanctitatis virtutum q; eius opinio crebrescere vehementer cœpit, admirantibus omnibus singularem suæ vitę sanctimoniam, zelum iustitiæ & veritatis, prædicationis efficaciam, & eatenus insuetum baptizandi officium: quibus rebus tantæ authoritatis factus est apud omnes, vt quod vellet facile illis posset persuadere. Vnde secundum Lucam existimabat populus, & cogitabant omnes in corde suo de Ioanne ne fortè ipse esset CHRISTVS. Itaque magnopere cupiebãt vt se Christum esse profiteretur. Libentius enim ipsum suscepissent agnouissent q; sibi Messiam, quàm ipsum Christum. Quod quia Christum minime latuit, ait de Ioãne: Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.

Cur Iudæi pẽsto erãt Ioannẽ, p chrĩsto recipere

Luc.3.

Ioan.5.

D Accedit etiam ad hęc Iosephi testimonium, qui ait: Io
Anti. 18 cap. 14 annē q vocabatur baptista Herodes occidit, virū valde bo
num, qui pręcipiebat Iudęis virtuti operā dare, iustitiā co
Iosephi testimonium de Ioanne. lere, in Deum seruare pietatē, & per baptismū in vnū coire:
tum demū baptismū acceptabilē fore, si nō solum ad ablu
enda peccata sumatur, verū etiam ad castimoniam corpo
ris atq; ad animę iustitiam, purificationemq; seruetur, om
niumq; pariter virtutū velut signaculū & custodia quædā
fidelis habeatur. Et quum ab eo huiuscemodi pręcepta do
cerētur, ad audiendum eum plurima turba concurrebat.
Pręceptisq; eius ac monitis parata plebs erat in omnibus
obedire. Hęc Iosephus. Hinc etiam b. Augustinus. Non
mitterent, inquit, Iudæi ad Ioannem, nisi mouerentur ex
cellentia authoritatis eius, quia ausus est baptizare. Et se
cundum Chrysostomum, sic fide dignum existimauerunt
esse Ioannē, vt ei de seipso testimonium dicenti crederēt.
Vnde dicitur: Vt interrogarent eum, Tu quis es?

Rupert? Quid Iudęos in Ioāne offendebat. Verūtamen carnalē illos spem nō parum offendebat q humilitatē pœnitentiæ prędicabat, & genimina vipera
rum faciendo dignos fructus pœnitētiæ fugere à ventura
ira cōmonebat, & ita oīno regni Dei leges suis vitiis (qui
bus libenter inhęrebāt) contrarias illo p̄dicāte fore audie
bant. Miserūt ergo legationē (sicut iam dictū est) interro
gantes: Tu quis es? Tu, inquiunt, homo tanti nois, q tāta
authoritate nouum baptismi ritum inducis, quē te esse di
cis? Nimirū audire cupiebāt (vt dictū est) ex ore ipsi? num
ipse esset Christus, prout vulgo iam existimabatur.

E Vbi notatu dignissimū est, q̄ grauiter hic Ioannes sit
Tentat? Ioannes fidelis p manſit. tentatus. Tentauit semetipsum diabolus vt similis esset al
tissimo. In cœlum, inquiens, conscendā, super astra Dei ex
altabo solium meum. Ascendam sup altitudinē nubium,
Esa. 14 similis ero altissimo. Tentata fuit per diabolū ipsum, Eua,
Geñ. 3. vt sese Deo cōpararet. Ita enim tentator ait: Scit Deus q
in quocūq; die comederitis ex eo (nimirū fructu ligni ve
titi) aperientur oculi veſtri, & eritis sicut dii, scientes bonū
& malum. Itaq; sicut in cœlo Lucifer, & Eua in paradiso,
ita & hic Ioānes tentatur in deserto, vt similem se faceret
Tentatus grauiter. Deo, vt se Christum esse profiteretur. Grauis sanè & ma
gna hęc etiam ad blasphemiam tentationis suggestio, vsq;
adeo, vt grauius sub cœlo peccare nemo posset q̄ hic Ioan
nes, si post tanta gratiarum sibi collata dona sese Messiam
professus, Deum vtique blasphemasset.

At ille

At ille arundo non erat, vt vento ſuggeſtionis & tentationis huiuſmodi agitari poſſet, & à veritate deflecti: ſed nec homo erat mollibus veſtitus, vt p̄conia famæ mendacia ſuam excedētis, quaſi palpantium manus, molli aſſentatione ſu exciperet, quo modo faciunt ij qui in domibus regum ſunt, quia poteſtatē habentes gratulantur, & ab adulatoribus ſuis benefici vocentur.

Circa ſecundum dicitur:

Et confeſſus eſt, & non negauit. Et confeſſus eſt: Quia non ſum ego Chriſtus.

Hic ponitur Ioannis de ſemetipſo reſponſio irreprehenſibilis. Eſt autem hęc eius reſpōſio quadruplex, iuxta quatuor propoſitas ſibi interrogatiōes. Quarū prima hęc eſt: Tu quis es? Quum vellēt quęrere num ipſe eſſet Chriſtus, prout omnes eum eſſe exiſtimabant, noluerūt tamen id apertè proferre, ne temerariū putarētur. Hanc enim illorum fuiſſe intentionem, ex Ioannis reſponſione colligitur, qui nō verbis, ſed adfectui & intentioni eorum reſpōdens, ait: Non ſum ego Chriſtus. Nam quis ipſe eſſet viriſmo tandem eloquutus eſt, vbi ait: Ego vox clamantis in deſerto. F

Porrò ſecundum Origenem (ſicut & ſuperius dictum eſt) tempus aduentus CHRISTI populū tunc recreabat, quaſi iam præſens exiſtens, legiſperitis ex ſacris ſcripturis CHRISTI tempus ſperatū colligētibus, quamobrem nonnulli Meſſię ſibi nomen temerè vſurparunt, Ioſepho perhibente, ſicut Theodas, & Iudas Galilæus. Vnde & in Actibus Apoſtolorum Gamaliele in concilio Iudæorum diſſerente, ſcriptum eſt: Meſſiæ nomen vſurparant. Act. 5.

Ante hos dies extitit Theodas, dicēs ſe eſſe aliquem: cui conſenſit numerus virorum circiter quadringentorū, qui occiſus eſt, & omnes qui credebant ei diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum. Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in diebus profeſſionis (id eſt, quibus per ſingula capita cenſus Cæſari in ſignum ſubiectionis perſoluebatur) & auertit populum poſt ſe, & ipſe periit, & quotquot conſenſerūt ei diſperſi ſunt. Quum ergo feruentius CHRISTI expectaretur aduentus, Iudæi tranſmittunt ad Ioannem, per hoc quod eſt, tu quis es, cōiicere volētes ſi ipſe ſe Chriſtum fateretur.

Rupertus

Non sum ego, inquit, Christus. Verax vtiq; veritatis præco cauit sapiẽter mortiferũ diuini noĩs adulterium, ve lut is qui quum paranymphum se esse sciret, clanculum ad sponsam veniẽdo, sponsum se esse mentiri nollet. Nam (vt dicit Chrysost.) deuoti famuli est nõ solum nõ rapere glo riam domini, sed & oblatam à multis, respuere.

G

Gregorius. Ioannis humilitas.

Vbi planè Ioannis humilitas cõmendatur, qui quum tãtę virtutis esset vt Christ⁹ credi posset, elegit solidè subsi stere in se, ne humana opinione raperetur inaniter sup se. Nam confessus est, & non negauit: cõfessus est, quia non sum ego CHRISTVS. Sed qui dixit non sum, negaꝫ uit planè quod non erat, sed non negauit quod erat, vt ve ritatem loquens eius membrũ fieret, cuius sibi nomen fal laciter non vsurparet.

Rupertus

Vbi & illud notandum est, q⁹ Euangelista hãc negatiꝫ uam enuntiationẽ qua Ioannes ait, nõ sum Christus, con fessionẽ esse adfirmat: hoc nimirũ intendens, vt hoc maxiꝫ

Ioãneshinc confessor.

me loco Ioannẽ baptistam Christi cõfessorem esse sentias. Nam si Christum se esse dixisset, vel ita opinãtibus cõsenꝫ sisset, eum proculdubio qui Christus est, Christũ esse negaſ set. Igitur ex hoc satis cõstat, quia dum dicit pro testimoꝫ nio Christi, nõ sum ego Christus, vno & eodẽ dicto Chri stum cõfessus est, Christum non negauit, ac per hoc verus hoc loco Christi cõfessor claruit. Itaq; Ioãnes fidelis Chri sti cõfessor & testis, & ipse dignũ recipit testimonium, proꝫ nuntiante sic Euangelica veritate: Et cõfessus est, & nõ neꝫ gauit: & subaudias, Christũ. quẽ profecto negasset, si aliud dixisset q̃ dixit: Non sum ego Christus.

Ecce ad primam illorum sciscitationem prima & irreprehensibilis Ioannis respõsio, sed nondum sciscitandi finis. Sequitur enim:

Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: Non sum.

H

Cur de Heꝫ lia quæritur.

Audito q⁹ se esse Christum negasset, rursum interrogant num ipse esset Helias. Nam quum iam tempus Messiæ adꝫ uenisse intelligerent (vt iam dictum est) & scirent Heliam venturũ esse ante Christũ, iuxta quod prædictum erat per

Mala. 4

Malachiam prophetã dicentem: Ecce ego mitto vobis diꝫ cit Dominus Heliam prophetã antequam veniat dies Doꝫ mini: cogitabãt ne fortè ipse esset Helias, q⁹ ipsius cum Helia in vita & moribus grãdis esset similitudo. Itaq; interꝫ roga

rogauerunt: Helias es tu? Et dixit: Non. Quasi dicat: Iuxta sensum & opinionem vestram in persona Helias ille ego non sum, qui in igneo curru quondam raptus est in cælum, futuro tempori reseruandus, sed sum homo alius ante annos circiter triginta patre veterano, & matre sterili eademq; prouecta ætate, progenitus. Heliam se esse negat.

Sic enim distinguendũ est, quia videlicet sine vlla exceptione Heliam se esse negare non poterat. Alioqui cõtradixisset Christo dicenti de illo ad turbas: Si vultis recipere, Ioannes ipse est Helias. Nunc autem quomodo non repugnet perspicuum est. Nam quod ait Dominus, ipse est Helias, mysticum est, ac si dicat: In hoc est Helias quod iuxta aliud Euãgelii testimonium venerit in spiritu & virtute Heliæ, & eãdem cum illo spiritus gratiam acceperit. Luc. 1. Ioannis cũ Helia similitudo.

Sed & Ioannis vitæ austeritas, rigorq; mentis & Heliæ, pares sunt. Ille in heremo, & iste in heremo victitabat, & vterque zona pellicea cingebatur. Ille quia regem Achab & Iezabel impietatis arguit, fugere cõpulsus est. Iste quia Herodis & Herodiadis illicitas arguit nuptias, capite trũcatur. Sed & idcirco Ioannes Helias à Domino vocatus est, quòd sicut iuxta dictam Malachiæ prophetiam Helias præcessurus est, & venturum iudicem nuntiaturus, sic Ioannes primum Christi præcesserit aduentum, & vterque, hic primi, ille secundi aduentus nuntius sit. Itaque mysticum est, quòd Ioannes à saluatore Helias dictus est. At illi mysteria non quærebant, sed tantum an ipse in persona Helias esset, sciscitabantur.

Contrarium itaque non est sententiæ veritatis quòd Heliam se esse denegat, quia quod mystico intellectu verũ erat, illorũ sensu qui interrogabant, si diceret: Helias ego sum, falsum fuisset.

His responsionibus acceptis, necdum cõtenti, etiam tertia interrogatione Ioannem discutiunt, dicentes:

Propheta es tu? Et respondit: Non. I Matt. 11.

Et hoc planè verũ est, licet de illo dicat Dominus. Quid existis in desertum videre? Prophetam? Etiã dico vobis & plusquam prophetam. Ioannes enim virtute quidem propheta erat, sed officio propheta non erat. Quòd autem officio propheta non fuerit, palàm fit ex prophetici officij definitione.

Prophetarum officium fuit, verbum Domini antequã

Officium prophetarũ

caro fieret, carnem assumpturum esse, dictis prænuntiare, factis præfigurare. Nam et si sunt & fuerunt plurimi qui diuersis in rebus prophetiæ spiritu perdoceri meruerunt, eos tamen solos in prophetarum catalogo sancta ecclesia computat, qui de summis rebus, id est de incarnandi verbi mysteriis sancti spiritus oraculum mente perceperunt, voceq; & literis mundo annuntiauerũt.

Ioannes autem nõ hoc modo æterno Dei verbo obsequutus est, quippe qui non in vmbra futurorũ, sed in veritate erat præsentium, neq; præferebat propheticũ sermonem, cui attendendum esset tanquam lucernæ lucẽti in caliginoso loco, sed prætento digito monstrabat verum solem mundo iam exortum. Igitur officio propheta non erat: Virtute autem vel gratia, propheta, imò pluſquã propheta erat, quia videlicet præsentem prophetarum omnium verticem Christum contingens, ipsius mysteria prophetis omnibus familiarius nouerat.

K

Sed dicit aliquis: Quur interrogatus vtrũ esset propheta, quum de officio negauit, de virtute vel gratia prophetali quæ in se erat reticuit? Videlicet, quia cum hi qui interrogabant ex aduerso cõsisterent, quod & paulò pòst euangelista latenter innuit, cum dicit: Et qui missi fuerãt, erant ex Pharisæis, cum ergo insidiosa intentione starẽt ex aduerso, nec animo discendi venissent, non placuit spiritui sapientiæ in animo sancti præcursoris habitãti alio modo indignis respondere. Tãtum ergo ad interrogata irreprehensibili parcitate verborum respõdit. Sed nemo iure reprehenditur quòd non respondet vltrà vel aliter quàm exigit modus inquisitionis.

Qualis propheta Ioannes nõ erat

Vel potest dici, quòd cum plures in Israel æditi fuerint prophetæ (vt dicit hic Origenes) vnus de quo Moyses prophetauerat, præsertim expectabatur, prædixerat enim: Prophetã vobis suscitabit Deus ex fratribus vestris, sicut me, illi parebitis. Sciscitãtur ergo interrogatores isti non si foret propheta simpliciter, sed cum articulo in Greco sermone ponitur. Propheta (inquiũt) es tu? Per singulos enim prophetas nouerat populus Israel neminẽ eorũ fuisse hũc, quẽ Moyses prænuntiauerat, qui (sicut Moyses fecerat) medius staret inter Deũ & homines, & accepto testamento à Deo, illud tradidisset discipulis. Hoc autem tanti támque singularis prophetæ nomen illis Christo minimè tribuentibus, sed arbitrantibus alium quempiam

ab illo

ab illo, prophetam illum fore, Ioannes sciuit, quoniã ille propheta nemo alius quàm CHRISTVS esset. Sciens ergo se illum magnum prophetam, id est, mundi saluatorẽ, authoremq; noui & ęterni testamenti nõ esse, interrogatus num ipse propheta ille esset, rectè respondit: Non.

Adhuc ergo iam quarto sciscitantur. Vnde sequitur:

Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his qui miserũt nos? Quid dicis de teipso?

L Chryso.

Quamdiu ĩ qui sibi sapientes & prudentes videbantur, interrogationibus irreuerenter habitaculum tantæ sanctitatis pulsauerunt, simplici negatione iuxta modum interrogationis (vt par erat) caussati sunt.

Verũ quia nemo est bonus seruus sine ministerio, nec bonus nũtius sine respõso, quũ nõ sufficeret illis scire de Ioãne qd nõ erat, qa nec Christus, nec Helias, nec propheta, nĩ sieriã scirent quid erat, adhuc acrius institerunt, dicentes: Quid dicis de teipso? vt respõsum demus his qui miserũt nos. Sperabãt sanè aliquid magnum & nouum audire.

Vbi est considerare Ioannis authoritatem, quia & testimonium suũ de scipso Iudæis erat acceptabile, (vt iam dictum est,) qui Christo de se testimoniũ dicente, dixerũt: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Quum ergo & Christi, & Heliæ, & prophetæ, nomina de se negasset, tum cnixe appetebant scire quidnam Ioannes de seipso, & quem se esse diceret. Tunc delectis illis ad se nuntiis hoc de seipso respondit, quòd nec interrogare ipsi nossent, nec quòd auditum præ altitudine mysterij vllatenus possent attingere, dicens:

Quanta Ioannis apud Iudæos authoritas. Ioã. 8.

Ego vox clamantis in deserto, dirigite viã domini, sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis.

Responsum sanè magnum, sed quòd non intellexerunt qui missi ad eum venerant Nec mirum. Nam illi qui sapientes videri magis volunt q̃ esse, nescire malunt q̃ discere, quales vtiq; erãt isti, q ob hoc ad Ioannẽ missi sunt, quia tales æstimabãtur q possent cõprehẽdere omne respõsum, & de oibus quę dicerentur certũ habere iudiciũ. Sed praue prudẽtes declinant aĩo retrorsum, & hoc respõsum dissimulatores callidi quasi nõ audierint, surda aure prętereũt. Sed nos prout datũ fuerit hoc respõsum expẽdamus.

M Arrogãtiũ typus.

Primum

Rupertus. Primum igitur per hoc quod ait: Ego vox clamantis in deserto intelligi datur, quia contemporalem Christo se esse fatetur, nempe cuius ipse vox sit. Et aduerte quòd sicut Ioannes dictus est à Christo Helias, non quidem in persona, sed officio, ita etiam officio vocem se esse fatetur. Et hoc propter duo.

Ioânes cur você se esse dicit. Primo quia vox est manifestatio verbi, quod vtique nil aliud quàm mentis conceptus est. Quoniã ergo Deus Pater Verbum suum iamnunc incarnatum per beatum Ioannem mundo manifestum fecit, ideo ipse rectè vox dicitur. Vnde ipse de eodem Dei Verbo incarnato, id est, Domino Iesu Christo ait: Vt manifestetur in Israel, propterea ego veni. Ipse enim fuit homo missus à Deo in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, id est, de Christo, qui ait: Ego sum lux mundi. sequitur: Vt omnes crederent per illum

Ioan. 1.

Ioan. 10.

Secundo B. Ioânes vox dicitur, quia vox è propinquo manifestat eum cuius est. Potest enim se quispiam manifestare vel per interpositam personam, vel per vocem propriam. Et quum aliquis sui aduentus nuntios præmittit, adhuc non dicimus eum adesse. Verum, audita voce eius, dicimus: Ecce hic est. Prophetæ omnes ante Ioannem nũtiũ fuerunt, venturum mundi redemptorem annuntiãtes. Ioânes verò qui missus est ante faciem Christi parare viam eius, vox Christi fuit. Quod vtique longe maius erat quàm esse vel Heliam, vel quemlibet prophetarũ. Et quidem magnus esse perhibetur, de cuius aduentu & officio Esaias longè ante vaticinatus est, Sicut dixit, inquit, Esaias propheta.

Magnæ auctoritatis hic testis. N Proinde magnum & reuerendum oportebat esse hunc testem propter indigentiam filij hominis, pauperis & egeni propter nos facti, & propter nos magno testimonio indigentis. Propterea tantus ac talis venit, qui testimonium perhibens dignus esset audiri: imò non posset contemni. Et quidem ipse Ioannes non nimis vltroneus, imò nimis importune pulsatus ab inquirentibus, nimisq; discussus quis ipse esset, hæc tandem respondit: Ego vox clamãtis in deserto. Sanè quãdo venit ista vox clamantis, tã magnificè venit, vt cõceptus ex vtero senectutis & sterili Gabriele archangelo annuntiante, spiritu sancto repleretur necdum in lucem ẽditus, tantis natiuitatem eius concomitantibus signis, vt timerent omnes vicini, & super om-

Luc. 1.

nia mon-

nia montana Iudææ diuulgarentur hæc, & ponerent omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quisputas puer iste erit?

Ego, inquit, vox clamantis in deserto. Ac si dicat: Ego ille sum, & illa vox ego sum, quam Esaias interiori auditu clamantẽ vobis audiuit, vt paretis vias eius, quia nunc adest, scilicet Christus. Clamo nunc vobis, parate viam Domini: quia dico vobis, pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Tãta hæc vox est, vt propheta tanto antè tempore hanc in spiritu audiens, gaudio attonitus exclamauerit, dicens: Vox clamantis in deserto, dignũ ergo est, inquit, vt & vos mihi credatis, quũ vobis ostendero Christum. Sicut enim ad hoc fit vox vt verbum audiatur, sic ego ad hoc natus sum, vt per ministerium meum Christus qui est incarnatum æterni Patris Verbum, præsens agnoscatur.

Quæ vox Ioannes. Esa. 40.

Parate, inquit, viam Domini. Quasi dicat: Iã in via Dominus est, præsentis vitæ viam viã ingressus est. Ad opus grande nũc proficiscitur. In via nũc est, Ecce tanquã sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gygas ad currendam viam. Sed vnde venit, & quò est iturus? A summo cælo, inquit, egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. Nolite ô Iudæi nolite obuiare, nolite resistere, nolite ei obstinationis offendicula ponere. Nam super quem ceciderit, cõminuet eum. Væ illis, quorum scelere in mortẽ tradẽdus est. At illi surda (vt dictum est) aure clamorem eius præterierunt, quasi nihil illis dixerit.

O

Sed nos surditatis istorum exemplum execrantes, audiamus & attendamus cuius clamantis Ioannes vox fuerit. Ipse vtique clamans est, qui stabat & clamabat: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Clamat iterum: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Denique omnis vita, omne tempus quo hic in carne deguit, clamor fuit, de quo per Apostolum dicitur: Qui in diebus carnis suæ, præces supplicationesq; ad eũ qui posset illum à morte saluum facere, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Huius clamantis Ioanes prima vox fuit. Humilitas quippe vocem nõ habebat, sed ignotus habitabat in ciuitate Nazareth, quum iam tricesimum inciperet annum ætatis.

Cuius clamãtis vox Ioannes. Heb. 5

Porrò sicut verbum nostrum clara & sonora voce indiget vt melius audiatur, ita Dei Verbum caro factum (vt dictum

P

Forti testimonio opꝰ erat Christo.

dictum est)testificante Ioanne indiguit,vt homines in eo minus scandalizarentur. Vnde non solum apud simplices verum etiam apud inuidentes, & voluntarium patientes scandalum, authoritas Ioannis causam eius persæpe defendit,vt illic, quum dicerēt ei : In qua potestate hæc facis?respondens dixit eis : Interrogabo vos & ego vnum sermonem,quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio : Baptismus Ioannis vnde erat,è cœlo,an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes:Si dixerimus è cœlo,dicet nobis:Quare ergo nō credidistis illi.Si autem dixerimus ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebant Ioannem sicut prophetā. Et respondentes dixerunt Iesu:Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

Matt.21.

Ioānis testimonio & nos confirmamur.

Nec tamen illius temporis homines tantum attendere debemus,sed & omnes gentium nationes vsque ad finem seculi. Quam diu enim prædicatur Christi in hūc mundum aduentus,adest hic idem testis Ioannes,& testificans digito suo confirmat, quia Christus alius nō fuit, nec est,nec erit,nisi is qui putabatur filius Ioseph.

Gregō.

Cæterum vbi hæc vox clamauerit, attende. Vox clamātis, inquit,in deserto. In deserto clamat,quia derelictę ac destitutæ Iudææ solatiū sui redēptoris annūtiat. Sed & in deserto clamare idcirco dicitur, quoniā ad pœnitentiam agendam hortabatur. Desertum enim agendæ pœnitentiæ locus conueniens est. Vnde & Dominus pœnitētiæ agendæ in semetipso nobis præbiturus exemplū,quadraginta diebus & noctibus ieiunauit in deserto.

Matt.4.

Via Domini quæ sit.

Clamat autem & dicit: Dirigite viam Domini. Moraliter via Domini ad cor dirigitur, quum veritatis sermo humiliter auditur. Via Domini ad cor dirigitur, quū ad præceptum eius vita præparatur. Vnde scriptum est:

Ioan.14.

Si quis diligit me,sermonem meum seruabit,et pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quisquis ergo mentem in superbia eleuat,quisquis auaritiæ æstubus anhelat, quisquis se luxuriæ inquinationibus polluit,cordis ostium contra veritatem claudit, & ne ad se Dominus veniat, claustra animi seris vitiorum damnat.

Et qui missi fuerant,erant ex Pharisæis. Videlicet ex eis qui non Dei,sed suam quærebant gloriam,qui tulerāt clauem scientiæ,& nec ipsi introibāt,nec alios intrare sinebant

nebant. Quo vitio nunc Ioanni insistebant, non solum non pœnitentes, sed & alios ad pœnitentiam inuitari nõ ferentes, vt ex sequentibus patebit. Vnde & apud Lucam scriptum est: Et omnis populus audiens, & publicani iusti ficauerunt deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem & legisperiti, consilium Dei spreuerunt in semetipsos non baptizati ab eo. Luc. 7.

HOMILIA ALTERA.

ET interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas si tu nõ es Christus, neque Helias, neque propheta? Ioan. 1.

In hac parte euangelicę lectionis tria comprehenduntur. Primum, est Pharisęorum apud Ioannem inuidiosa interrogatio. Secundum, est Ioannis ad interrogata modesta responsio. ibi: Respondit eis Ioannes. Tertium, est Ioannis de Christo fidelis testificatio. ibi: Medius autem vestrum stetit.

A Ioãnem ĩnterroganti-um intẽtio.

Circa primum attende quòd hi qui missi fuerant ad Ioannem grande aliquid & insuetum ab eo audire speraverant, vt videlicet affirmaret se vel Christum esse, vel Christi præcursorem Heliam, aut saltem aliquem ex prophetis. Quum autem ille Christum, Heliam, & prophetam rennuens, diceret se esse vocem clamantis in deserto, modicum hoc esse, & nihil tale, quale cupiebant audire, reputauerunt, quia diuina mysteria non intelligebant. Itaque iam ei indignati inuidiosa hunc interrogatione discutiunt, dicentes: Quid ergo baptizas, si tu nõ es Christus, neque Helias, neque propheta?

Quod (secundum Origenem) dixerũt non quasi baptizari cupientes, sed volentes eum à baptizando prohibere. Et quem blanditiis non valuerant supplantare, accusationem ei innectere tentant, cogentes eum, vt diceret se esse quod non erat. Alioquĩ audaciæ esse quòd baptizaret, si non erat Christus, nec præcursor illius, nec præco, id est, propheta. Ecce vt clauẽ scientiæ ferentes ipsi nõ introierũt, & volẽtes introire prohibuerũt. Non enim satis erat eis prędicante turbis Ioanne pœnitentiam non agere, sed & alios inuidebãt ad baptismũ pœnitẽtię inuitari.

Quando

B Quando igitur miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & leuitas ad Ioannem (sicut dictum est) & illi sic eum interrogauerũt, sic percuntati sunt, tota expectante synagoga Iudæorum & Pharisæorum à quibus missi fuerant, tunc Ioannes de Christo testimonium perhibuit de quo & in præcedentibus dictum est, & in cõsequentibus est dicendum. Tunc sanè audita est vox clamantis in deserto, imò à deserto venientis vbi solitarius & Heliæ persimilis vitam aluerat, vitam (inquam) qualem esse decebat testẽ Christi legitimi & irreprehensibilis, ne oculi qui visuri erant præsentiam veræ lucis quippiam haurirent de omni quæ in mundo est cõcupiscentia carnis, ne digitus, quo prætẽto demõstraturus erat agnum Dei, vel manus, quas subiturum, & à quibus baptizandum erat caput angelicis potestatibus reuerẽdum, aliquid tangerẽt de omni massa picis coinquinãtis: & pulchritudo oris, à quo primũ audiẽdum erat testimonium gratiæ & veritatis, aliquo modo defloresceret, loquendo aliquid vani aut ocioſi sermonis. Tunc, inquã, audita est vox magna, vox præclara, à deserto veniẽtis, imò & illi deserto clamãtis, vbi quondam habitauerat iustitia, nunc autem homicidæ, quos eadem iustitia deserentes se, deseruit, ex quorum conuentu & hi erant, quibus insistentibus Ioannes hoc, qui sequitur, modo respondit:

Qualẽ esse decebat testẽ Christi.

Vox clamãtis i deserto Esa. 1.

Circa secundum dicitur.

C Ego baptizo in aqua.

Hic ponitur ad interrogata Ioannis modesta respõsio. Videbantur interrogatores illi præsentiscere quòd Christo competeret baptizare, promittente per Ezechielẽ Dominо, & dicẽte: Effundã super vos aquã mundã, & mũdabimini ab omnibus inquinamentis vestris, sed Ioannes iam se Christum esse negauerat, ergo munus alienum vsurpare Pharisæis videbatur. Quibus ipse respondet, dicens:

Ezec. 36.

Ego baptizo in aqua. Quasi dicat: Ego quidẽ nõ ab re, aut vti vos putatis, absque cælesti authoritate, aut à meipso veni, sed missus à deo baptizo in aqua, Quasi dicat: Nõ est multũ quærẽdum de baptismo meo, quum fit in aqua tantum, quum corpus solum lauet, non animam. Vnde Gregorius: Ioannes, inquit, nõ spiritu sed aqua baptizat, quia peccata soluere non valens, baptizatorum corpora per

Ego baptizo in aqua.

per aquam lauat, sed tamen mentē per veniam non sanat.

Cur ergo baptizat, qui per baptismum peccata non relaxat, nisi vt præcursionis suæ ordinem seruans, quem nasciturum nascendo præuenerat, baptizaturum quoque Dominum baptizando præueniret: & qui prædicando factus est præcursor Christi, baptizando etiam præcursor eius fieret imitatione sacramenti? Baptismum ergo in remissionē peccatorum quia dare non poterat, prædicabat.

Proinde et si baptismus Ioānis remissionē non cōferret peccatorū, valuit tamē ad plura. Primo ad significandum baptismum Christi vt dictum est, quem et si multæ præsignauerant veteris testamenti figuræ, baptismus tamen Ioannis hūc clarius præfigurauit, & expressius, adeò vt necesse fuerit hūc ab illo discernere, prout pōst dicetur. Quid valuit baptismꝰ Ioannis.

Secūdo, quia baptismus Ioānis non tantū præparabat, sed paulatim etiam assuefaciebat ad Christi baptismū suscipiendum. Non tamen (sicut dictum est) baptismus iste sacramentum erat, quemadmodum torneamentum quo se milites ad bellum assuefaciunt, bellum non est, tametsi speciem belli prætendat.

Tertio quoque fuit vtilis baptismus Ioannis ad Christum Dominum manifestandum, sicut ipse testatur dicēs: Vt manifestaret in Israel, propterea veni ego in aqua baptizās. Siquidē illo baptizante manifestatus est Christus & apparitione spiritus sancti in specie columbæ descendentis super eum, & voce Patris attestātis, & dicētis: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Luc. 3.

Ne quis autem in Ioannis baptismo erraret, putans sibi hunc absque Christi baptismo sufficere ad salutem, Ioānes ipse præcauit, baptismū suum ā Christi baptismo clarē distinguēs. Vnde in euāgelio secundū Matthæū ipse loquitur, dicēs: Ego quidē baptizo vos in aqua in pœnitētiam. Qui autem post me venturus est, fortior me est. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Idē patet manifestius ex iis quæ Lucas in actis Apost. refert loquēte Paulo, & dicēte: Si spiritū sanctum accepistis credētes? At illi dixerūt ad eū: Sed neq; si spiritus sanctus est audiuimus. Ille verò ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerūt: In Ioannis baptismate. Dixit autē Paulus: Ioannes baptizauit baptismo pœnitētiæ populū, dicēs in eū qui venturus esset post ipsum vt crederent, hoc est in Iesum. His auditis baptizati sunt in noīe Dñi Iesu. Et licet Ioānis psona

Baptismus Ioānis quālis fuit. Matt. 3.

Act. 19.

Baptismi virtus nõ à ministro.

omni sanctitate & gratia cõmendetur, nõ tamẽ propter hoc baptismus suus plus habuit efficaciæ. Nõ enim ministri sanctitas est attẽdẽda in hac parte, quasi illa baptismũ cõmendet, sed ille tantũ, de quo Ioãnes phibet, dicẽs, Christũ vtiq; designãs: Hic est q baptizat in spiritu sancto. Eadẽ proinde ratione baptismi sacramẽto nihil detrahit ministri iniquitas. Vnde patet q Christi baptismo opus habebãt à S. Ioãne baptizati, sed denuo baptizari nõ debẽt qui etiã ab hæreticis secundũ ritũ ecclesiæ, siue etiam à Iudæis forẽt baptizati. Nõ enĩ est quod ministrũ in hac parte cõsideres, siue ille probꝰ sit siue impius, Christus est qui baptizat, Colũba baptizat. Satis est q minister illud agere inrẽdit, quod ipsa sancta facere solet & intẽdit ecclesia, debitis quoque materia & forma obseruatis. Contrariũ horũ asserere error est, & hęresis Donatistarũ, q baptismũ hęreticorũ reiiciebãt. Is tamẽ cui sacerdotis catholici copia non negatur, officio hæretici in baptizãdo vti nõ debet.

E Ioannes cur singulariter baptista vocetur

Proinde si aliquis quærat & dicat: Quũ etiã sanctos Apostolos constet plurimos per orbem terrarum baptizasse, & quidem baptismo potiori, quàm fuerit ille Ioannis, quur sanctus Ioannes baptistæ nomine singulariter est insignitus, & quur non etiam ipse Petrus, vel Ioannes Apostolus, vel Paulus, vel Philippus, baptistarum nomine censentur? Vtique, quia ille solus Christum meruit baptizare, qui tactu suæ sacrosanctæ carnis mundandi animas vim aquis contulerit. Et quum ille sit caput ecclesiæ, Ioannes qui hũc baptizauit perpetui honoris titulo hinc insignitus, ab vniuersa ecclesia baptistæ noĩe salutatur.

Sup. Io.

Potest autem ad hoc secundum Augustinũ & alia ratio assignari, videlicet: Quia et si baptismus Ioãnis, sacramentũ nõ erat, baptismus tamẽ Ioãnis erat, & nihil aliud nisi Ioannis baptismus: tametsi non ab hoĩe, sed à Deo esset. Apostolorũ autem baptismus non illorũ, sed Christi erat, q solus verè, & per suã virtutẽ, baptizat ad salutẽ, dicẽte Apostolo: Quicũq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Ipse enim est quẽ extẽto digito Ioãnes ostendẽs, dicit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Nemo sibi arroget quòd ipse cuiuspiã tollere possit pcta, quũ hoc solus ille possit, qui vnus pro oĩbus semetipsum obtulit immaculatũ Deo, cuius sanguis emũdat cõscientias nostras ab operibus mortuis ad seruiẽdũ Deo viuẽti. Itaq; Apostoli alieno baptismo baptizantes,

Rom. 6. Solꝰ Christus verè baptizat. Ioan. 1. Heb. 9.

id est

id est, Christi, baptistę dicti nõ sunt, quõ Ioãnes à suo baptismo, est baptista appellatus. Circa tertiũ dicitur:

Medius autẽ vestrũ stetit, quẽ vos nescitis.

Hic ponitur Ioãnis de Christo fidelis & vera testificatio. Medius, inquit, vestrũ stetit. Vbi Gregorius: Ioannes mysterium nostri redemptoris adnuntians hunc in medio hominum & stetisse asserit & nesciri, quia per carnem Dominus apparens, & visibilis extitit corpore, & inuisibilis maiestate. F

Christ9 cur medius Iudęorũ stetisse dicatur.

Sed & medius eorũ stetit, nempe mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Medius ipse Pharisæorum stetit, quia & ipsos Deo volebat adiungere, sed ipsi nesciebant eum. quem vos, inquit, nescitis, quod secundum Origenem exprobrando Pharisæis dixit, quòd illi expectantes Christi aduentum, nihil tamen arduum de eo cõtemplabantur, solum hominem sanctum eũ fore existimãtes.

Ad hæc (secundum Chrysostomũ) Christus medius stetisse Iudæis dicitur, quòd non sicut Ioannes solitarius vixerit & occultus, sed inter eos quasi vnus ex illis popularitèr conuersaretur. Nam decens erat vt Christus in populo tanquam vnus ex multitudine versaretur, qui vbiq; humilitatem & mansuetudinem doceret.

Et quoniam humilis erat Christus, vt ipse videri posset Lucerna accendebatur, sicut de eo Christus loquitur: Ille erat lucerna ardens & lucens. Sed & in reliquo populo Christus ad baptismum venit, vt etiam sic medius steterit inter Iudæos. *Quasi diceret: Aduentum expectatis* Messiæ, ecce iam adest, & quidem *in medio vestrum.* Ioan. 5.

Quin etiam & nunc Christus stat medius inter Deum & peccatorẽ, iuxta quod dicit Apostolus: Mediator vnus Dei & hominũ, Christus Iesus. Verũ intellectus hic mysticus est. Porrò secundũ literã palàm est hic Ioannem Christi humilitatẽ declarasse, qui vtiq; medius stetit, id est in frequẽtia plebis iã dudum ambulauit, in cõuictu hoĩm assuefactus est & habitatiõe communi. Quẽ tamen vos ô Pharisæi nescitis, quem scire expedit, quem quęrere oportet, quẽ inuenisse prodest, in quem credere salus est. Itaque quid de illo q medius Iudæorũ stetit, quẽ tamẽ nesciebãt, fidelis hic testis perhibeat attendamus. Sequitur enim: 2. Timot. 2. Ruper.

Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est.

G

Dum dicit: Qui post me venturus est, nõ de natiuitate eius loquitur, siquidem iam natus erat Christus, sed de illius aduentu, in prædicationem Euangelij. Nõ enim palam prędicabat Christus, nisi cũ Ioannes iã missus esset in carcerẽ, testãte Marco qui ait: Postquã traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæã prædicãs euangeliũ regni Dei.

Iesus nõ pdicat nisi Ioãne tradito Marc. 1.

Qui post me, inquit, venturus est. Ioannẽ enim Christus sequutus est præeuntẽ, quomodo gratia noui testamẽti, figurã testamẽti veteris sequuta est, quomodo splendor sequitur lucernam, sol oriturus luciferum prævium, quo modo iudex præconẽ, quomodo præeũtem seruũ suũ Dominus sequitur. Porrò Ioãnes hæc dicens nõ modo personã Christi, sed & baptismũ Christi suo baptismo immẽso interuallo præferens, commendat. Vnde Chrysostomus.

Ioannes vt Christũ cõmendat.

Ipse est qui post me vẽturus est. Ac si diceret: Ne æstimetis totum in meo consistere baptismate. Si enim meum baptisma perfectum esset, alius non veniret, post me aliud baptisma daturus, sed hic baptismus præparatio est illius & in proximo transibit vt vmbra & imago, sed oportet eum qui veritatem imponet venire post me. Si enim hoc baptisma perfectum esset, nequaquam secundi locus quęreretur, & ideo subiungit, dicens:

H

Qui ante me factus est. Hoc est, maior dignior q; me habitus est. Siquidẽ in excellẽtibus gratiarũ & virtutũ donis, & apud plebẽ authoritate Ioãni antepositus est, adeo vt hinc zelo moti Ioãnis discipuli ad ipsum venerint, dicẽtes: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanẽ, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & oẽs veniunt ad eũ. Et ne p hoc quod hic dicit de Christo qui ante me factus est, errorẽ suũ defendãt Arriani blasphemãtes, intelligãt per hoc nihil aliud significari q; si dicat: Ante me positus. Post me ergo venit, qa post me natus: ante me autẽ fact9 est, qa mihi prælatus. Hui9 prælatiõis causã aperuit paulo superius, dicẽs: Quia prior me erat. Ac si apertè dicat: Inde etiam post me natus me superat, quo eũ natiuitatis suæ temPrior me erat.

Grego.

pora non angustiant. Nã qui per matrem in tẽpore nascitur, sine matre ante tempora ex patre generatur.

Et extunc quidem Ioãnes cœpit minui, Christus autem Iesus crescere cœpit. Veruntamẽ sic diminuẽdo se corã hoĩbus, tantũ creuit corã Deo vt vltra illũ crescere nullus potuerit homo. In hoc sane diminutionis eius magna est humilitas quòd quum dixisset: Ego baptizo, addidit: In

Ruper. Ioannes in aqua tantũ baptizat.

dit: In aqua, vt subaudias id quod paulò pòst dicturus est: Ille autem in spiritu sancto baptizat.

Et quidem Christus quoque in aqua baptizat, sed hęc est minima baptismi eius substãtia. Tres enim sunt qui testimoniũ dant in baptismo Christi: Spiritus, aqua, & sanguis. Horũ triũ (vt iam dictũ est) aqua minimũ est, in qua sola baptizabat Ioannes, antequam glorificato Iesu datus esset spiritus: imo & antequam lanceato Iesu fusus esset sanguis eius. Maximum est spiritus, quo solo peccatorum remissio datur, quam (vt dictũ est) Ioannes dare nõ prævalens, baptizando in pœnitẽtiam, Christi baptismo populum præparabat. Christus enim per aquam & sanguinẽ veniens, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine, solus in spiritu baptizat, testificãte q ait, quoniã Christus est veritas, qui solus remissionem peccatorum dat, aquã signatam, sanguine emptam, spiritu sancto effusam.

Itaque amplius ac manifestius Ioannes se diminuit vt creſceret æstimatio magnitudinis Christi ex eo quod ait: Ipse est qui post me vẽturus est, qui ante me factus est. Sed ad hæc omnia hoc magnum & præclarum humilitatis in Ioanne est speculum, quod subsequutus, ait:

Cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti.

Quantã Christo reuerẽtiæ humilitatẽ debeat, ostendit, dicens: *Cuiꝰ ego nõ sum dignus, vt soluã eius corrigiã calceamenti. Hoc etenim dicto pẽsentibus qui aderãt nota similitudine iuxta quod capere poterant, cum maxima sui diminutione Christi commendat excellẽtiam. Quod etiam nulla fuscatum allegoria sicut prolatum est, dignè excipitur. Nam reuera tanta est Christi dignitas, quod nulla creatura etiam in humilibus obsequiis digna est illi ministrare. Homo enim quantũuis etiã probus, bonus sanctusque existat, deo tamẽ collatus quid aliud quàm puluis est & cinis. Et hoc est quod Ioannes dicit, videlicet, quòd suo iudicio non sit dignus ad Christi pedes accedere, vt ministrando soluat eius corrigiam calceamenti.*

Ioannes vt speculũ humilitatis.

Ad extremũ autẽ etiam locũ designat euangelista vbi huiusmodi testimonium Christo Ioãnes dederit, dicens:

Hæc in bethabara facta sunt trans Iordanẽ, vbi erat Ioannes baptizans.

Causſa quur tam diligenter euangeliſta geſtæ rei nõ ſolum tempus & modum, ſed etiam locum deſcribere voluit, hæc eſſe creditur: Nam quum de fide in Ieſum Chriſtum quem Iudæi & negauerunt & negant, certamẽ oboritur, nihil eſt efficacius conuincendis & confutandis Iudæis, q̃ Ioannis teſtimonium, quẽ ipſi Iudæi in tanta ſanctitatis habebant opinione, vt Chriſtum eſſe putarent.

Ioannis teſtimonium perutile.

Ad perpetuam igitur rei memoriam, & confirmationem veritatis, non ſolum Ioannis adhibetur teſtimoniũ, ſed & circũſtantia loci deſcribitur, ſicut in publicis fieri conſueuit inſtrumentis. Locus quippe quæri ſolet in cauſis, ſcilicet, celebris ne ſit an deſertus, in quo grãde aliquid dictum vel factum adferitur. Bene ergo locũ quoq; euangeliſta in quo tanta vox inſonuit ſubiecit. Verax enim teſtis geſtæ rei, etiam loci circũſtantias ita cognitas habere debet, vt quum opus eſt, oſtendere poſſit & hæc quoq; eo loci facta dictaq; eſſe. Quod vtiq; beatus Ioannes hic obſeruare curauit, locum deſignans, vbi & Ioannes baptizauit, & ipſe Chriſtus baptizatus eſt.

Geſtæ rei circũſtantiæ

Labuntur autem errore qui putant apud eam Bethaniam, quæ prope Ieroſolymam eſt, (vbi Lazarum Chriſtus vocauit è monumento) hæc contigiſſe. Illa enim Bethania non trans, ſed longè citra Iordanem, nempe ab Ieruſalem tãtum ſtadiis quindecim ſita eſt. Quòd autem nonnulli dicunt duas eſſe Bethanias, vnam prope Ieroſolymam, alterã vltra Iordanem, quum hoc nullo ſcripturæ loco, ſed nec Ioſephi teſtimonio probetur, videtur eſſe cõfictũ. Itaq; corrupte legit Bethania, p Bethabara, vt etiã defendit Chryſoſt. dicẽs: Quęcunq; exemplariorum certius habẽt, in Bethabara dicũt. Similiter & Origenes Bethabara legit, etiã noſtris interpretationẽ adducẽs, q̃ & ipſa ad rẽ geſtã cõducat. Ait enim: Bethabara vero interpretatur domus præparationis, & cõuenit cũ baptiſmo præparantis dño plebẽ perfectã. Iordanis aũt interpretatur deſcenſus eorũ. Quis aũt erit hic fluuius, niſi ſaluator noſter per quẽ ingredientẽ in hunc mundũ mũdari cõuenit nõ ſuum de cœlo deſcenſum, ſed generis humani.

Corrupte legentium error.

Ioan. 11.

Hic Iordanis ſegregat donatas à Moyſe, (tribui ſcilicet Ruben, & Gad, & Manaſſe tribui dimidiæ) ab his quæ per Ieſum (i. Ioſue) donantur ſortes. Et ſicut draco latitat in Ægyptiaco flumine, ita deꝰ in iſto (id eſt, in Chriſto) Pater enim eſt in filio. Qui proficiſcuntur illuc (id eſt, ad Chri-

Iordanis myſteria.

Christū)vt se lauēt,opprobriū Ægypti deponūt,ac apti ad perceptionē hæreditatis parātur,nec nō à lepra mundantur, & duplicis capaces sunt gratiæ(cū Heliseo)ac prōpti fiunt ad susceptionē spiritus almi,in aliud fluminē nequaquā descendēte spirituali columba. Trans Iordanem verò Ioannes baptizat,vt præcursor venientis ostendat se nō innocentes,sed peccatores vocare. Hæc Origenes.

DOMINICA INFRA OCTAVAM Natiuitatis Christi.



Rant pater eius & mater eius mirātes super his quę dicebantur de illo. Luc. 2.

Præsens sancti Euangelij lectio tria prosequit. Primū est,parētum pueri Iesu digna admiratio. Secūdum est,Mysteriorū de Christo pariter & eius matre,prophetica prænūtiatio ibi:Et benedixit illis Simeō. Tertiū est, Pueri Iesu p ætatis accessum notāda progressio ibi:Et vt pfecerūt.

A Maria & Ioseph differē ter parētes Iesu.

Circa primū aduerte q̄ nequaq̄ pari ratiōe Maria & Ioseph Iesu parētes sunt appellati. Nā Ioseph tantūmodo propter obsequiū pater ipsius dictus est, Maria verò propter ipsius generationē & partū vera Iesu est mater. Patrē saluatoris(inqt Beda)appellat Ioseph. Nō quo verè iuxta Fotinianos pater fuerit eius,sed q̄ ad famā Mariæ cōseruandā pater sit ab oībus æstimatus. Neq; enim oblitus eu angelista q̄ eam de spiritu sancto cōcepisse & virginē peperisse narrarit,sed opinionē vulgi exprimens (quæ vera historiæ lex est) patrem Christi nuncupat Ioseph.

Quāuis & eo modo pater illi⁹ valeat dici quo & vir Mariæ rectè intelligitur sine cōmixtione carnis, ipsa copulatiōe cōiugij, multò videlicet cōiunctius, q̄ si esset aliunde adoptatus. Neq; enim propterea nō erat appellādus Ioseph pater Christi, quia non eum concūbendo genuerat,quandoquidem pater esset etiam ei, quem non ex sua coniuge procreatum, aliunde adoptasset. Aliā proinde rationē Origenes adducit,dicēs:Qui autē altius aliqd inquirit, potest dicere, quoniā generationis ordo à Dauid vsque ad Ioseph deducitur, ne videretur illic frustra Ioseph nominari,quia pater nō fuerit saluatoris,vt generationis

tionis ordo haberet locũ, pater Domini appellatus est. Vnde nec etiã ipsa Domini mater Maria paterni nois honore sanctũ Ioseph virũ suum cẽsuit indignũ vbi ad filiũ suum Iesum loquebatur, dicens: Pater tuus & ego dolẽtes quærebamus te. Pater ergo Domini saluatoris Ioseph sanctus appellari meruit, & quia ipse filius fuit suæ virgineę coniugis, et quia ei impendit obsequium nutritionis. Hęc idcirco sunt dicta, ne qs erubescat Euangeliũ, quod à se alienũ esse Apostolus Paulus cõtestatur. Erubesceret autẽ si legere puderet: Erant pater eius & mater eius mirantes, & legendum putaret: Erat Ioseph & Maria mater eius mirantes, procul dubio vim faciens Euangelicæ scripturæ quæ planè dicit: Erant pater eius & mater eius mirantes.

Luc. 2.

Euangeliũ ne erubescas

Rom. 10.

B Maria qua ratione mater.

Maria autem quę Christum genauit & peperit, simpliciter & absolutè vera mater ipsius est. Quod euidentius patet, si rationem maternitatis expendas. Ad hoc enim quòd mater aliqua possit esse & dici, requiritur vt non aliunde quàm de suo semine genuerit specie sibi similem animantem. Nam si aliquid viuens de se generatũ fuerit nõ tamẽ de suo semine, nec similem sibi in natura seu specie, nec mater illius est, nec illud proles eius. Hinc patet quòd homo fabricans scamnũ pater scamni nõ est, tametsi scamnum ad esse produxerit post non esse: quia materiam de seipso, fabricando scamno nõ ministrauit. Item sequitur, quòd homo, nec pater nec mater dici potest vermiculorum illorum qui vel in corpore vel de corpore eius generãtur, quòd nequaq̃ de semine hois, sed de sudore, vel aliũde quomodolibet generãtur. Quòd si de semine hominis vermiculus prodiret, quia tamẽ nõ est humanæ speciei, ideo nec hois proles, nec homo pater illius aut mater est. Denique si de substantia hois, puta carne eius aut sanguine, non autem de eius semine, humanæ speciei viuũ animal produceretur, nequaquã filius hominis ipsius aut filia posset dici, quia ex humano semine non est generatum. Hinc etiã patet cur sol ranam producens aut aliud quodcunque reptile, pater eius non est.

Nota. Quoniã ergo (vt veniam⁹ ad causã) virgo Maria genuit de suo semine aiantem viuũ. i. filiũ suũ Iesum, humana sibi specie similem, nẽpe hominem verum, vtique vera mater ipsius est, sicut & ille verè filius eius. Et quid mi? quũ ad ipsius generationẽ quicquid cæterę matres ad suorum generationẽ ministrant filiorũ, & ipsa ministrarit?

Sicut

Sicut enim hunc vero lacte suo paruulum aluit, ita & de semine suo spiritus sancti virtute in vtero conceptum generauit.

Nec audiendi sunt (quorum Deus mendacio nõ eget) qui Christum nõ de semine virginis, sed de purissimo sanguine cordis eius sibi corpus adsumpsisse mentiuntur. Nõ enim esset verus vel Abrahæ vel Dauid filius, imò nec virginis Mariæ filius, si nõ ex humano semine generaretur. Sed horũ deliramẽta euangelico simul & apostolico testimonio cõfutant. Ait enim ad eam Angelus in Euãgelio: Ecce cõcipies in vtero, nequaq; in corde, vel è cordis sanguine, & paries filium. Et Apostol⁹ dicit eum hoiem factũ ex semine Dauid secundũ carnem. Hoc est ex virgine descripe Dauid. Si enim (vt isti delirant) nõ ex naturali virginis semine, sed ex sanguine scissi (nescio) vel aperti cordis eius procreatus est Christus, non magis Maria eius mater est, q̃ Adam pater Euæ. Nec rursus Christus ipse magis fuerit Mariæ filius, q̃ Eua filia Adæ, quorum vtrunque q̃ sit absurdum, quis non videat?

C

Error confutatur.

Rom. 1.

Et licet solam carnem de virgine Christus assumpserit, ipsa tamen nõ tantum hominis, nec tantum Dei mater est, sed Dei pariter & hois, eo q̃ persona Christi ex Deo cõstat & homine, sicut homo ex anima cõstat & corpore. Et sicut in generatione hominis licet anima sit à Deo non à parentibus, sed corpus tantũ, quia tamen hæc duo, id est, *corpus & anima in vnius hominis personam* cõueniunt, *mulier quæ uis, totius hominis à se geniti mater est. Simili ratione quia in personã Christi vtraque natura, id est, & diuina & humana concurrunt, ipsa quę Christi personam* genuit, licet animam eius nõ genuerit, nec diuinitatem, tamen vera eius mater & est & dicitur, id est, mater dei & hominis, iuxta illam rectè credentium confessionem: *Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus.*

Maria Dei & hominis mater.

Et erant (inquit) pater eius & mater eius mirantes super his quæ dicebãtur de illo. Et quis hæc de illo dixerat? Vtique non vnus aliquis, sed multi. Vt verbi gratia: Nõne erant digna admiratione quæ angelus Gabriel de illo dixerat ad Mariam, rursus quę idem dixerat ad Ioseph, item quæ ad Mariam Elizabeth, denicq; ea quæ angeli ad pastores. Nõne etiam admiratione digna erant stella noua, & aduentus atq; supplex veneratio Magorum? Ad hæc ac-

D

Admiratione digna de Iesu.

cedunt quæ à *Simeone* iusto & ab Anna vidua prophetissa eo spiritu de illo prædicebantur. De Maria dictum est, q̃ conseruabat omnia verba hæc (id est, res gestas) conferẽs in corde suo. Præterita enim futuris, & succedentia præcedentibus cum ingenti admiratione conferebat.

Vnde parẽtum admiratio.

Sed dixeris: Quum admiratio sit de re insolita, cuius caussa ignoratur, & rerum harum insolitarum caussam Maria & Ioseph ab angelo de puero Iesu perdocti (nempe quòd esset *Dei* filius) non ignorarent, vnde hæc illis admiratio? videlicet mirabantur, non quòd ignorarẽt infantem illum esse Deum, sed quoniam adeo cito mundo manifestaretur, nempe & simplicibus è propinquo pastoribus, & sapientibus è longinquo Magis. Mirabantur etiã ex ampliori rerum notitia diuinarum. Siquidem opera dei quanto amplius cognitione percipiuntur, tanto magis mentem admiratione suspendunt.

Iesu p̃conia vt cumulãt.

Et attende, vt saluatoris præconia laudes q̃ cumulantur. Siquidem antequàm vnius rumor desinat, noua laus succedit. Ante enim quàm angelus nuntium natiuitatis Christi ad pastores terminasset, facta est cum angelo multitudo cœlestis exercitus laudantium deum. Et antequàm pastores ad partum accederent virginis, auditũ est in cœlestibus canticum nouum. Et antequàm pastorũ rumor cessaret, ecce Magi ab Oriente venerunt puerum natũ colendi & adorandi gratia requirentes. Adhuc plena erant ora loquentium de nouitate Magorum, & ecce *Simeon* Christum adorauit infantem. Nondum ille verba finierat, & ecce religiosa vidua, imò & prophetissa, confitebatur domino, & prophetico spiritu de puero Iesu vaticinabatur.

Luc. 2.

Circa secundum principale dicitur.

Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.

Hic ponitur mysteriorum de Christo & eius matre prophetica prænuntiatio. Vbi tria sunt consideranda. Primum est parentum domini à Simeone benedictio. Secundum est, Simeonis ad Mariam futurarum rerũ prænuntiatio, ibi: Et dixit ad Mariam. Tertium est, sanctæ viduæ de Christo confessio. Ibi: Et erat Anna prophetissa.

Circa

Circa primum dicitur. Et benedixit illis Simeon. Nimirum amore tam desideratæ tamq; venerandę prolis parentibus sacerdos sanctus & propheta, benedixit. Benedictionem autem vtriq; donat, occultorum verò præsagia dirigit tãtum ad matrem. Quatenus per communem benedictionem non priuetur Ioseph similitudine patris, per ea verò quæ dicit Mariæ seorsum à Ioseph, veram eã prædicet genitricem. Porrò quæ & qualis fuerit huius formæ benedictionis, scriptura non exprimit.

E Parentũ Iesu bñdictio

Verum nemo miretur Simeonem Christi parentibus qui ipso Simeone sanctitate maiores erãt benedixisse, nec moueatur illo Apostoli verbo, quo dicit: Sine vlla contradictione quòd minus est à meliore benedicitur. Nam maior illis erat officio sacerdotali. Sacerdotum est enim populo benedicere.

Heb. 7.

Est autem triplex benedictio. Vna est gratiarũ actionis, de qua dicitur: Benedicite omnia opera domini domino: laudate & superexaltate eum in secula, & pertinet ad vniuersos qui dei circa se bonitatẽ & beneficentiã agnoscunt. Alia est benedictio imprecationis bonorum, videlicet: quum quis alteri ex charitate bona imprecatur & optat. De qua benedictione per sanctum Iob dicitur: Benedictio perituri super me veniebat. De qua etiam ad Abraham à domino dicitur: Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. De qua iterum per beatum Petrum dicitur vniuersis: Benedicite maledicẽtibus vobis: benedicite, & nolite maledicere.

F triplex modus benedictionis.

Iob. 29. Gen. 12.

1. Pet. 3.

Reliqua est bñdictio cõsecrationis, & hanc cõferre non omniũ est, sed dũtaxat sacerdotũ & parentũ circa suos gnatos, qualis vtiq; fuit hęc sancti sacerdotis Simeonis bñdictio. Quòd aũt ad huius bñdictionis modũ & formã attinet, credũt nonnulli illã fuisse, de qua in Nume. Loquente dño ad Moysen scriptũ est: Loquere ad Aaron & ad filios eius: Sic bñdicetis filiis Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi dñs, & custodiat te. Ostendat dñs faciẽ suã tibi, & misereatur tui. Cõuertat dñs vultũ suũ ad te, & det tibi pacẽ. Invocabunt q; nomẽ meũ super filios Israel, & ego benedicã eis. Magnũ vero est q; quidã ex rabinis Iudæorũ non abiecti nominis, Moyses Maymonis in libro Moræ dicit, videlicet Hebræorũ sacerdotes hac iam dicta benedictione fuisse vsos vsq; ad Simeonem iustum, nec post eũ amplius, quod vtiq; nostræ fidei efficacissima probatio est.

Benedictionis forma.

Nume. 6.

Mysteriũ attendc.

Quum

Quum enim præsente iam sacerdotio Christi, sacerdotium Aaronicum cessauerit, sicut diffuse probat Apostolus Paulus ad Hebræos scribens, ita & illius quoq; sacerdotij cessauit benedictio, omniaq; nũc nouo modo in fide & nomine IESV Christi consecrantur.

Cap. 7. & 8.

G Secundo notatur in præmissis verbis Simeonis ad Mariam futurarũ rerum prænũtiatio, quum dicitur: Et dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorũ in Israel, & in signum cui contradicetur. Sermonem dirigit ad Mariam potius q̃ ad Ioseph, qp (vt iam dictum est) prophetico spiritu cognosceret ex Maria tantũ, non autem ex Ioseph Christum esse genera tum. Porrò Simeon sanctus cõuenit in genere prophetiæ cum Ioanne baptista. Vterq; enim prophetando, præsentem demonstrare promeruit, quẽ cæteri prophetæ prædixerant esse venturum. Ecce, inquit, quod vtique demonstrantis est, sicut & illud: Ecce agnus Dei. Positus est hic tuus infans, id est, statutus & præordinatus à Deo.

Prophetię Simeõis excellentia.

Tria autem de Christo puero prophetando prænunciat. Primum, qp positus est in ruinam. Secundum, qp positus est in resurrectionem. Tertium, qp positus est in signũ cui contradicetur. Circa primũ, id est quod Christus positus est in ruinam multorum, dicit Origenes: Qui simpliciter exponit, potest dicere in ruinam eum venisse infidelium, & credentium resurrectionem. Nõ tamen intelligendum est pereuntium ruinã Christum operari, qui sicut peccare nequit, ita nec cuiquam author mali potest esse. Sed ipsi sibi ruinam hanc parant homines, dum Christũ saluatorem sibi cœlitus datum nõ tantum per suam infidelitatẽ nõ recipiunt, sed insuper huic mandatisq; eius resistunt. Christus ergo secundũ occasionem in ruinam venit tã Iudæorum & quorumlibet aliorũ infidelium, q̃ hæreticorũ, nõ tamen (vt iam dictum est) culpæ illorũ ipse causa fuit, verum ipsi sibi ex Christo occasionem sumpsere ruinæ. Porrò sequentis pœnæ (quæ vtiq; iusta est) ipse cui omne iudicium dedit pater, est author. Ipse enim hoc operatus est, vt cessarẽt ritus Iudæorum, vt synagóga rueret, vt eorum tam sacerdotium q̃ regnum vacaret, & ipsi in omnẽ terrã ducerentur captiui. Similiter & de hæreticis est dicendum, qui & ipsi à Christo ruinę suæ sibi rapiunt occasionem, nõ Christi vitio (q̃d absit) sed suo. Vnde Chry. Sicut lux, etsi oculos debiles turbet, lux est, ita & Christ⁹ saluator

Christus vt in ruinam.

Auctor pœnę Christ⁹, nõ culpę.

Ioan. 5.

Simile.

uator esse perseuerat, et si corruant plurimi. Neque enim eius est officium destructio, sed eorum vesanię Quamobrem nō solum ex salute bonorū, sed etiam ex malorū dissipatione virtus eius ostenditur. Nam & sol quia multum radiat, visus debiles perturbat.

Hinc ergo in ruinam multorum positus est Christus, quia & lapis offensionis est & petra scandali, id est, ruinæ, his qui offendunt verbum, nec credunt. De quibus ipse dicit: Si non veniſſem, & loquutus eis nō fuissem, peccatum nō haberent. Nunc autē excusationem non habēt de peccato suo. Qui nō in seipso tantum, sed in suis quoq; prædicantibus in ruinam positus est resurrectionemq; multorū, testante Apostolo qui ait. Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Qui enim prædicante Apostolo verbū quod audit amando sequitur, bono odore resurgit & saluatur. Qui odiendo insequitur, eodem ipso bono odore cotruit & moritur.

Beda. Lapis offensiōis Christus 1. Pet. 2 Ioan. 15 2. Cor. 2

Impegerunt sanē & offenderūt in Christo Iudæi, qui opera eius diuina diabolo adscribebant, dicētes: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Offendebant & ij, qui quum de corporis & sanguinis sui sacramento loqueretur, dicebant: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Impegerūt & illi de quibus discipuli ad Christum loquebātur, dicētes: Scis quia Pharisæi audito verbo hoc scandalizati sunt? Quibus ait: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Et quanti in passione & morte Christi scandalizati fuērunt, nō credentes Dei filium esse, qui tam indigna pateretur Quin & ipsis Apostolis & omnes scandalizandi in se essent in illa nocte, futurorum nō incertus prædixit. Quæ simul omnia Apostolus quasi cōplexus: Nos, inquit, prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Ipsis autem vocatis Iudæis atq; Græcis, Christum Dei virtutē & Dei sapientiam. Hinc etiam de Christo per beatum Petrum dicitur: Vobis credētibus honor, nō credentibus autem lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est caput anguli, & lapis offensionis & petra scandali.

H Iudęi vt impegerunt. Mat. 11 Ioan. 6 Mat. 15 Mat. 26 1. Cor. 1 1. Pet. 2

Secundo prophetauit Simeon Christum esse positum in resurrectionem multorū in Israel, id est, credentium. Multorum, inquit, nō omnium: quia nō omnes obediunt Euangelio, sed credentium tantum. Vnde Beda: Bene in resurrectione positus esse perhibetur, quia lumen est, quia gloria

I Christus vt in resurrectionem. Rom. 10

Ioan. xv. gloria plebis Israel, quia dicit: Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet, & omnis q viuit & credit in me, nō morietur in æternum. Porrō resurrectio hęc secundum Chrysostomū, est conuersatio noua. Quum enī lasciuus, castus efficitur, auarus misericors, atrox mansuescit, resurrectio celebratur, mortuo quidem peccato, resurgente verō iustitia. Ergo vtrūq; tā ruina scilicet q̄ resurrectio, in vno & eodem homine reperiuntur. Vnde Origenes: Videndū est, inquit, ne fortè saluator non aliis atq; aliis in ruinā venerit & in resurrectionem. Quia enim peccato strabā, primo mihi fuit vtile vt caderē, & morerer peccato. Hoc ipsum & saluator tibi primū concedit. Peccator eras. Cadat in te peccator, vt possis dehinc resurgere, & dicere: Si cōmortui sumus, & conuiuemus.

Simeōis ꝓba vt Christ⁹ cōfirmat Ioan. 9

Porrō Simeonis hāc prophetiam suo Christ⁹ ipse cōfirmat testimonio, dicens: Ego in iudicium veni in hunc mundū, vt qui nō vident videant, & qui vidēt cæci fiant. Vbi idem Origenes: Sicut in mundū venit vt nō videntes de nationibus viderēt, & qui prius videbant de Israel, cæci fierent: sic venit in ruinā & in resurrectionē multorum. In aduētu eī Domini gentes per fidem verā resurrexerūt, & Iudæi interim fidem quā eousq; rectā habuerant amiserunt, hic per obduratā obstinationē in barathrum errorū, & illic in gehennę supplicia horribili ruina cadentes.

K Christi euāgeliū, quib⁹ in ruinam.

Cęterum, quum (sicut iam dictum est) in ruinā multorum positus sit Christus, quid mirum si etiam sanctū suum Euangelium plerisq; (pīsertim hoc nostro seculo) sit ad ruinam? Illis scilicet quib⁹ (nō ipsius scripturę vitio, sed suo) diuini ꝓbi mēsa iam facta est in laqueū, & in retributionē (eorū malitiæ condignā) & in scandalum. Quibus illa imprecatio prophetica superuenit, de qua post prēmissa mox subditur: Obscurētur oculi eorū ne videant, & dorsum eorum (subaudis, sub fascibus scelerum) semper incurua.

Hęreticorū ruina, vnde

Quanti nunc dilabūtur in hæreticā prauitatē ex peruerso sacræ scripturę intellectu? Dedignātur enim legitimum & verū sancti Euangelij sensum ab ipsis Apostolorū temporibus hucusq; in ecclesia obseruatū sequi, volentes potius errorū esse magistri, q̄ discipuli veritatis. Quod tamen nō est nouum. Nam vniuersę hactenꝰ hæreses ex scripturis sanctis peruerse interpretatis sunt exortæ. Cernere iam est, quomodo & ipsa scriptura diuina posita sit in ruinam & in resurrectionē multorum. In ruinā vtiq; sen-

su car

su carnis suæ inflatis, superbia, arrogantia, & insolẽtia cæcis. Hi enim Dei verba (nempe anthidotũ salutis) in letale virus ad æternę damnationis mortem sibi cõuertunt.

Ex bono, mali occasio rapit.

Nihil enim tã sanctum est, tã diuinum, in quo suæ perditionis nõ rapiant occasionem. Multi sanè resurgũt per Dei verbũ à peccatis suis ad sui Deiq; cognitionem & pœnitentiam salutarẽ, cæteri (vt dictũ est) Dei verbo ad suam perditionem abutũtur, qui videlicet nõ ea mente scripturas scrutãtur vt secundũ illas vitã moresq; componãt, sed ad iactantiam tantum & cõtentiones, & vt per has simplicibus hominibus & piis insultent.

Proinde quum ipsa Dei misericordia sit præcipuum spei salutisq; nostræ asylũ, & per eam saluentur quotquot fiunt salui, nihilominus tamen & ipsa plerisq; est in ruinã illis scilicet, qui de illa nimium præsumentes, Dei timore contempto, perseuerant in peccatis. Quàm verò plurimi cœlestis gratiæ donis inflati superbiunt, illisq; abutentes, eademq; sibi faciũt in ruinã. Deniq; q̃ non pauci sunt, quibus etiam ipsa diuina sacramẽta sunt in ruinã, qui videlicet ipsa vel conficiunt vel ministrant indigne.

L

Christus signũ cui cõtradicitur.

Tertio prænuntiauit Simeon Christũ positum esse in signum cui contradicetur. Oĩbus enim, inquit Origenes, qui narrãt historiam de saluatore cõtradicitur. Virgo mater est, signum est cui cõtradicitur. Marcionistę contradicunt huic signo, & aiunt penitus eum de muliere non esse natum. Hebionitæ cõtradicunt signo, dicentes ex viro & muliere ita natũ esse vt nos quoq; nascimur. Habuit corp9 humanũ, & hoc est signum cui cõtradicitur. Alĩ enim dicunt eum venisse de cœlis, alĩ tale quale nos corpus habuisse, vt per similitudinẽ corporis, etiã corpora nostra redimeret à peccatis, & spem nobis daret resurrectionis. Resurrexit à mortuis, & hoc est signũ cui cõtradicitur. Quomodo resurrexit, vtrũ ipse, & talis qualis mortuus est, an certè in melioris substantiæ corpore resurrexit. Et est infinita contẽtio, aliis dicẽtibus: Thomæ ostẽdit in manibus suis fixurã clauorum, aliis eregione tractantibus: Si idem corpus habuit, quomodo clausis ingressus est ostiis? Et qd necesse est multa prosequi? Oĩa quę de eo narrat historia, signum sunt cui cõtradicitur. Nõ ꝙ contradicãt hi qui credunt in eum. Nos quippe scimus omnia vera esse quæ de eo scripta sunt, sed quia apud incredulos vniuersa quæ de ipso scripta sunt, signum sint cui contradicitur.

Contra

Contradictũ est à Iudęis suæ doctrinæ, quum dicunt: Ioan.10 Insanit, dæmonium habet, quid eum auditis? Et iterum Luc.23 ante præsidem: Subuertit populum, docẽs per vniuersam Iudęam, incipiens à Galilęa vsq; huc. Contradixerunt & miraculis eius (vt dictum est) dęmoniis illa tribuẽdo. Con Ioan.9 tradixerunt vitę suę synceritati & puritati, dicentes: Nos scimus quia hic homo peccator est. Et iterum: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Et multis aliis modis indignis.

M Ad hęc, per vniuersum mundum Christi signo (id est secundum Bedam) fidei dominicæ crucis est contradictũ. Act.28 Vnde Apostolo Paulo dicũt Iudęi: De secta hac notum est Fidei Chri- nobis, q; vbique ei contradicitur. Neq; id sermone tantũ, stianę vt cõ sed & cõminationibus diris, flagellis, lapidibus, ignibus, tradictum. aquis, feris, fame, cruciatibus variis, cathenis, crucibus, rotis, gladiis.

Non solum autem à tyrãnis contradictũ est signo fidei Christianę, sed & vsq; modo quicunq; faciunt opera Christiano nomini indigna, & ipsi huic signo cõtradicũt, videlicet fures, raptores, vsurarij, adulteri, homicidę, ebrioſi, inuidi, & his cõsimiles. De quibus per Apostolũ dicitur: Tit.1. Fatentur se nosse Deum, factis autem negant.

Hęretici vt cõtradicũt. Sed prę cęteris omnibus huiusmodi cõtradictoribus atrocius & contumelioſius cõtradicitur huic signo per hęreticos, in quibus ad Christianę fidei subuersionem nunc mysterium operatur iniquitatis, sed incassum. Nam iuxta Mat.16 promissum saluatoris, portę inferi nõ pręualebunt aduersus eam, subaudis, ecclesiam. Quantumlibet enim peruersi pertinacesq; olim Iudęi reluctati fuerint & contradixerint Christo, idemq; nunc pari impietate gentiles, Turcę, hęretici quoq; faciant, illud tamen cui contradicunt signũ Signũ cui cõtradicit, vincet, triumphabit, & permanebit in ęternũ, iuxta quod vincit. per Esaiam prophetam dictum est: Erit Dominus nomi- Esa.55 natus in signum ęternum, quod nõ auferetur.

Itaque signum hoc cõstans & perpetuum nullę Iudęorum blasphemię, nulla vis tyrannorum, nullum virus, nulla hęreticorum vesania, cõuellere vnquam poterit aut abolere. Vnde ex persona Christi per Psalmistam dicitur Deo patri: Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Nec ipse Christus tantum has vincit cõtradictiones, sed & mystici corporis sui membra, id est, fideles quique diuino fulti pręsidio, & superant has

contra

contradictiones & superabũt, proposita victoribus ingenti mercede, de qua ipse dicit: Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Apoc.

Post hæc Simeon sanctus ad Christi matrem se conuertẽs, prænũtiat ipsam passionũ filij sui tũc fore participẽ, quum ei foret cõtradicendum. Vnde sequitur:

Et tuam ipsius animã pertransibit gladius, vt reuelẽtur ex multis cordibus cogitationes.

Vbi Origenes: Nulla, inquit, docet historia Mariam ex hac vita gladij occisione migrasse, præsertim quum nõ anima sed corpus ferro soleat interfici. Vnde restat hic intelligi gladium illum de quo dicitur: Et gladius in labiis eorum, Iudęorũ videlicet crucifigentium Dominum. Hoc est enim dolorem dominicæ passionis eius animã pertrãsisse. Quæ etsi Christũ (vtpote Dei filium) sponte propria mori, mortemq; ipsam nõ dubitaret esse deuicturũ, vt sua tamen carne procreatum, non sine doloris affectu potuit videre crucifigi. Nam & ferrum quod animam Ioseph pertransisse canitur, nullũ melius quàm dura tribulatio mentis intelligitur. N Quo gladio Mariæ anima vulnerata.

Vt reuelẽtur, inquit, ex multis cordibus cogitationes. Vbi hęc dictio, vt, nõ caussaliter accipienda est, sed consequutiue. Nõ enim ideò Mariæ animã hic gladius pertrãsiuit vt multorũ cordium occulta patefacerẽt, sed magis ecõtrario, id est, ad patefactionẽ cogitationum quę in multorum cordibus cõtra Christum latuerãt, hoc cõsequutũ est, vt gladius acerbi doloris matris animam pertransiret. Siquidẽ in passione filij eius multorũ cogitationes eatenꝰ occultę patefactæ sunt. Nam & iam ante dixisse ad discipulos Dominum legimus: Nõne ego vos duodecim elegi, & vnꝰ ex vobis diabolꝰ est? Verbũ illud vsq; ad Christi passionẽ quid sibi vellet nõ patuit. Sed tunc demũ discrimen apparuit Iudę & Petri. Petri itẽ & Mariæ. Tunc ꝙq; manifestum factũ est quid erga Christũ in animo gesserant Annas & Caiphas, Nicodemus & Ioseph. Vnde Beda: Ioan.

Incertũ erat, inquit, qui Iudæorũ gratiam Christi quã ventura vtiq; nouerãt recipere, qui autẽ respuere mallent. At eius natiuitate audita, reuelatis mox cordium cogitationibus, Herodes rex turbatus est, & oĩs Ieroſolyma cum illo. Pastores cũ timore & gaudio Deo laudẽ resonant, ho- Vt reuelatæ cordium cogitationes.

minibus pacis nuntium pandũt. Eius doctrina & virtute diffamata, alij ad eum quasi magistrũ veritatis confluunt, alij ab eo quasi seductore refugiunt. Quidam enim dice-
Ioan.7 bant, quia bonus est. Alij verò dicebant: Non, sed seducit turbas. Eius signo crucis erecto, hi quasi iustæ morti datum blasphemantes irridẽt, illi quasi vitæ authorem mori acriter dolent.

Sed & vsque hodie & vsque ad cõsummationem seculi, præsentis ecclesiæ animã gladius duris simę tribulatiõis pertransire non cessat, quum signo fidei ab improbis contradicitur, quum audito Dei verbo multos cum CHRISTO resurgere, sed plures à credulitate ruere, gemebunda pertractat. Quum reuelatis multorum cordium cogitationibus, vbi optimum Euangelij semen fuit, vbi zizania vitiorum vel plus iusto prævalere, vel etiam (quod dictu graue est) sola germinare ac regnare conspicit. Hæc ille.

O Quanti doloris gladius?

Sed quantæ acerbitatis, quantiq; doloris gladius ille fuerit qui Mariæ animam in passione filij sui pertransiuit quis posset verbis consequi? Dicit ad eam Ioannes Damascenus: Dolores quibus in partu caruisti vt sentires te esse matrem, nunc exoluas in morte filij, sentiendo te esse matrem. Natura enim quæ dolorem remorata est & distulit, quum instaret iam tempus, & acuit fortius & auxit.

Hinc Hieronymus in sermone de assumptione matris CHRISTI, etiam martyrem fuisse Mariam adserit. Nam q̃ verè passa sit, inquit, testatur Simeon propheta loquens ad eam, & dicens: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Alij sancti etsi passi sunt pro CHRISTO, attamen in anima quę immortalis est pati non potuerunt. Beata verò Christi genitrix, quia in ea parte passa est quæ immortalis habetur, id est, in anima, quam Christi passio quasi quidam gladius acerbissimi doloris totam penetrauit, quodammodo plus quàm martyr fuit. Et infra: Quia mente passa fuit (inquit) plusquã martyr fuit, quia Christi mortem, suam fecit.

Hinc etiam Bernardus: Verè tuam, inquit, ô beata mater animam gladius pertransiuit, alioquin non nisi per eam transiens carnem filij tui non penetraret. Et quidem posteaquam emisit spiritum tuus ille IESVS, ipsius planè non attigit animam crudelis lancea quæ ipsius latus aperuit, sed tuam vtiq; pertransiuit animã, vt hinc te plusquã

martyr

martyrē non immeritò p̄dicemus, in qua nimirū corporeę sensum passionis, compassionis excesserit magnitudo.

Et iterum, fugientibus Apostolis, in faciem filij sui se opposuerat mater, ac gladio doloris eius animæ infixo, vulnerabatur spiritu, & adfectu cruciabatur. Et quod in carne Christi agebāt claui & lancea, hoc in eius mente faciebat cōpassio naturalis, & angustia maternæ adfectiōis.

Vt reuelentur, inquit, ex multis cordibus cogitationes.

Similia fieri permittit erga ecclesiam suam deus vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes, quod præsertim hoc nostro seculo palàm est cernere, tot non modo homi: num milibus, sed & vrbibus, & prouinciis, & regnis, ab ecclesia catholica deficientibus. Quorum occultæ quondā cogitationes nunc palàm in operibus manifestantur.

Erga eccles am quę permittit fieri Deus.

Quàm fuerint enim multorum cogitationes absconditæ iam patet. Plerique etenim qui humanis coniecturis ante hos annos religiosiores cæteris putabantur, nunc cadunt primi. Deus sanè, non homo, intuetur cor. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Et quidem Paulus Apostolus ad huiusmodi occultorum cogitatuum manifestationem necesse dicit esse vt & hæreses sint, Vt qui probati sunt (inquit) manifesti fiant in vobis.

1. Cor. 10.

1. Cor. 11.

Circa tertium, quod est viduæ sanctæ de Christo confessio, consequenter dicitur in litera:

Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel de tribu Aser. Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hęc vidua vsque ad annos octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die.

Deuotæ conuersationis & venerandæ pariter ætatis, dignaq; per omnia quæ Domino incarnato testimonium ferret Anna fuisse docetur. Christo iam nato viri multi testimonium perhibuerāt, sola hæc inter fœminas reperitur Christū fuisse cōfessa. Ois ætas & ois sexꝰ Christū venisse testata sunt. Vnde Amb. Prophetauerat Simeon, prophetauerat copulata coniugio, prophetauerat virgo, debuit etiam vidua prophetare, ne qua professio deesset aut sexus.

P Beda. Anna prophetissa cōmendatur.

Immoratur autem Euangelista circa Annæ descriptionẽ, & patrem & tribũ narrãs, quasi multos testes adducẽs qui patrẽ eius & tribum viderunt. Vel quia tunc temporis cũ hac aliæ quędam hoc noïe vocabãtur. Vt ergo hãc ab aliis manifeste discerneret, commemorat eius patrẽ, & generis qualitatẽ describit. Porrò moribus talis inducitur, vt digna fuisse credatur q̃ redemptorem oĩm nuntiaret. Cæterum viduam hãc describẽdo b. Lucas fidelis notarij morẽ imitatur, dũ testem describit à noïe, à tribu, ab ætate, à moribus, vt vel sic testimonium eius de Christo & certius & fide dignius habeatur. Multum enim interest quis & qualis sit qui de re quacunq; dicit testimonium.

Sed considerare libet q̃ sublimiter hanc & q̃ multipliciter sanctus Euangelista commẽdarit. Primo enim commendat eam à noïe suo, scilicet Anna, quod interpretatũ, gratia dicitur. Et meritò quidẽ tali nomine insignitur, q̃ & in donis cœlestis gratiæ abundanter præuẽta fuit, & authorem gratiæ, Dei filium meruit nuntiare.

Secundo cõmendatur à prophetiæ gratia, quum dicitur: Prophetissa. Quod vtiq; est singularis gratiæ donum, & signum amicitiæ Dei. Spiritussanctus enim per natiões in animas sanctas se trãsferẽs, amicos Dei & prophetas cõstituit. Et iuuẽ, inquit Origenes, sancta mulier spiritũ prophetãdi meruit accipere, quia longa castitate, longisq; ieiuniis ad hoc culmen ascenderat. Hac autem prophetica gratia & quasdã alias sanctas mulieres in veteri testamẽto insignes legimus præcessisse. Vt verbi gratia: Mariam sororem Moysi & Aaron, q̃ canticũ Domino cecinit, redemptо iam populo à tyrannide Pharaonis. Fuit & Delbora & ipsa prophetissa. q̃ populũ Israel & ab hostium seruitute in libertatẽ vindicauit, & hũc iudicando prudẽti gubernauit moderatione. Post hanc fuit Anna mater Samuelis & ipsa prophetissa, prout canticum eius vtique propheticum attestatur. Fuit etiam vates alio nomine Olda, quę Iosiæ regi Iuda prænuntiauit, ꝙ ipse quidem in pace esset moriturus, sed iram Dei post ipsum populo fore superuenturam. Nulli tamen harum datum est mundi redemptorem quẽ præcognouere venturum, corã cernere, nisi huic, cæteras illas longe amplioris dignitatis gratia præcedenti, in eo scilicet, ꝙ eum quem cæteri prophetę cecinere venturum, hęc & præsentem in infantibus membris cernere, & testimonium ei dare promeruit.

Mulieres, prophetissæ.

Exod. 15

Iudic. 4.

1. Reg. 1

4. Reg. 22

Tertio

Tertio commendatur à progenitorum suorum nobilitate, recitato nõ solum nomine sui genitoris, sed & noie patriarchæ Aser, à quo vna duodecim tribuum Israel est denominata, ante iamtũc mille sexcentos & amplius annos vita functi. Illi sanè nobiles habentur, qui vel quorũ parentes per multa tempora longe lateq; ob virtutem celebrantur. Vnde Boëtius nobilitatem diffiniens, dicit: Nobilitas est quædã de meritis veniens laus parẽtum. Et subdit, dicens: Quòd si claritudinem prædicatio facit, illi sint clari necesse est, qui prædicantur. Quare splendidum te, si tuam nõ habes, aliena claritudo non efficit. Quòd si quid est in nobilitate bonum, id esse arbitror solum, vt imposita nobilibus necessitudo videatur, ne à maiorum virtute degenerent. Attamen nõ raro euenit vt optimo patri pessimus filius cõtingat. Verbi gratia: Patri Noë sancto, Chã filius prauus & reprobꝰ: Abrahę, Ismahel: Isaac patri, Esau. Et econuerso cõtingit, patrẽ pessimum filium optimũ sortiri. Vnde Achaz impius, filium habuit Ezechiam bonum & pium. Et Manasses quondã pessimus, optimum & perpetua celebratum laude filium habuit Iosiam.

Q Annæ parẽtũ nobilitas.

Nobilitas quid sit.

Quarto commẽdatur vti venerabilis ætate, quia processerat, inquit, in diebus multis. Porrò ætas senectutis vita immaculata. Passiones enim & vitia per accessum multæ ætatis mitigari labefactariq; consueuerũt: & superbia iam ac temeritate displosis, sui cognitio, prudentia, humilitas, & virtutes cæteræ accedere consueuerũt senectuti.

Cõmendat ætas senectutis. Eccle. 4

Quinto loco, à tribus vno contextu narrationis cõmendatur. Primo, quia à virginitate sua ad matrimonium venerat incorrupta. Quod vtique non omnibus contingit. Secundo, quia pacificè & vnanimiter in coniugio cum viro suo vixerat, quod sanctus Lucas insinuat quum dicit: Et vixerat cum viro suo septem annis à virginitate sua. Tertio, quia viro suo iam defuncto, quum ipsa adhuc esset ætate florida, nempe quæ vix vel nondum exegerat adolescentiam, concupiscentia perdomita, contemptáq; nuptiarum voluptate, cœlebs & vidua manere elegit. Et quidem magnæ virtutis est, magnaq; laude dignum, experta iam voluptate sponte carere posse. Bonum quidem est legitimum & fideliter seruatum coniugium, melior in viduitate cœlibatus, optima virginitas propter spem æternæ vitæ seruata. Qui potest capere capiat, quia non omnes capiunt verbum hoc, quo videlicet verbo perpetuæ

A cõtinẽtia cõmendat.

Mat. 19

virginitatis propositum mortalibus commendatur. Porrò, quæ virginitatis gloriam recuperare non potest, viuat deinceps vt Anna. Quòd si viuere nõ potest vt Anna, viuat saltẽ vt Susanna. Tametsi præstaret amplecti cõsilium

1.Cor.7 Apostoli dicentis: Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanserint sicut & ego. Vnde & Ti-

1.Tim.5 motheo discipulo mandat, dicens: Viduas honora quæ verè viduæ sunt, id est, quę piè & sanctè viuunt in CHRISTO, quæ propter Deum & spem vitæ æternæ constãter animum inducunt in castitate vitam finire.

De viduis deo cura. Huiusmodi enim viduarum sanctarum etiam Deo cura est, dicente Psalmista: Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet. Et iterum: Viduam eius benedicens benedicam. Hinc & apud Esaiam conqueritur

Esa.1. dicens: Principes tui infideles, socij furum, pupillo non iudicant, & caussa viduæ non ingreditur ad eos.

Exo.22 Et in lege loquitur, dicens: Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabunturad me & ego audiam.

R Cõmendat à pietate in Deum. Septimo commendatur à pietate in Deum, quum dicitur: Quæ non discedebat de templo, quod vtique locus diuini cultus, domus orationis, schola legis cœlestis. Solus Deus ei placebat, quæ à vanitate mundi sensus suos & mentem auertens, limina templi assiduè terebat. Habent sanè in Anna viduæ Christianæ quod salubriter imitentur exemplum honestatis, virtutis magisterium, & normam perfectionis. Perdiscant non esse viduarum vt per

Discãt viduæ. plateas aut domos vagentur, vt ad choreas & saltationes cursitent, vt in vestitu lasciuiant, vt crapulẽtur, vt potitẽt, garrulentur, aut sectẽtur conuiuia, dicente Apostolo: Viduа in deliciis viuens, mortua est.

A ieiunio & oratione cõmendat. Octauo commendatur à ieiunio, & studio orationis, quum dicitur: Ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte & die. Sanè iis armis & caro, & diabolus superantur. Caro ieiuniis domatur, diabolus superatur oratione. Hæc enim sunt arma præcipua piarum viduarum.

Tob.12 Bona est (inquit sanctus Raphael archangelus) oratio cũ ieiunio & eleemosyna.

Hæreticorũ impietas. Quid interim ad hæc dicent hæretici, qui ieiunium & studium orationis pari contemptu respuunt? Ipsi vtique sibi sunt testes quòd nulla eis est pars cum Euangelio CHRISTI, cui tam impudenter repugnant.

Euan

Euangelium commendat viduã ſanctam à ieiunio & oratione, ipſi contemnunt & irrident vtrumq;. Sed ſemetipſos potius irrident miſeri, qui id irrident quòd ſanctum Euangelium, quod Apoſtoli, imò quod angeli ſancti prędicant & commendant. Profectò qui habitat in cœlis, irridebit eos, & dominus ſubſannabit illos. Loquitur per prophetam dominus, & dicit: Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Qui etgo nũc & ieiunantes, & ieiunium ipſum deridẽt, ipſum deum irridere ac blaſphemare conuincuntur. Poſt huius tam ſanctæ viduæ laudẽ ſubiungit euangeliſta ipſius de Chriſto teſtimonium, dicens: Ioel. 1.

Et hæc ipſa hora ſuperueniens, confiteba-
tur domino, & loquebatur de illo omnibus
qui expectabant redemptionem Iſrael.

Et hæc (inquit) ſ. Anna, tanti meriti, tantæ virtutis, tantæ reuerentiæ, ipſa hora qua Simeon de Chriſto loquebatur, ſuperueniens, ſcilicet ductu ſpiritus ſancti. Venit enim in ſpiritu in templum, vt ſaluatorem mundi confiteretur, quemadmodum & Simeonem ſanctum perhibet Euangeliſta veniſſe in ſpiritu in templum. Confitebatur domino, hoc eſt, regratiabatur deo, videns mundi ſalutem in Iſrael, & docebat de domino, & perhibebat quòd eſſet ſalus & conſolatio expectantium redemptionem. Nec tantum pia confeſſione deo laudes reddebat & gratias, ſed & proximum ædificabat. Et loquebatur (inquit) de illo, adfirmans eum vnicum humani generis redemptorem. S Annę de Ieſu cõfeſſio.

Et attende ſanctæ mulieris huius conſtantiam, loquebatur enim de illo, non vni, aut aliquibus, ſed omnibus. Nimirum magnopere deſiderabat omnes Chriſto lucrifacere, omnibus id ipſum quod de Chriſto ipſa credebat perſuadere. Simeon loquutus fuerat tantum ad Mariam & Ioſeph, iſta de domino omnibus loquebatur, qui expectabant redemptionem Iſraël. Dicebat enim: Hæc eſt illa redemptio quam expectatis. Nunc (inquit) miſit dominus redemptionem populo ſuo. Non ſanè redemptionem à temporali ſeruitute, quam intellectueroneo diſcipuli illi ſperauerant per CHRISTVM fore Iſraëli conferendam, qui dicebant: Annæ conſtantia.

Luc. 24 Nos autem sperabamus quòd ipse redempturus esset Israel, sed illam testabatur à deo missam esse veram & perpetuam à diaboli potestate, & à peccatis redemptionem, de qua angelus loquutus fuerat ad Ioseph, dicens: Saluũ Mat. 1. faciet populum suum à peccatis eorum.

Porrò iuxta intellectum mysticum secundum Bedã, Anna ecclesiam significat, quæ in præsenti, sponsi sui est morte quasi viduata. Hæc ipsa enim & domino iugiter confitetur, & loquitur de Christo, omnibus qui post hanc vitam redemptionem perfectam tam corporum q̃ animarum, & vitam expectant æternam.

Circa tertium principale dicitur:

Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilęam, in ciuitatem suam Nazareth.

Parentes Iesu vt legem perfecerũt

T Hic ponitur pueri Iesu per ætatis accessum notanda progressio. Vbi primum præmittitur per Iesu parentes diuinæ legis adimpletio, quum dicitur: Et vt perfecerunt. Et bene dicit, perfecerunt, quia non quomodocunq; Christi mater legem impleuit, sed perfectè mandatum eius implet, nihil eorum quæ lex præscribebat omittens, vt hæc de lege purificationis à partu intelligas, cui tamen non erat subiecta, quum esset supra legem, & per ipsam legem excepta, vt videre potes in homilia de ipsius purificatione. Sed quæ erant illa omnia quæ secundum legem domini perfecerant? Vtiq; oblatio pueri ad templum die à natiuitate eius quadragesimo, & ipsius à sacerdote quinque ficlis argenti redemptio, quòd esset primogenitus, & oblatio duarum turturum, aut duarum columbarum.

Reuersi sunt (inquit) in Galilæam. Venerant parentes Iesu à Nazareth Galilęæ Bethleem, descripto sub Augusti principatu vniuerso orbe, vt persolutionem census illic profiterentur. Quumq; ibidem mundi saluatorem virgo mater partu ædidisset, (siquidem vaticiniis prophetarum longè antè prænuntiatum fuerat Christum in Bethleem nascìturum) quadraginta diebus à partu, necesse erat secundum legem vbi pepererat remanere. Mich. 5.

Secundum Origenem notandum est, q̃ Lucas hoc loco prætermisit quæ à Matthæo satis exposita nouerat, dominũ videlicet post hęc ne ab Herode necandus inueniretur, in Ægyptũ à parentibus esse delatum, defuncto q̃ Herode

rode demum Galilæam reuersum, Nazareth ciuitatē suā inhabitare cœpisse. Solent enim euangelistæ singuli sic omittere quædam, quę vel ab aliis commemorata viderunt, vel ab aliis commemoranda in spiritu præuiderint, vt continuata suę narrationis serie, quasi nulla prętermissse videantur, quę tamen alterius euangelistę considerata scriptura, quo loco transilita fuerint, diligens lector inueniat. Postq̄ ergo parentes domini reuersi sunt Nazareth, non multo interiecto tempore oportuit eos denuo peregrinari. Ioseph enim monitus ab angelo accepit puerum & matrem eius, & Herodis insidias, quas puero Iesu parabat, fugiens, fecessit in Ægyptū, & erat ibi vsq; ad obitum Herodis, & tunc demum venit & habitauit in Galiłęa, in ciuitate sua Nazareth. Et post hęc subdit euangelista, dicens:

Euangilia prudenter concordāda.

Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, plenus sapientia, & gratia dei erat in illo.

Notanda distinctio verborū (inquit Origenes) quia dominus Iesus Christus in eo q̄ puer erat, id est, habitum humanę fragilitatis inuerat, crescere & confortari habebat. In eo vero q̄ etiam verbum dei & deus æternus erat, nec confortari indigebat, nec habebat augeri. Vnde re& ctissime plenus sapientia perhibetur & gratia. Sapientia quidem, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Gratia autem, quia eidem mediatori dei & hominum homini Iesu Christo magna gratia donatum est, vt ex quo homo fieri cœpisset, perfectus esset & deus. Cui simile est, q̄ Ioannes scribit eum plenum gratia & veritate, eandem ipse diuinitatis excellentiā nomine veritatis, quam Lucas sapientię nomine commendans. Hęc ille.

V Origę.

Col. 2.

Ioan. 1.

Puer (inquit) crescebat. Nam licet corpus eius in vtero virginis spiritussancti virtute nequaq̄ per successum temporis more cęterorū, sed in instanti fuerit formatū, vt & animę rationalis & diuinitatis esset cōueniēs habitaculū, augmentū tamen accipiebat in tempore, operāte natura, cuius est non in momento, sed successiue operari.

Iesus vt crescebat.

Et licet deus de illo corpore aliter facere potuisset, noluit tamen illud ad quantitatem perfectam aliter q̄ more cęterorum, id est, per temporis successionem peruenire. Tum vt sic in eo lex vniuersę carnis conseruaretur. Non enim opus est virtutis diuinę miraculis, vbi sufficit operatio

Cur paulatim succrescebat.

X ratio naturæ, quæ nihilominus & ipsa à deo est. Quoniã ergo natura in Christo per se poterat ipsius corpus ad perfectam deducere quantitatem, sine vlla suæ dignitatis derogatione, noluit deus (quippe iustus vniuersorum administrator) naturæ suum officium in Christo præripere, vt ante tempus naturæ legibus præfinitum perfectam acciperet quantitatem. Tum vt fides de veritate humanę naturę in Christo in nobis confirmaretur. Vnde Theophi. Poterat (inquit) secundum corpus ex ipso vtero in mensuram maturæ ætatis prodire, sed videretur hoc secundũ phantasiam fieri, propterea paulatim crescit.

Tum vt per hoc Christi humilitas manifeste patesceret, qui quũ dei filius & verus sit deus, non solum homo fieri dignatus est, sed & paruulus nasci, materno lacte nutriri, vagire in cunis, matris brachiis gestari, & officia cuncta suscipere, quibus infantuli indigere noscuntur.

Y Col.2. Plenus (inquit) sapientia, iuxta quod per Apostolum dictum est: In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absconditi. Proficiebat ergo augmento & vigore corporis, tametsi ex parte animæ, iam ab instanti suæ conceptionis in vtero matris, plenus esset sapientia & virtute. Decenter verò (inquit Cyril.) ætatis incremento, sapientiæ coniungit augmentum, quum dicit: & confortabatur, scilicet spiritu. Nam iuxta naturam ætatis corporeæ natura diuina sapientiam propriam reuelabat. Si enim (vt dicit Theoph.) dum paruus ætate erat omnem sapientiam demonstrasset, videretur prodigiũ, sed per profectũ ætatis seipsum ostendebat. Non ergo quasi per accessum temporis suscipiens sapientiam, spiritu cõfortari dicitur. Quod enim ab initio perfectissimum est, quomodo potest deinde perfectius fieri?

Ætati Iesu vt sapiẽtia iungitur.

Ioan.1. Aia Christi vt repleta sapientia. Iere.31. Sup missus

Quoniam ergo anima Christi à suæ creationis primordio per vnionem sui ad suppositum verbi plenam & perfectam dei sapientiam habuit, prœuidens hoc futurum propheta, rei magnitudinem atq; nouitatem, stupens ait: Creauit dominus nouum super terram, fœmina circundabit virum. Christum vtiq; designans in vtero matris virtutibus & sapientia perfectum. Hinc Bernar. Vir (inquit) erat Iesus, necdum etiam natus, sed sapientia, non ętate, animi vigore, non viribus corporis, maturitate sensuum, non corpulentia membrorum. Neq; enim minus habuit sapientiæ, vel potius non minus fuit sapientia Iesus com-

sus conceptus quàm natus, paruus quàm magnus,

Siue ergo latens in vtero, siue vagiens in præsepio, siue iam grandiusculus interrogans doctores in templo, siue iam perfectæ ætatis docens in populo, æquè profectò plenus fuit spiritusancto. Nec fuit hora in quacunq; ætate sua qua de plenitudine illa quam in sui conceptione accepit in vtero, vel aliquid minueretur, vel aliquid eidem adiiceretur. Sed à principio perfectus, à principio plenus fuit spiritu sapientiæ & intellectus, spiritu consilij & fortitudinis, spũ scientiæ & pietatis, & spũ timoris dñi. Puer Iesus vt vir.

Non ergo te moueat quod dictum est: Iesus autẽ proficiebat sapientia, & ætate, & gratia, apud deum & homines. Nam quòd de sapientia & gratia hic dictum est, non secundum quòd erat (vti iam dictũ est) sed secũdum quòd apparebat intelligendũ est, videlicet non quasi aliquid ei nouũ accederet quod antè non haberet, sed quòd accedere videretur, quando volebat ipse vt videretur. Tu homo quũ proficis, nõ quando, nec quantũ vis proficis, sed te nesciente tuus moderatur profectus, tua vita disponitur. Z

At verò puer Iesus, qui disponit tuam, ipse disponebat & suã, & quando volebat, & quibus volebat sapiẽs apparebat, quando & quibus volebat sapientior, quando & quibus volebat sapientissimus, nempe sapientiam suam pro suo arbitrio, nunc plus, nunc minus ostentabat, prout cernentiũ vel meritis cõgruere, vel saluti expedire sciebat. Nescit se homo proficere.

Dominica prima post Epiphaniam Domini.



Vum factus esset Iesus annorũ duodecim, ascendentibus illis Ierosolymam secundũ consuetudinem diei festi, consummatisq; diebus quum redirẽt, & cætera. Lucæ. 2.

Lectio præsens quatuor comprehendit. Primum est, pueri Iesu à parentibus secessio. Secundum est, Pueri Iesu anxiè requisiti inuentio. Ibi: Et factum est post triduum.

Tertium

Tertium est, Matris & filij mutua colloquutio. Ibi: Et dixit mater eius ad illum. Quartum est. Obedientis pueri imitanda subiectio. Ibi: Et descendit cum eis.

Circa primum tria tanguntur. Primum est, parentũ Iesu religiosa deuotio. Secundum est, ipsa pueri à parentibus secessio. Ibi: Remansit puer Iesus in Ierusalem. Tertium est, pueri amissi anxia requisitio. Ibi: Et requirebant eum inter cognatos & notos.

A Parentũ Iesu pia deuotio.

Circa primum, quòd est Mariæ & Ioseph parentum Iesu pia ac religiosa deuotio, dicitur: Ascendentibus illis Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi. Præmiserat, dicens: Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solenni paschę. Vt enim ait Chryso. In Hebręorum solennitatibus, non solum tempus, sed etiam locum obseruare lex iusserat. Et ideo nec domini parẽtes extra Ierosolymam celebrare pascha volebant.

De consen. euangeli.

Quærit hic b. Augu. Quomodo (inquiens) ibant parentes eius per omnes annos pueritiæ Christi in Ierusalem, si Archelai timore illuc prohibebãtur accedere? Hoc dissoluere non esset difficile, si aliquis euangelistarum expressisset quandiu regnaret Archelaus. Sed & fieri poterat, vt per diem festum inter tam ingentem turbam latenter ascenderent, mox reuersuri, vbi tamen aliis diebus habitare metuerent, vt nec solennitate prætermissa essent irreligiosi, nec continua mansione conspicui. Quum vero etiam de regno Archelai quàm fuerit diuturnum tacuerint, iste quoq; intellectus patet, vt quòd hic Lucas dicit per omnes annos eos ascendere solitos in Ierusalem, tũc accipiamus factum, quum iam non timeretur Archelaus.

B Exo. 23. Ter quotannis ad festa conuẽtio.

Præcepit sanè dominus in lege, dicens: Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Et infra: Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino deo tuo, videlicet in festiuitate paschæ, in memoriam liberationis quondam patrum suorum de terra Ægypti, in festiuitate pentecostes, in memoriam datæ legis quinquagesimo die ab exitu de Ægypto, & in festiuitate tabernaculorum in autumno, in recordationem patrum suorum, qui egressi de Ægypto, quadraginta annis, locis incertis, in tabernaculis habitauerãt in deserto. Ad hæc tria festa conuenire, viris tantum, præceptum erat. Quòd ergo mater domini ascendit in Ierusalem, non ex debito fuit, sed ex spontanea deuotione.

Itaq;

Itaque exemplo parentum Christi manifestum est errare hæreticos cunctas per annum festiuitates abrogantes, asserentes in nullo diem diei esse præferendum, quandoquidem & ipse Deus certis per annum tpēoribus in lege, festiuitates suas quasq; ob causas præceperit celebrari. C Festos dies abrogātiū, error.

Quum ergo (vt de cæteris taceam) tanta cum diligentia & alacritate pascha suum in memoriam liberationis ab Ægyptia seruitute quotannis cum paschalibus epulis celebrarent, quur nos in recordationem liberationis generis humani à potestate diaboli per Christum factæ pascha (nō vt illi in vmbra, sed in veritate) celebremus? Epulabantur illi cum hostia seu agno paschali, cuius occisione liberatus olim fuerat populus patrum de Ægypto, & nihilominus in typum eorum quæ futura erāt, id est mortis Christi, agni sine macula, qui foret ablaturus peccata mundi. Et quid non celebremus ipsi solennitates nostras ob eius honorē, qui venit benedictus in nomine Domini? Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. 1. Cor. 5.

Porrò qualiter festa nostra oporteat nos celebrare, lex ipsa quæ spiritalis est, ostēdit, quū præcipit, vt solēnitatem celebraturus sit mundus, non appareat coram Domino vacuus, & accedat ad locum quem elegerit Dominus. Debet enim sanctarum solennitatum pius cultor esse mūdus ab iniquitate: nō vacuus, sed ornatus & plenus bonis operibus, & pia volūtate, & in vna sanctę ecclesię catholicę fide (quasi loco vno quē Dominus elegit) festiua gaudia celebrare. Sed & ad literā quoque locus quem elegit Dominus, qlibet locus sacer seu templū dici potest, ad quē locū vnanimi fide atq; pietate cōuenire decet fideles, vt illic & Dei legē auribus & mente percipiant, Deo supplicent, & pro acceptis bonis gratias agant. Quo modo dies festi obseruādi.

Nefarium est autē sacris obseruandisq; diebus, ecclesiis derelictis in lupanaria se recipere, aleę, nō ludo, sed infidioso quęstu proximū spoliare, potitantium conuēticula sectari, cōmessationibus & ebrietatibus indulgere, negotiationibus aut vsuris lucra peritura venari, choreis aut cæteris mundi vanitatibus aut spectaculis vacare. Hæc enim facere, quid aliud est quàm dęmonibus festa celebrare, semetipsum contempto Deo immundis spiritibus dedicare & offerre? Audiant Dominum per prophetam, dicentem: Solēnitates vestras odiuit anima mea, inimici sunt cœtus vestri. D Dies festi nefariè violantur. Esa. 1.

His præ

His præmissis ad expositionem Euangelicæ lectionis est accedendum. Quum factus esset Iesus annorum duodecim, qui secundum diuinitatem est sine principio, ante omne tempus, nempe conditor temporum, quum esset iã homo factus, tẽpus vitæ suæ mortalis cœpit diebus, mensibus, & annis mensurari

E

Quum & differentias temporum de Christo in Euãgelio legimus. Primo enim legitur fuisse vnius diei, quando videlicet de matre virgine fuit natus. Vnde nuntiante angelo de ipso scriptum est: Natus est vobis hodie saluator. Secundo, legitur fuisse octo dierum, quando scilicet in carne fuit circuncisus, dicente Euangelista: Postquã consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer. Tertio, legitur fuisse quadraginta dierum, quando in templo cum legalibus hostiis fuit præsentatus. Quarto, legitur fuisse duodecim annorum, vt patet in præsenti lectione. Quinto, legitur fuisse quasi annorum triginta, quãdo videlicet à Ioanne fuit in Iordane baptizatus.

Ætatis christi differentiæ. Luc. 2. Luc. 2.

Vnde scriptum est: Et ipse Iesus erat incipiẽs quasi annorum triginta. Sequitur.

Luc. 3.

F

Ascendentibus illis, id est, Maria & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, vbi ex Ægypto regressi habitabant, Ierosolymam, nempe locum quem elegerat Dominus, secundum consuetudinem dici festi, id est, prout consueuerant solẽnitati paschali illic celebrandę, & sacris agni paschalis carnibus assis secundum legem manducãdis, quotannis ascendere. Ducebant secum puerum Iesum, nempe diuinum pignus quod seruandum cœlitus acceperant. Non enim sine illo quoquam ipsi proficiscerentur. Quod etiam ceteris est parentibus in exemplum. Sunt enim pueri à teneris annis pietati & diuino cultui assuefaciendi. Nam facile per totam vitam retinent siue malum sit siue bonũ, quo primæua ab ætate fuerint imbuti, iuxta illud:

Vt Iesu parẽtes festa seruabant.

Pueri qbus rebus assuefaciendi.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

Si enim parentum vel negligẽtia vel exemplis malis, imbibitis viciis induruerint, frustra postmodum laborueris, acerbo clamore iis castigandis. Vnde ait quidam:

Iuuenal.

Quum septimus annus
Transierit puero, nondum omni dente renato,
Barbatos licet admoueas mille inde magistros

Hinc

Hinc totidem, fugienda patrum vestigia ducunt,
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.
Et post pauca:
Nil dictu fœdum visuq; hæc limina tangat,
Intra quæ puer est, procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia, si quid
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos.
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Nam siquid dignum censoris fecerit ira
Quandoque, ac similem tibi se, nec corpore tantum
Nec vultu dederit, morum quoque filius, & quum
Omnia deterius tua per vestigia peccet,
Corripies nimirum, & castigabis acerbo
Clamore, ac posthac tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem libertatemq; parentis,
Quum facias peiora senex?

Et post pauca idipsum duplici exemplo (ciconiæ videlicet & vulturis) ostendit, dicens:

Plurimũ enim intererit, qbus artibus hãc, quibus & tu
Moribus instituas, serpente ciconia pullos
Nutrit & inuenta per deuia rura lacerta,
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis
Vultur iumentis, crucibus, canibusq; relictis
Ad fœtus properat, partemq; cadaueris adfert.
Hinc est ergo cibus magni quoque vulturis, & se
Pascentis, propria quum iam facit arbore nidos.

Ait Ieremias propheta: *Bonum erit viro quum portauerit iugũ Domini ab adolescẽtia sua.* Vnde & per sapiẽtem dicitur: *Filij tibi sunt erudi illos, & curua illos à pueritia illorum. Curua, inquit, ad similitudinem virgulti, quod quum adhuc tenerum est, in quamuis partem, & quemcũque volueris modum flexibile est: sed quum iam in robur excreuerit, & induruerit, fregeris id citius, quàm inflexeris.* Sequitur:

Thre. 3

Eccli. 7.

Remansit puer Iesus in Ierusalem, et non cognouerunt parentes eius. Existimantes autẽ illum esse in comitatu venerunt iter diei. G

Hic ponitur secundũ huius primæ partis membrum, id est, *pueri Iesu seriosa à parẽtibus secessio.* Vbi primum est aduertendum, quòd qualis quisq; futurus est, quibusdam plerun-

Futurarũ rerũ in pueris prænostica.

plerunque signis in eius pueritia præmonstratur. Vnde etiam per Salomonẽ dicitur: Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sunt opera eius. Prouerbium est: Adolescens iuxta viam suam, etiam quum senuerit non recedet ab ea. Nam vt alibi scriptum est: Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo inuenies in senectute? Volens itaque Christus futuræ doctrinæ ac vitæ suæ demonstrare præludia, insciis parentibus remansit in templo. Nec miremur, inquit Origenes, parẽtes vocatos quorum alter ob partum, alter ob obsequiũ patris & matris meruere vocabula.

Pro. 20. Pro. 22. Eccli. 35.

Christũ in pueritia nõ fecisse signa

Cæterum aduerte Christum in sua pueritia nulla prorsus per se effecisse miracula, tametsi Deus pater per angelos & per stellam natiuitatem eius declarauit. Vnde Liber inscriptus de infantia saluatoris, qui falsò multa à puero Christo continet patrata miracula, à patribus vt apocryphus est reprobatus. Et quia iam ante B. Lucas Christum creuisse & fuisse confortatum plenum sapiẽtia commemorauit, nunc proprium sermonem verificat inducẽs Iesum vnà cum sacra matre virgine in Ierusalem ascendentẽ. Itineris huius causam Beda assignat, dicens: Dominus inter homines homo natus fecit quod faciẽdum hominibus per angelos imperauerat Deus (angeli enim fuerunt ministri legis) seruauit ipse legem quam dedit, vt nobis qui puri homines sumus, seruandum per omnia quic quid Deus iubet, ostenderet. Sed vt supra hominẽ, quum duodecim adhuc esset annorũ, disputauit cũ sapiẽtibus Iudæorum, quod aliàs impossibile est, vt puer hac maximè ætate nisi scientiam desuper habuisset, huiusce modi disputatione fuisset ausus subire.

1. dist. c. Sãcta romana

Beda. Christus in pueritia qs esset, ostẽdit

Et quum factus, inquit, esset Iesus annorũ duodecim. Qui à natiuitate, imo à conceptione humana manifestis miraculorum, quia Deus sit, est approbatus indiciis, ipse etiam mox vbi tempus ætatis congruebat, vtranque suã reuerenter pandere cœpit atque aperire substantiam, & quid videlicet Patri iuxta veritatem diuinæ maiestatis, & quid iuxta assumptionis humanæ fragilitatem debeat matri. Nõ igitur ociosè suorũ perhibetur immemor extitisse parentũ, sed vt nos instruat quia non solum antequam parentes ipsi, verum etiam antequam Abraham fieret, ipse est in ciuitate potius ac templo Dei, quasi paterno

iure

iure residere delectat. Quin & viã nobis quã pergamus, ostendit: exemplũ quod imitemur, exhibuit. Quod enim per omnes annos cum parentibus in Pascha Ierosolymã venit, humanæ nimirum est humilitatis indicium. Hominis est nanq; ad offerenda Deo sacrificiorũ spiritualiũ vota cõcurrere, & autorẽ suũ oratiõibus lachrymisq; sibi cõciliare profusis. Meminerimus ergo & ipsi præsentis ecclesiæ domũ, necessariis precũ mũdarũ frequẽtare muneribꝰ.

Sed q̃rat aliqs, quõ Dei filius tãta parentũ cura nutritus, his abeũtibus potuerit obliuiscẽdo reliqui. Cui est respondendũ, qa filiis Israel moris fuerit, vt tẽporibus festis vel Ierosolymã cõfluentes, vel ad propria redeuntes, seorsum viri, seorsum fœiæ incederẽt, infantesq; vel pueri cũ quolibet parẽte indifferẽter ire potuerit. Ideoq; B. Mariã vel Ioseph vicissim putasse puerũ Iesum quem se comitari nõ cernebãt, cũ altero parente reuersum. Et hoc est quod dicit euãgelista. Existimantes autẽ illum esse in comitatu, venerunt iter diei.

Iesu p̃dito, parẽtes vt excusentur

Circa tertiũ, quod est amissi pueri anxia reqsitio, subdit.

Et requirebant eũ inter cognatos & notos.

I Pueri Iesu anxia rc. quisitio.

Existimãtes, inqt, illũ esse in comitatu. Ioseph enim vidẽs sibi puerũ deesse in comitatu virorũ, credebat eũ esse cum Maria mãtre in comitatu mulierũ, & similiter Maria putabat puerũ Iesum Ioseph in cœtu virorũ comitari. Vnde etiã à negligẽtiæ culpa vterq; rationabiliter excusat. Sed sic dei filio visum, sic fieri à spiritu sancto fuerat ordinatũ & hoc plures ob causas. Primo, ne parentes impedimento essent disputatiõi pagendę cũ legisperitis, & hoc cuitãs ne parẽtes cõtemnere videretur, si mãdantibus non parerẽt. Clãculo igitur remanet, ne aut retrahatur, aut sit inobediẽs. Si enim hoc quod futurũ erat pia mater præsciuisset, verosimile est q̃ vetuisset eũ cętui interesse doctorum, ne fortẽ innotescęret eis ipsum esse Christũ, nẽpe puerũ illũ, quẽ Herodes q̃rens interficere, tot millia puerorũ propter ipsius suspectã psonã iã dudũ iusserat trucidari. Et licet ille iã esset defunctus, regnabat tamẽ pro eo Archelaus filius eius (vt iã dictũ est) quẽ non minus q̃ Herodẽ patrẽ, parẽtes Iesu formidabãt. Volẽs igitur cęlestis puer maternũ vitare præceptum, ea nesciẽte remãsit in Ierusalem.

Puer Iesus cur parẽtibus insciis remãsit.

Secũdo, vt dum oĩbus esset incognitus, in admiratiõe suæ sapiẽtiæ auditorũ animos magis suspenderet. Quomodo postmodũ ludęi sapiẽtiam eius admirãtes, dicebãt:

Ioan.7. Quomodo hic literas scit, quum non didicerit?

Tertio, vt ostenderet quòd parētum adminicula, dispensatione clementiæ suæ, nō autem ex indigentia suscēperat, quandoquidem viuere poterat sine illis.

Quarto, vt ostēderet quāto desiderio, quantoq; zelo cœlestiū rerū duceretur adhuc puer, eorū scilicet, quæ erāt sui patris, & vt exemplū daret pueris mūdo renūtiare volentibus propter Deū, vt si eorū pio proposito parentū forsan volūtas obstiterit, ipsis incōsultis liberè possint è secu lo fugere, iuxta quod scriptū est: Qui dixit patri suo & matri suæ: Nescio vos, & fratribus suis: Ignoro illos, et nescierūt filios suos. Hi custodierūt eloquiū tuū & pactū tuū seruauerūt, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel. Hinc & in Euangelio Dominus loquitur, dicens: Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos, talium est enim regnum cœlorum. Et post pauca: Et omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

Puer Iesus quale pueris exēplū dedit.

Deut.33.

Matt.19

K

Non solum autem insciis parentibus, verum etiam prohibētibus possunt filij relicto seculo ad vitam religiosam conuolare. Quod tamen quidam limitantes, dicunt licitè posse fieri, modo parentes auxilio filiorum possint carere. Alioqui non posse filios relicta parētum inopum cura ad vitā religiosam trāsire, nisi forsan cognoscerēt se manētes in seculo nō posse saluari, tūc enim eis ad vitam religiosam foret cōfugiendū, iuxta quod in euāgelio Dominꝰ cuidā discipulo dicēti: Dñe pmitte me primū ire & sepelire patrē meū, ait: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Quòd si remanēdo in seculo se ctēdit posse saluari, propter diuinæ legis præceptū quo dicitur: Honora patrē & matrē, debet in seculo remanēdo parentum necessitatibus & inopiæ subuenire.

Nū filij parentes possint relinquere.

Mat.8.

Quinto, vt ostēderet, quòd antequam parētes eius essent, ipse in ea ciuitate & in tēplo quasi paterno iure præsidebat. De hoc plura circa finē sequētis Homiliæ. Venerūt inquit, iter diei, scilicet ab Ierusalē Galileā versus. Quum ergo ad vesperā diei conuenictes, puerū Iesum abesse cernerēt, mox incredibili dolore animi consternati, stupefactiq; timore, nullā requiē capiētes, requirebāt eū die sequēti inter cognatos & notos, & nō inuenerūt. Metuebantes

Amissio Iesu parentum cōsternatio

L

go &

go,&(vt fieri solet in huiusmodi)timebāt anxij & grauio ra veris sibi proponebāt,videlicet,ne fortè puerū quē Herodes & Iudæi perdere quærerant,inuenta oportunitate iā occidissent,præsertim quum ad huc(vt dictū est)Archelaus regnaret in Ierusalem,ac per hoc ipsi forēt rei mortis eius,quem non solicitius custodissent. Timebāt etiam(vt dicit Origenes,ne fortè recessisset in cœlū ad patrē, quum illi placuisset iterum descensurus. Timebant insuper ne forsan aliquo modo cælestem puerum offendissent,quāobrem ipse nollet amplius cū illis manere,sed in Æpyptū aut aliam regionem absque illis victurus recessisset.

Quis inter hæc materni cordis illius angustias vllis posset verbis cōsequi? Non erat quicquā in mundo quod dolorem eius lenire poterat, nisi is qui desiderabatur puer Iesus. Ipso præsente putabant se habere quicquid potest desiderari:ipso amisso, omnia se in ipso credebant amisisse. Itaque irremediabilibus lachrymis flebat amissum virgo mater filium, ipsa vita sibi chariorem, nempe filium Dei,quem angelo nuntiante, & cooperante spiritu sancto,virgo conceperat,& virgo permanēs partu ēdiderat sine dolore.Iustus sanè dolor,iustæ lachrymæ,amisso puero Iesu,puero sine pari.Indicibile gaudium,indicibilem de illo prius habuerat consolationem, indicibili nunc de amissione eius dolore cruciatur. Quo enim pueri Iesu præsentia dulcior, eo acerbior de amisso tristitia.

M
Puero Iesu amisso exclamatio

Super his Beatus Bernardus: O dulcis puer, inquit, *vbi eras? vbi latebas? quo vtebaris hospitio? quorum illo triduo fruebaris consortio? Vtrum in cœlo an in terra, an in domo aliqua interim morabaris? vel certè tunc cū aliquibus tuæ ætatis pueruli secreto loco consistens cis secretorum mysteria profundebas,secundum tuam in Euangelio vocem: Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos? Sed quid est mi dulcis Domine,quòd sanctissimæ tuæ matri,quærenti,dolenti,suspiranti,nō compatiebaris? Nam ipsa & pater tuus dolentes quærebant te. Imò tu Domina mea dulcissima,cur puerum quærebas quem esse Deum non ignorabas? An ne cruciaretur fame,an ne frigore vexaretur, ne à quolibet suæ ætatis iniuriaretur formidabas? Nónne ipse est qui pascit omnia, omnia nutrit, qui fœnum agri quod hodie est & cras in clibanum mittitur,glorioſius à Salomone vestit & ornat?* Matt.6.

Per illud, inquam triduum vbi eras bone Iesu? Quis tibi cibum ministrauit ac potum, quis detraxit calceamẽta, quis membra puerilia fouit? Scio certe, quia sicut voluntate nostrã infirmitatem suscepisti, ita & quum velles propriam virtutem ostẽdisti, & ideo quum velles his obsequiis non eguisti. Vbi ergo eras Domine? De iis omnibus coniicere vel opinari aliquid libet, affirmare autem temere, non licet.

Quid dicam Deus meus? An vt te per omnia nostræ conformares paupertati, & omnes in te humanæ miseriæ calamitates susciperes, quasi vnus ex turba pauperum stipem per ostia mendicabas? Quis dabit buccellarum illarum mendicatarum me participem fieri, vel saltem diuini illius eduli reliquiis saginari. Hæc Bernardus.

Iesus q̃ loco reperit.

Porrò mystice Christus non reperitur inter cognatos, quia inter Iudæos qui sunt cognati eius secundum carnẽ nũc minime reperitur, sed inuenitur in tẽplo ecclesiæ, id est, inter pie fideles ex gentibus, qui non sunt ei cognati carne & sanguine, sed gratiæ adoptione. Nam in propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex DEO nati sunt. Et Verbum caro factum est, & mox spiritualem cognationem ipsius cum credentibus in se designans, subdit dicens: Et habitauit in nobis. Deinde spiritualem ipsius notitiam insinuans subiungit. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.

Ioan. 1.

Ad hæc non inuenitur Christus inter cognatos & notos, quia nequaquam carnali & humano sensu per fidem cognoscitur. Vnde quum hunc Petrus cognouisset, dicẽs: Tu es Christus filius Dei viui, Respondit ei Iesus quẽ ipse iam per fidem cognouerat: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis. Non ergo suo carnali sensu eum cognoscunt, qui de notitia creatarum rerum extolluntur, Philosophi scilicet, & huius seculi sapientes, sicut ipse ad Patrem in Euangelio loquitur, dicens: Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Matt. 16.

Matt. 11.

Qui Iesum nõ inueniẽt.

Sed nec in regno vitæ æternæ reperiẽt Christũ, qui deseruierint tantum carni suæ & sanguini. Caro enim & sanguis

sanguis regnum Dei non possidebunt. Similiter nec ij qui Dei notitiam sine bonis operibus habuerunt, iuxta quod in Euangelio Dominus loquitur, dicens: Tunc incipietis dicere patrifamiliãs, mãducauimus & bibimus coram te, & in platéis nostris docuisti & dicet vobis: Nescio vnde sitis. Discedite à me operarij iniquitatis. 1.Cor.15. Luc.13.

Cæterum, si Iesus non reperitur inter cognatos & notos, quid est quòd plerique religiosam vitam professi, qui parentes suos cognatósque & notos, & mundum ipsum propter Deum reliquerunt, cœnobiis suis relictis inter cognatos & notos vagari in seculo conspiciuntur? Si IESVS non fuit inuentus inter cognatos suos, qui fieri posset vt ipsum inter cognatos tuos reperias? Quin citius illic ipsum amiseris, quàm rursus inuenire queas amissum. Vberiorem enim carnis quàm spiritus mẽssem plerunque videmus. O Arguũtur religiosi, carnalia iectantes.

Ait Apostolus: Nos ex hoc neminem nouimus secũdum carnem. Hoc Apostoli exemplo, imò & consilio, quis quis esse cupit de sancta illa generatione, de qua dictum est: Hæc est generatio quærentium Dominum, si hunc inuenire desyderat qui inter cognatos & notos non reperitur quærat eum cum Maria & Ioseph in Ierusalem, id est, in tranquillitate & pace mentis. In pace enim factus est locus eius: quærat eum in templo, id est, in assiduo atque peruigili studio orationis. Templum nanque domus orationis est: quærat eum in verbi cælestis attenta & humili auditione, quasi in medio doctorum, vbi eũ Maria & Ioseph inuenire meruerunt. Quod si non placet, sed magis quærere libet consolationem (quam vtique Iesum, id est, salutem tuam, & bonum tuum putas) per mũdum vagando inter cognatos & notos, quos (vt dictum est) propter cœlorum regna semel reliquisti, illis tandem similis eris, de quibus per Psalmistam dicitur: Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum (id est, iis rebus quas homines seculo deditI Deo præferunt) & factum est illis in scandalum, id est, in offendiculum, in ruinam, in perditionem. Quũ ergo quem quærebant puerum Iesum inter cognatos & notos parẽtes non inuenirent, attẽde quid fecerint. Sequit: 2.Cor.5. Psal. Vbi quærẽdus Iesus.

Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum.

Matris dolor de puero Iesu.

Itaque non inuento puero Iesu iam diem vnum anxiè quæsito inter cognatos & cateruas conciuium & vicinorum, parentum eius (præcipue virginis matris) per singula momenta dolor augebatur. Quencunque enim de puero Iesu filio suo vix præ singultu & lachrymis verba proferre valens, num ipsum vidisset supplex interrogat, negat hunc se vidisse. Iam tertia dies absentiæ Iesu illuxerat, quum festinantes regrediũtur vnde venerãt Ieruſalẽ.

Sed quibus cum suspiriis, lamentis, anxietatibus, vis am peragunt præcipuè mater, quis enarrare sufficiat? Cúmque gemitibus & fletu sermo intercluderetur, dicere poterat: Puer non comparet, & ego quo ibo? Et ad obuios quosque: Num quem diligit anima mea vidistis? Iam primum experiri cœpit, qualis in morte filii sui futurus esset dolor illius vltimæ separationis, de quo per Simeonem prophetico spiritu sibi fuerat prænuntiatum: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Ignorabat quid primum sibi foret agendum, quæ cœleste pignus à Deo commendatum amiserat. Dicere poterat: Quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni. Surgam & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea.

Gene. 37. Cant. 4.

Cant. 4.

Et quidem non minus flendum illis est atque lugendum, qui Iesum per peccatum sibi conscij sunt amisisse. Porrò quanta cum solicitudine ab iis sit Iesus, id est, salus æterna, quærendus, similitudine melius innotescit.

Iesus vt requirendus. Similitudo moralis

Debet enim Iesum (dum adhuc pœnitẽtiæ locus est) anima peccatrix quærere, sicut aquam ille quærit, in cuius domo grassari iam cœpit incendium. Vnde per prophetam dicitur: Quærite Dominum & viuite, ne fortè cõburatur vt ignis domus Ioseph, id est, conscientia hominis cuiusque fidelis, quem virtutibus & operibus piis decebat augescere. Incẽdiarius siue sane dirus qui hãc domũ incẽdit diabolus est, de quo scriptũ est: Oculi eius scintillã ignis, & halitus eius prunas ardere facit. Peruersus enim æmulator est operũ Dei. Vnde Christo dicente: Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo nisi vt ardeat? q vtiq; sacer ignis, Dei est amor & proximi, & ille cõflator animarum ignem suum quem mentibus hominum suggerat, habet, ignem scilicet, malarum cupiditatum, auaritię, iracundię, luxuriæ, & cæterorũ huiusmodi vitiorum. De quo igne per Michæam prophetam dicitur: Adhuc ignis in do-

Amos. 5.

Iob. 40.

Luc. 12.

Mich. 6.

mo im

mo impñ, & mensura minor iræ plena. Ignem hunc quisquis in semetipso cupit extinguere, properet ad fontem indeficientis misericordiæ dei, sitiat vitæ melioris iustitiam, quemadmodum & ille, qui ait: Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. Quisquis autem hunc fontem contemnit quærere, guttam refrigerantis misericordiæ inter gehennæ incendia non poterit obtinere.

Secundo, debet IESVM peccator quærere quomodo panem is quæreret quem fames exitialis vrgeret, iuxta quod per Ieremiam dicitur: Omnis populus eius gemens & quærens panem. Panis vitæ est ille, qui ait: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet inæternum. Hic panis viatorem vt in via mandatorum dei indeficienter ambulet, mirum in modum confortat, per illum vtiq; panem præfiguratus, quem angelus Heliam hortabatur manducare, dicēs: Surge, comede, grandis enim tibi restat via. Et ambulauit (inquit) in fortitudine cibi illius, vsq; ad montem dei Oreb, vbi foret deum visurus. Pro hoc pane obtinendo supplicare debemus sicut illi qui dicebāt: Dñe semper da nobis hūc panē. Pro hoc pane impetrādo quasi mēdici humiliter & assidue supplicare debemus. Vnde Aug. famelici dei esse debemus, ante ianuā cōspectus eius mendicantes.

Iesus quærēdus vt famelico panis. Tre. 1. Ioan. 6. 3. Reg. 19. Ioan. 6.

Tertio, debet peccator Iesum quærere, sicut dilectum quæreret quæ languet amore. Vnde in canticis canticorum ex persona sponsæ amore sponsi languentis dicitur: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Cubat autem cœlestis sponsus, & requiescit in corde mundo, in animo quieto & pacifico. Pascit autem oues suas in verbi cœlestis auditorio, pascit in præsepio, id est, in altari sancto, vbi in pabulum vitæ, semetipsum elargitur. Porrō sodales sponsi pastores sunt animarum, quorum greges, fideles sunt populi, quibus pascendis seruandisq; sunt deputati. Tunc autem sponsa post huiusmodi greges vagari incipit, quando sponsum in contemplatiuæ vitæ dulcedine non reperiens, actiuæ vitæ (per curam alienæ salutis cum sui distractione molesta) se totam impendit. Et quia per huiusmodi interior oculus, quo deus videri possit non parum obnubilatur, idcirco rursum sponsa quæritur, & dicit: *In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea.*

R Iesus quærēdus, vt amāti dilectus. Can. 1. Can. 3.

Quæsiui illum, & non inueni. Per noctes sponsa dilectum in lectulo cordis & conscientiæ quærens non inuenit, quia obnubilato vel per nimias curas exteriorum rerum, vel per delicti cuiuslibet conscientiam mentis oculo, contemplationis suauitate frustratur. Idcirco lectulus iste profluuio lachrymarum frequenter est abluendus, vt in eo sponsus cœlestis quiescere & sponsæ commorari dignetur. Lauabo (inquit) per singulas noctes lectum meũ, lachrymis meis stratum meum rigabo. Dilectus iste propter osculum reconciliationis quærendus est. Quapropter cauendum est tibi ne per verba immunda habeas os porcinum, ne per verba contentiosa, contumeliosa, vel insultatoria, habeas os caninum, néue per verba detractionis, habeas os serpentinum, dicente Salomone: *Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit.* Et vnde etiam Psalmista: *Acuerunt (inquit) linguas suas sicut serpentes.*

Eccle. 10.

S

Iesus quærendus, vt vita moriturо.

Quarto, debet peccator Iesum quærere, sicut vitam quæreret qui debet mori. Iesus enim est vita nostra, sicut ipse testatur, dicens: Ego sum via, veritas, & vita, imò & vitæ dator. Ego (inquit) veni, vt vitã habeant. Et Paulus ait: Quum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vós apparebitis simul cum ipso in gloria. Accedit etiam Ioannis testimonium, quo ait: Qui credit in filium, habet vitam æternam, qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum. Hinc rursus scriptũ est: *Si quis non quæsierit dominum deum Israel, moriatur: à maximo vsq; ad minimum, à viro vsq; ad mulierem.* Itaq; quia Iesus vita est, ipsumq; non habere, perire & mori est, idcirco sicut is, qui in hostium vinculis detinetur, cras moriturus, omni qua potest industria effugium, & si quo modo potest, vitam quærit, ita & tu quisquis es peccator criminum vinculis constrictus, qui ad gehennæ mortem seruaris, tota qua potes industria atq; conatu, vt mortem effugias, quære Iesum. Audi dicentem: Quærite deũ, & viuet anima vestra.

Ioan. 10.
Col. 3.
Ioan. 3.
2. Par. 15.
Psal.

Si vinctus ad mortem, effugere posset per fenestram arctam, & adeo arctam, vt non nisi vestibus exutis, nudus posset effugere, certe non dubitaret nudus mortem euadere, potius quàm vestitus ad mortem seruari. Arcta fenestra est vsurario cuncta restituere, quæ per vsurarũ iniquitatem rapuit, & sese male quæsitis diuitiis *quasi* quis

busdam

buſdam veſtimentis exuere & nudare, ſed quum nõ aliunde pateat ſibi via ſalutis, quid prodeſt ei, etiam ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Arctum foramen eſt adulteris, ſuperbis, furibus, raptoribus, fraudulentis, inuidis, iracundis, ebrioſis, aleatoribus, & cæteris huiuſmodi peccatorum ſuorum captiuis, vitia conſueta relinquere, ſed in infinitum intolerabilius eſt audire: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Mat. 25.

HOMILIA ALTERA.

ET factum eſt poſt triduum, inuenerunt illum in templo, ſedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Lucæ. 2.

In hac parte Euangelicæ lectionis tria comprehenduntur. Primum eſt, Pueri Ieſu anxiè quæſiti inuentio. Secundum eſt, Virginis matris cum filio ſuo Ieſu humilis expoſtulatio. Ibi: Et dixit mater eius ad illum. Tertium eſt, Pueri Ieſu imitãda obauditio. Ibi: Et deſcendit cum eis.

Circa primum tria ſunt notanda. Primum eſt & temporis & loci deſignatio. Secundum eſt, Quæ pueri Ieſu fuerit actio. Ibi: Audientem illos. Tertium eſt, De prudentia pueri, doctorum admiratio. Ibi: Stupebant autem omnes.

Circa primum dicitur: Et factum eſt poſt triduum. Conſummatis nempe paſchalis feſti diebus, Ieſu parentes domum redituri, priuſquàm abſentiam pueri Ieſu ſcire poſſent, iam iter diei vnius confecerant. Et hic fuit tridui iſtius dies primus. Poſtridie verò, requirebant eum inter cognatos & notos. Et hic eſt dies alter. Et puero, hoc ſecundo die non inuento, tertio die Ieroſolymam redierunt, ſed nec illo die puerum Ieſum inuenerunt, ſed poſt triduum, id eſt, die quarto. Noluit autem puer pius & ſapiens materni cordis anguſtias longius protendi, ne prolixioris cruciatu doloris contabeſcens deficeret. A Triduum pueri Ieſu amiſſi.

Tridui ratio mystica

Sed & huius tridui quo Iesus quæsitus non inuenitur mystica ratio adsignatur. Quæsitus enim & desideratꝰ fuerat Iesus à patriarchis ante legem datam, nec inuentus. Quæsitus item fuit à prophetis & iustis sub lege, & non inuentus. Quæsitus autem à gentilibus sub gratia, inuenitur. Inuenitur (inquam) in dei templo, id est, in ecclesia

Mat. vlt. fidelium, quæ verè domus sua est, in qua ipse manet. Ego (inquit) vobiscum sum omnibus diebus vsqꝫ ad consum-

Apo. 21. mationem seculi. Et b. Ioannes in Apocalypsi audit vocẽ magnam de throno dicentẽ, dicentẽ (inquã) de credentiũ ecclesia: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis erit eorum deus.

Porrò quòd dictum est de patribus & prophetis, q̃ Christum quærentes suis temporibus non inuenerunt,

Luc. 10. ipse confirmat, vbi ait: Multi reges & prophetæ voluerũt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ vos auditis, & non audierunt. Quòd autem gentes Chri-

Rom. 11. stum per fidem inueniunt, Apostolus testatur, dicens: Quod quærebat Israel, hoc non est consequutus, electio autem consequuta est. Electio (inquit) id est, ecclesia credentium ex gentibus electa.

B

Locus vbi inuenitur Iesus.

Porrò locus inuentionis pueri Iesu designatur quum dicitur, in templo. Dominus (inquit) in tẽplo sancto suo. Non enim more puerorum vagabatur ludibundus per ciuitatem, sed templum adiit, & non alibi q̃ in templo versabatur. In templo se cõtinuit, quod templum in ætate adulta, docendi sanitatesq; conferendi gratia, crebro erat aditurus. Meritò templum dei vtiq; suum adiit, cuius hu-

Ioan. 2. manitas verum & viuũ erat templum diuinitatis, Iudaica quidem impietate resoluendum, sed in triduo rursus excitandum.

Puer Iesus diuersimodè quæsitꝰ.

Notandum est quòd puer Iesus diuersis modis legitur fuisse quæsitus. Quæsiuerũt enim hunc pastores, quæsiuere magi, quæsiuere parentes, quęsiuerũt hunc Herodes & principes Iudæorum. Quæsiuerũt pastores, vt cœlitus

Luc. 2. nuntiatum saluatorem viderent, agnoscerent, & aliis prędicarent. Magi indicio nouæ stellæ natum esse scientes,

Mat. 2. quęsiuerũt vt adorarent, & mysticis honorarent muneribus. Quæsierunt parentes amissum, vt haberent, vt cohabitationis suæ dulcedine fruerentur, qui sine ipso se viuere non posse arbitrabantur. Quæsiuit etiam puerum Iesum

sum vnà cum suo satellitio funestus Herodes vt perderet, quòd puero saluo, se regnare non posse putabat. Et quanta Herodis insania, qui nisi saluatorem perderet, se saluũ esse non posse credebat? Veruntamen pastoribus, magis, & parentibus, Iesum quem piè quærebant, inuenientibus, Herodes quia impiè quærebat, nequiuit inuenire. Mat.2.

Et quidem vsq; adhuc quærunt Iesum boni prælati designati per pastores, qui & ipsi de salute commissi gregis solliciti, orationibus instando, & in lege domini meditando die ac nocte excubant solliciti. Quum interim in scriptura cœlestis verbi, quasi annuntiatione cœlica, Iesum mundi saluatorem agnoscunt, & in altari sancto (quasi in præsepio) pascendis fidelibus, quasi animalibus mansuetis collocatum, & adorant, & aliis prædicant adorandum. C Iesum piè quærentes inueniunt.

Quærunt item Iesum etiam iusti quiq; per pios magos designati, nam sicut illi stellæ indicio & natum cognouerunt, & eiusdem stellæ ducatu hunc inquisiuerũt & inuenerunt, inuentumq; supplices adorauerunt, & oblatis honorauere muneribus, sic & hi per fidem quasi per cuiusdam cœlestis stellæ lumen Christum dei filium saluatorem agnoscunt, agnitum adorant, & pietatis operibus, quasi oblatis muneribus venerantur.

Quærunt etiam Iesum homines sancti, erga deum deuotione & pietate perfecti, per domini parentes significati, iuxta quod in Euangelio ipse loquitur, dicens: *Quicunq; fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. His (quoniam gustauerunt quàm suauis est dominus) desipit omnis caro. Et quia* ipse illorum vita est, *amissum quomodolibet, anxiè quærunt, quòd sine illo viuere nequeunt, quem vtiq; per experientiam dulcedinis suæ præsentiæ cognouerunt.* Mat.12. Quærunt autem IESVM vt secum manentem semper habeant, & sua quasi cohabitatione, & vitæ huius tædia vincant, & in ipso iugiter se oblectent, ac si dicant: *Tenui illum, nec dimittam.* Can.3.

Sed & impiè quærunt Iesum sanctæ fidei persequutores, tyranni scilicet & hæretici. Quærunt autem sed nõ inueniunt, atq; ideo non inueniunt, quia ad perdendum hunc inquirunt. Qui rectè per Herodem designãtur. Nam sicut ille per Iudæorum peritos scripturas, quæ de ortu D Iesum qui impiè quærunt.

pueri

pueri Iesu prænuntiauerant scrutabatur, sic & hæretici scripturas diuinas ideo perscrutantur, vt has calumnientur, peruersis deprauent interpretationibus, simplicium fidem corrumpant, per has fidelibus insultent, & his ad contentiones abutantur. Et quid mireris si isti Iesum, id est, salutem non inueniunt, qui hanc in aliis extinguere moliuntur.

Circa secundum, id est, quæ fuerit pueri Iesu in templo reperti actio, dicitur in litera:

Sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.

E

Pueri Iesu actio in templo.

Vbi Beda: Quasi fons sapientiæ (inquit) doctorũ medius sedet, sed quasi exemplar humilitatis, audire prius & interrogare doctores, quàm instruere quærit indoctos. Ne etiam paruuli à senioribus erubescant discere, & ipse ob ætatis humanæ congruentiam, hominibus obsculta re non erubescit deus. Ne infirmus docere quis audeat, & ille puer interrogando doceri voluit, qui per diuinitatis potentiam verbum scientiæ ipsis suis doctoribus ministrauit.

Disputationis pueri Iesu subiectũ

Interrogabat sanè non vt aliquid disceret, sed vt interrogans erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare, & respondere sapienter. Quid autem fuerit illius disputationis subiectum, in euangelio non exprimitur, vero simile est autem, quòd de quæstionibus legis sermo versaretur, iuxta quod dicit Iero. in epistola ad Paulinum. Duodecim (inquiens) annos saluator impleuerat, & in templo sedens, de quæstionibus legis interrogans, magis docet dum prudenter interrogat. Et fortè quærebat quid ex lege de Christo sentirent, num venturum de proximo, an iam venisse. Quid sibi vellent ritus ceremoniarũ & sacrificiorũ, quid agnus paschalis quotannis præfinito per legem die immolandus, vt ex huiusmodi quæstionibus doctores illi aduerterent legis intelligentiam.

F

Ordo disputationis pueri Iesu.

Pro. 11.

De off. 1.

Eccl. 32

Porrò si attendas disputationis huius debitum ordinem, vides auditum & interrogationi & responsioni præmitti, iuxta quòd per Salomonem dicitur: Priusquàm audias, ne respondeas verbum. Et (vt dicit b. Ambrosius:) Vnum adolescentis officium est silentium & verecundia. Vnde & per sapientẽ dicit: Adolescẽs loquere in causa tua

vix

vix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi insciēs, & audi tacēs simul & quærens, & loqui in medio magnatorum nō præsumas, & vbi sunt senes non multū loquaris, quum vtiq; ob multa, Tum propter eorum reuerentiam, quibus semper est deferēdum nō solum in opere, sed etiam in verbo. Tum ne adolescens audaciæ, præsumptionis, & temeritatis notam incurrat, si in præsentia maiorum, velut magister aut arbiter loqui præsumpserit. Tum vt suo silētio adolescēs præstet senibus oportunitatem locum; loquendi, & ipsos audiēs instruatur. Tum ne coram senioribus imprudenter loquendo confundatur. Tum denique quia etiam in recte dictis, non multum habet adolescentis sermo authoritatis. Adolescēs silere discat.

Proinde tutius semper est præsertim iuniori, audire, q̄ loqui. Qui enim audit, colligit & impletur. Qui loquitur, erogat & exinanitur. Itaq; exemplo Domini audiat iunior priusquā loquatur. Siquidē teste Sālomone, qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demōstrat, & cō fusione dignum. Puer IESVS, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, humiliter audit & prudenter, quærit rationabiliter, interrogatus respondet sapienter. Prouerb. 18. Coloss. 2.

Vnde Beda: Quòd Iesus duodennis in templo sedit in medio doctorum, audiens & interrogans illos, humanæ est humilitatis indicium, imò etiam eximium discēdæ humilitatis exemplum. Dei quippe virtus & æterna Dei sapientia quę diuinitus loquitur: Ego sapientia habito in consilio, & eruditis interfum cogitationibus. Meum est cō silium & æquitas, mea prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Ipsa hominem induta ad audiēdos homines aduenire dignata est. Vt nimirum hominibus quamuis summo ingenio præditis, necessariam discendi veri formam præroga ret, ne si qui discipuli veritatis fieri refugerēt, magistri efficerentur erroris. G Ab Iesu humilitatem discę. Prouerb. 8

Et bene qui iuuenis erat doctrinæ subitur9 officium, puerulus adhuc seniores audit & interrogat, vt videlicet prouida dispensatione illorū compescat audaciam, qui nō solum indocti, sed etiam impubes ad docēdum prorumpere, magis q̄ ad discendum volūt submitti. Sequamur iter eius humanitatis, si nos mansio diuinæ delectat visionis, illius Audacia q̄rundā compescitur.

Prouerb.1. illius semper præcepti memores: Audi fili mi disciplinã patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Per auditũ quippe disciplinæ paternæ, ac per obseruãtiam maternę legis, gratia capiti & collo torques additur: quia quanto quis diuinis intentus fuerit auscultare præceptis, quanto ea quæ didicerit in vnitate matris ecclesiæ diligentius obseruare studuerit, tanto & nunc dignius ad honorem prædicandi, & in futuro sublimius ascendet ad beatitudinem cum Christo sine fine possidendam.

Ne quis autem putet Dominum saluatorem ob imperitię necessitatẽ adiisse audisseq; & interrogasse magistros, vide quid sequitur:

Stupebãt autẽ omnes super prudẽtia & responsis eius. Et videntes admirati sunt.

Doctorũ de puero Iesu admiratio.

Hic notatur tertium superioris distinctiunculę membrum, quod est de prudẽtia pueri Iesu doctos admiratio. Meritò quidẽ stupebant omnes, & vidẽtes mirabãtur. Videntes, inquam, puerũ alta interrogantẽ, subtiliter respondentem, reuerẽter audientem, & manentem intrepide.

Vnde Ambrosius: Diuina lingua sapiẽtiam prodebat, sed infirmitatẽ ætas prætẽdebat humana. Vnde Iudæi inter alta quę audiunt, & infirma quę vident, dubia admiratione turbantur. Nos autem nequaquam miremur, scientes secundum prophetam, q̃ paruulus natus est nobis, qui permanet Deus fortis.

Sanè Dei filius homo factus, ea quę verę humanitatis erant dispensatione clemẽtiæ suæ sic exhibuit, vt ea q̃ erãt diuinitatis inter hæc elucerent. Vnde Beda: Qui idem verus homo & verus erat Deus, ad ostẽdendum q̃ homo erat, homines magistros audiebat: ad comprobandũ quia Deus erat, eisdem loquentibus sublimiter respondebat.

Legis periorum socordia. Felices futuri fuissent illi doctores Iudæorũ, si scripturas suas scrutando intelligere voluissent quis quantusque ille puer esset, in quo tam ingens sapientiæ & intellectus lumen refulgebat. Inuenissent vtique hoc quod paulò antè ex Esaia ex parte citatum est: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis.

Esa. 9

Hinc enim facile discere poterãt, quis esset hic puer quem tanto:

tantopere admirabãtur. Hinc enim & ex multis aliis argumentis euidenter agnoscere poterant Messiam suum hunc esse, totiusq; mundi saluatorem, de quo longe antè prædictum erat: Veniet qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Gen.49

Vnde & ad ipsos loquutus est, dicens: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Et inde: Si crederetis (inquit) Moysi, crederetis forsitã & mihi. De me enim ille scripsit. Ioan.5.

Circa secundum principale dicitur:

Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.

Hic ponitur piæ matris cũ filio IESV iam inuento, humilis expostulatio. Vbi duo tanguntur. Primum est ipsa matris ad filium conquestio. Alterum, cœlestis pueri subalimis responsio, ibi: Et ait ad illos.

Circa primum dicitur: Et dixit mater eius ad illum. Nõ Ioseph, sed Maria mater filium alloquitur, nempe quæ acerbiore fuerat adfecta dolore, maternis visceribus, quasi cum lamentis inquisitionem dolorosam ostendit, & omnia sicut mater & fiducialiter & humiliter & adfectuose, inuento exprimit filio. I Nõ Ioseph, sed mater cũ filio expostulat.

Porrò Ioseph et si CHRISTI pater vulgo crederetur, non tamen ea erat confidentia vt illum increparet, certò sciens esse filium Dei. Meminit vtique se audisse ab angelo: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam cõiugem tuam. Quod enim in ea natũ est, de spiritu sancto est. Libẽs ergo permittit matrẽ filium suum alloqui, q̃ adfectu materno dicere illi poterat quod nulli alteri, nec ipsi sancto Ioseph, licuisset. Nec tamen est putãdum quicquã horum dixisse Mariam adfectu corrigentis aut increpantis, sed quia nouerat hunc esse filium altissimi, ipsamq; Dei sapientiam, ideo scire cupiebat, quam ob caussam parentibus ignaris, & ipsis abeuntibus, remansisset in Ierusalem. Certum enim habebat non sine caussa ipsum hoc fecisse. Ac si diceret: Fili mi, audire cupimus & cognoscere quur nos reliqueris, quum scires quanto animi dolore, quantisque lamentis te inquirentes, consumeremur. Matt.2.

Ecce,

Ecce, inquit, pater tuus & ego, dolentes quærebamus te, quia gaudium nostrum omne iam amiseramus. Vbi eti am Maria Iesu patrem vocat Ioseph, & quia ipsa eius con iunx esset, & quia fama & opinione vulgi, pater Christi ha bebatur. quod vtique propter opinionē tam matris q̄ pro lis ab omni rumore sinistro vindicandam, prouida spiritꝰ sancti dispensatione factum est. Vnde Origenes:

K Maria cur Ioseph patrē Iesu nominat.

Nouerat, inquit, virgo sacrata hūc non esse filium Io seph, sed tamen patrem illius nominat suum sponsum pro pter vitandam suspicionem Iudæorum, alioqui facile asti mantium ipsum vulgo fore conceptum. Dicetur autem fortè simplicius, q̄ eum spiritus sanctus nomine patris ho nōrauit, eo q̄ puerum Iesum educauit. Dolētes, inquit, quærebamus te. Metuebant enim ne quod Herodes in in fantia eius patrare quæsierat, iam tunc adhuc in pueritia positum, inuenta oportunitate, alij puerum Iesum interfi ciendo, patrarent.

Oportet ergo ad imitationem Mariæ cum qui quęrit Iesum non negligenter quærere, sicut faciunt multi, & nō inueniunt, sed cum labore & dolore. Qui autem ex toto corde & cum dolore quærit quem per peccatum amisit Ie sum, hūc cum lætitia reperiet, iuxta quod per Psalmistam dicitur: Lætetur cor quærētium Dominum. Quærite Do minum & cōfirmamini, quærite faciem eius semper. Quis quis ergo peccando Iesum amisisti (vtiq; summū bonum) ne quiescas, sed dolēs, anxius, & sollicitus quære, vt rursus quem amiseras possis inuenire. Scito, inquit Propheta, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te dominū De um tuum, & nō esse timorē eius apud te. Ait vir Dei Aza rias: Si quæsieritis eum, inuenietis. Si verò dereliqueritis eum, derelinquet vos. Si ergo quæsieris Iesum quomodo hunc sancti parētes eius quæsierūt, inuenies propitium & misericordem, inuenies in iis quæ patris sui sunt in tēplo, id est, in studio piæ & deuotæ orationis, inuenies in audi torio verbi Dei, quasi in medio doctorum.

Peccator vt Iesum q̄rat. Iere. 2. 2. Par. 15

Circa secundum, quod est Pueri IESV ad piæ pa rentis suæ humilē conquestionem sublimis responsio, sub ditur in litera:

Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportuit me esse?

Non

Non ſanctũ Ioſeph (qui nihil in eius generatione præ ter miniſterium præſtitit & adfectũ, vnde & pro fideli miniſterio & ab Euangeliſta & ab ipſa Maria pater appellatur) vel ipſe CHRISTVS ſuum negat eſſe parentem, ſed ſimpliciter & apertè qui ſit verus ſibi pater, nobis pariter & illis inſinuat. Non quòd eos qui eum quaſi filium quærũt vituperat, ſed quid ei potius cui æternus eſt filius debeat, cogit oculos mentis adtollere. Quia enim Deus & homo eſt, nunc excelſa deitatis, nunc infima præfert humanę fragilitatis. Quaſi homo ſeniores interrogat, quaſi Deus quæ ſeniores & docti mirentur, reſpondet. L Beda.

Porrò quod ait: In his quę patris mei ſunt oportet me eſſe, diuinę maieſtatis ſuæ indicium fuit, de qua alibi ad patrem loquens, dicit: Omnia tua mea ſunt, atq; ideo rectiſſimè templum non minus ad ſe quàm ad patrem pertinere teſtatur. Inuentus quippe in templo, dicit: Quia in his quę patris mei ſunt oportet me eſſe. Quia nimirum quorũ vna eſt maieſtas & gloria, horum etiam vna ſedes ac domus eſt, & non ſolum materialis Dei domus, quæ ad adorandum eum temporaliter fieri ſolet, ſed etiam domus intelle ctualis, quæ ad laudandum eum inæternum, conſtruitur æquè patri & filio, imò etiam ſpiritui ſancto cõmunis. Quia videlicet eiuſdẽ ſanctæ trinitatis (cuius vna atq; indiuiſibilis natura diuinitatis eſt) manſio in cordibus electorum diſpar eſſe non poteſt. Ioan. 17

Ergo quod Dominus in templo ſedens dicit: In his q̃ patris mei ſunt oportet me eſſe, declaratio eſt cõſempiternæ Deo patri poteſtatis & gloriæ. Quòd autem rediens Nazareth erat ſubditus parẽtibus, humanę eſt veritatis indicium, ſimulq; humilitatis exemplum. In ea nanq; natura ſubditus erat hoibus, in qua minor eſt patre, vnde & ipſe dicit: Vado ad patrem, quia pater maior me eſt, in qua etiam paulominus ab angelis eſt minoratus. In illa autẽ in qua ipſe & pater vnũ ſunt, in qua nõ ex tempore vadit ad patrem, ſed ſemper in ipſo eſt, oĩa per ipſum facta ſunt, & ipſe eſt ante omnes. Vnde Cyrillus:

Puer IESVS dum matri reſpondens dicit: Neſcietis quia in his quę patris mei ſunt oportet me eſſe, oſtendit ſe menſurã humanę naturę tranſcendere, pariter innuens q̃ ſacra virgo effecta ſit miniſtra negotii quũ peperit carnem. Ipſe verò naturaliter & verè Deus erat, & filius patris excelſi. Vbi nihilominus prima ſapientiæ ſuæ Dominus M Prima ſapientiæ ſuę Ieſus vt ,pdis indicia.

minus ostendit indicia, primumq; se Dei filium esse testatus est. Sedens enim in templo in medio doctorũ audiens illos & interrogãs, nulla putati patris Ioseph negotia versat, sed veri patris sui qui in cœlis est. Quum enim Maria mater patrem illi nominasset Ioseph, quia (vt dictũ est) pater putabatur, & quia nutritius erat & coniunx matris, alium sublimẽ & qui super omnia est æternũ patrem Deum ipse sibi vicissim designat. Nõ ergo (sicut iam dictũ est) vel in minimo parẽtes q; se quęsierint increpat, sed tantũ eorũ mẽtes eo leuare voluit, quo intelligerent q; plus ipse deberet patri Deo, q; ei quę corporis sui erat mater.

Liber de infantia Iesu apocryph⁹.

Cæterum nulla alia de Domino Iesu, donec quasi triginta esset annorũ, in Euãgelio legimus, q; ea quæ lectione præsenti cõprehenduntur. Quo patet cõmentitia prorsus & falsa esse q; in apocryphis illis de Saluatoris infantia leguntur, nisi illa tantũ inde acceptes, quę nõ repugnant his q; de Domino verè & rectè credũtur, & vel Euãgelicis, vel propheticis consona sunt scripturis: & (vti in glossa dicit) quia speciosus forma præ filiis hoim, & matri obediens, & moribus facetus, & visu nõ modicum venerãdus & placidus, ad loquendum facundus, dulcis & prouidus, & multũ strenuitate cognitus, tanquam qui repletus fuerat sapientia, & sicut in aliis omnibus, ita & in conuersatione humana & loquutione supra hominem spectabilis omnibus & gratus. Mansuetudo verò sibi erat præcipua. Super hæc omnia, nihil ascendit super verticem eius, nec humana manus, excepta materna.

Qualis puer IESVS.

Discat christianus. 1. Cor. 2 Philip. 2

Cæterum Christi exemplo discãt Christiani & ipsos debere versari occupariq;, temporibus congruis in his quę sunt salutis, tametsi hoc nõ faciat homo animalis, qui non percipit ea quę sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi. Illis enim peruerso ordine neglectis, omnes quę sua sunt quærunt, non quæ IESV CHRISTI. Nam vt ait Bernardus: Cadit asina, & est qui subleuet: perit anima, & nõ est qui curet. Adeò enim plerique sunt pecorini, adeoq; ad vera & æterna bona cognoscenda cæci, adeò impij, vt longe magis sit eis curæ ne iumẽtum pereat, q; ne eorũ anima de æterna salute periclitetur. Magis anxiè cauent ne domus deflagret, q; vt ipsi post hanc vitam gehennę incendia deuitẽt. Solicitius præcauẽt ne in reb⁹ tẽporalibus, peritu-
ris & friuolis, detrimentũ quodlibet incurrãt, q; ne dei gratiã amittãt. Quę vtiq; modicę fidei esse signa deprehendunt.

Doleda per uersitas.

Si enim

Si enim in huiusce hominibus fides vigeret, nõ ita mortẽ perditionemq; suarum animarũ floccipẽderent, nec adeo magnifacerent quæ vana sunt & peritura.

Audire debebãt dicentem: Quid enim prodest homini si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Sed hoc iam attẽdere nolunt, qui ob vilem & momentaneam in peccato voluptatem, animam sole & luna pretiosiorem contemnunt & perdunt. Ait Sapiens: Si præstas animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis, id est, dæmonibus qui dicũt: Euge euge viderũt oculi nostri, nimirum delinquentium sceslera, gehennæ plectenda tormentis. Vnde & mox Psalmista ex persona conterriti peccatoris ad Dominum clamãs deprecatur: Vidisti Domine ne sileas, Domine ne discedas à me. Et subinde: Non dicant in cordibus suis: Euge euge animę nostræ, nec dicant: Deuorabimus eum. Proinde de illo qui præstat animę suæ, id est vitę sensitiuæ, cõcupiscentias eius, Dominus in Euangelio loquitur, dicẽs: Qui amat animam suam, perdet eam. Noli eam amare in hac vita præstando ei concupiscentias suas, ne perdas in æterna vita. Mat. 16 Aias suas cõtemnunt. Eccl. 18 Psal.

Cæterum quisquis ob Dei amorem cupit hũc mundũ cum suis illecebris derelinquere, & ad monasticam vitam transmigrando totum se Deo consignare, parẽtibus & cæteris propinquis à proposito pietatis se reuocare conantibus & ipse respondeat: Quid est quod in mũdo me quæritis? An nescitis q̃ in iis quæ patris mei sunt oportet me esse? Audiat potius Deum q̃ homines. Audiat Dominũ ipsum dicẽtem: Qui amat patrem aut matrem plusquam me, nõ est me dignus. Vnde Hieronymus in epistola quadam ad Heliodorum: Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine & scissis vestibus quibus te nutrierat vbera ostendat mater, licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, & siccis oculis conuola ad vexillum crucis. Summũ pietatis genus est, in hac re fuisse crudelem. Hinc etiam Bernardus: Mundo renuntiãs, parentibus respondeat. Mat. 10

Vt quid (inquit) fratres, vt quid sic Christus respondit matri? Vtique propter nos, vt conuersos ad Dominũ iam non sollicitet carnalis cura parentum, & necessitudines illæ non impediant exercitium spirituale. Amandus quidẽ (inquit Augustinus) est genitor, sed pponẽdus est creator. De ver. do.

Ego, inquit Dominus, ad Euangelium te voco, ad illud ó-
pus mihi necessarius es. Maius est hoc q̃ quod vis facere,
scilicet, sepelire patrẽ. Sunt alij qui sepeliãt mortuos suos.
Heb.12 Probat hoc idem ex Apostolo dicente: Patres quidem car
nis nostræ eruditores habuimus & reuerebamur eos, num
multomagis obtemperabimus patri spirituum & viue-
mus? Præcipimur sanè parẽtes quasi viscera nostra dilige-
re. Verum, si in his quæ dei sunt nobis obstiterint, sepultu-
ram quoque eis authore Christo iam non debebimus.

HOMILIA TERTIA.

ET ipsi non intellexerunt verbum quod loquutus est ad eos. Luc.2.

In hac parte lectionis Euangelicæ tria insinuan-
tur. Primum est, de verbi IESV ad parẽtes igno
rantia. Secundum est, de imitanda Christi erga parentes
obedientia, ibi: Et descendit cum eis. Tertium est, admi
rabilis pueri profectus & crescentia, ibi: Et IESVS
proficiebat.

A Circa primum dictum est: Et ipsi non intellexerunt
verbum quod loquutus est ad eos, quo videlicet contesta-
tus fuerat se in his q̃ sui patris sunt debere esse. Non enim
talia eis dicere consueuerat, sed patrẽ suum dicere Ioseph,
& ipsa mater eius nõ tunc perpendit quæ essent illa nego-
tia putati patris sui Ioseph, in quibus ipsum versari & oc-
cupari oportuerat.

Adhæc, tantum erat illis de inuento puero gaudium,
quòd intelligendis responsionis suæ verbis, auditum atq;
animum minus applicabant. Denicq; tanta capti erãt ad-
miratione de pueri IESV inter doctores sedentis pru-
dentia & responsis, quòd intellectum verbi quod dixerat
ad plenum scrutari atq; intelligere non possent. Et secun-
dum Origenem: Nesciebant vtrum dicens, In his quæ pa-
tris mei sunt, significaret in templo, an aliquid altius, &
quod magis ædificat. Vnusquisq; enim nostrum si bonus
fuerit, possessio Dei patris est. Si quis autem nostrum pos
sessio Dei patris est, habet in medio sui IESVM.
Hæc ille.

Et ipsi (inquit) non intellexerunt. Nam (vt ait Beda)
dicebat

dicebat arcanum suæ diuinę virtutis, parentibus humanę suæ fragilitatis, videlicet veræ suæ carnis matri, & castissimo tutori castitatis illius, qui per id temporis necdū prolata luce Euangelica ab omnibus penè qui eos nosse poterant, carnali coniunctione vir eius, carnali administratione pater æstimabatur, simul & vocabatur ipsius Domini saluatoris. Dicebat inquam his, quia in his quę patris mei sunt oportet me esse. Qui quum arcę tanti mysterij ascendere intelligendo non possent, neq; aliter eum in his quæ verè patris eius essent manere decernerent nisi vt comprehendere nossent, descendit cum ipsis ad inferiora conuersationis eorum, cœpitque manere in his quæ illorum erant, & erat eis pia dispensatione subiectus, donec proficiente humilitatis magisterio, quantum omnibus creaturis esset præferendus agnoscerent.

Quorundā arguitur arrogantia.

Cæterum loci huius exemplo quorundam temeritas retunditur, & præsumptio castigatur, qui quum audiant ex Euangelio Domini parentes, qui tamen pleni erant spiritu sancto, CHRISTI adhuc pueri verba non intellexisse, ipsi quum sint idiotæ, fossores, cerdones, rustici, negotiatores, imò vetulæ quoque & aniculæ, homines deliri, hebetes, stupidi, à quibus propter nimiam arrogantiam & impuritatem vitæ, longe abest author sanctarum scripturarum spiritus sapientiæ & intellectus, interpretandarum scripturarum sibi munus vsurpant, putantes id omne intellectus acumine se posse penetrare quod vel solum legere, vel alio legente audire queunt.

Diabolica superbia.

Profectò diabolicæ superbiæ est, hominē alias à literis alienum, scripturas suo proprio sensu exponere, & ad suam voluntatem detorquere, suasq; illas qualescunq; expositiones, imò meras deliramēta, sanctorum omnium patrum sensis rectis, & legitimis explanationibus, sacris conciliis, imò hactenus ab ipsis Apostolorum Christi temporibus ecclesiæ catholicæ velle præferre.

C

Accidit illis idem quod Iudæis de quibus (dum manifestas de CHRISTO intelligere nollent scripturas, nec admirandis suæ diuinitatis signis credere vellēt) in Euangelio scriptum est: Quum tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Esaiæ impleretur quem dixit: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excæcauit oculos eorū

Ioan. 12

Hæreticis nūc ꝺd olī Iudęis accidere.

los eorum, & indurauit cor eorum, vt non videãt oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Nam qui fieri posset vt in se lucem veritatis admittant, de quibus illud verificatur: Ipsi fuerunt rebelles lumini. Quum enì sibi persuaserint cæteros omnes desipere, & se solos esse sapientes, statuerunt secum cedere nemini. Nec mirum, quandoquidem cæcata mente cesserint atque acquieuerint ei qui & superbus & mendax est, & mendacij pater.

Iob. 24

Nullus sanè à vera sapiẽtia magis alienus, quàm is qui quum vanus & excors sit, sapientia cæteros se putat anteire. De quo bene per Salomonẽ dicitur: Vidisti hominẽ sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens.

Pro. 26

An non sibi videntur esse sapientes, quibus nihil tam altum, tam difficile est in scripturis, quin illud sine cuiusquam magisterio se putent comprehendere? Sanè vbi docti & sapiẽtes in inquisitione veritatis humiliter trepidãt, isti errorum suorum deuia sequentes, de ea quam adsequuti non sunt scripturarum intelligentia superbè gloriãtur, nihil in scripturis esse intellectu difficile putantes. Quum tamen (vt de cæteris taceam) de beati Pauli epistolis ipse pastor ecclesiæ Petrus pronuntiet, dicens:

Scripturas difficile intelligi.

Scripsit vobis charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam, sicut & in omnibus epistolis, loquẽs in eis de iis in quibus sunt quædã difficilia intellectu, quę indocti & instabiles deprauãt, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vides apostolo Petro iudice, difficiles intellectu esse B. Pauli epistolas, quas noua temeritate magistri errorũ hęretici nunc clamãt esse facillimas. Vnde etiam patet, viuente adhuc B. Paulo epistolas suas fuisse deprauatas.

2. Pet. 3

Circa secundum dicitur:

Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.

Hic ponitur imitanda CHRISTI erga parentes obedientia. Ecce admiranda Christi magnę dispensatio pietatis, qui dum parentes suos mysterium suæ diuinæ maiestatis nondum capere vidisset, exhibuit humanæ subiectionẽ humilitatis, vt per hanc eos paulatim ad agnitionem diuinitatis institueret. Quid autem (vt inquit Beda) pro his nostra agat superbia, obsecro paucis attendamus.

D Christi obedientia.

Certè

Certe quum ea quæ non æternaliter nouimus, sed iuuante domino ex tempore didicimus archana scripturarum, simpliciores quosq; fratres loquentibus nobis intelligere non posse sentimus, statim extolli consuescimus, eisq; despectis, de nostra nos quasi singulari ac plurima eruditione iactamus, quasi non sint perplures nobis multo doctiores. Et qui à doctioribus nolumus despici, ipsi indoctiores nobis despicere, imò etiam irridere gaudemus. Neq; reminisci curamus, quia non eis qui vel mysteria fidei, vel sui præcepta conditoris tantum meditando percipiunt, sed his potius, qui ea quę discere potuerunt operando exercent, regni aditus patet. Insuper etiam scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. Et sicut dominus ipse testatur: Cui multum datum est, multum quæretur ab eo.

Doctorum arrogantia taxatur.

Iac. 4.
Luc. 12.

Ne nos ergo scientia inflet, sed potius charitas ædificet, sequamur exemplum apparentis in carne filij dei, qui eis quos se ad sublimia discenda sequi necdum valere cõspexit, seipsum benigna humilitate subiecit, cuius exemplo imbutos eorum animos cœlesti gratia dignos, cœlestis archani redderet esse capaces.

1. Cor. 8.

Et descendit (inquit) Descenderat prius de cœlis à regalibus sedibus in has exilij nostri calamitates, ærumnas nostras solaturus. Descendit vt rursum ascenderet, descendit, vt nos suo exemplo salubriter per mentis humilitatem descendere doceret. Et cui subiecta sunt vniuersa, subditus fuit hominibus. Vbi Beda: Quantum pietatis simul in domino & humilitatis exemplum? Parentes eius non intelligunt verbum quod de sua diuinitate loquitur ad illos, & tamen ipse humanæ illorum erga eum sedulitatis non ingratus, quò præcipiunt descendit, & subditur illis. Quid enim magister virtutis, nisi officium pietatis impleret? Quid inter nos aliud, quàm quod à nobis agi vellet, ageret? Deferebat homini, deferebat ancillæ. Ipsa enim dicit: Ecce ancilla domini. Deferebat simulato patri, deferebat deo vero patri. Et vtiquè natus, matrem virginem conseruat & castam. Vtiq; à patre, non voluntate, non opere, non tempore distabat, vt eius videlicet exemplis admoniti, quid parentibus debeamus, qui tanta pro nobis patiantur, agnoscamus.

E Christus vt descendit.

Luc. 2.

Inter hæc attendere est quanto honore virginem ma-

Christus vt matrē honorauit.

trem Christus filius suus censuerit dignam. Quum enim in rerū primordio dictum sit à domino mulieri, sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, huic collatum est,

Gene. 3. vt ei subiectus esset ille quē omnis creatura veneratur, cui

Phil. 2. flectitur omne genu, cœlestium, terrestrium, & infernorū.

F Proinde Christus dominus parentibus subditus, &

Obediētiæ bonum vt Christꝰ cōmendat.

quod in lege ipse præcepit impleuit, & quid nobis sit faciendum ostendit. Et quum esset ipse non in vanis occupatus aut ludicris, sed in rebus altissimis, nēpe in his quæ sunt Dei patris, nihilominus tamen vt obedientiæ bonū nobis commendaret, illis intermissis descendit cum illis, & in humanis obsequiis erat subditus illis.

Vnde Origenes: Discamus ergo & nos filij parentibus nostris esse subiecti. Quòd si nobis parentes nō fuerint, subiiciamur his qui patrū habent ætatem. Iesus filius dei subiicitur Ioseph & Mariæ, ego nō subiiciar episcopo, qui mihi cōstitutus est pater? Puto ꝙ intelligebat Ioseph, quia maior se erat Iesus, & trepidus moderabatur imperium. Videat ergo vnusquisq; ꝙ sepe maior sit qui subiectus est. Quòd si intellexerit, non eleuabitur superbia, qui est sublimior dignitate, sciens sibi meliorē esse subiectum.

G Christi obedientiam erga parentes b. Basilius descri-

Li. religio. In quibus Christꝰ parentibꝰ subditus.

bit, dicens: Ab ipsa primæua ætate parentibus subditus, quemlibet laborem corporeum humiliter & reuerenter sustinuit. Quum enim essent homines honesti & iusti, egeni tamen & necessariorū penuriam patientes, teste præsepio partus venerandi ministerio manifestum est, ꝙ sudores corporeos continuo frequentabant, necessaria inde sibi quærentes. Iesus aūt obediens illis (vt scriptura testatur) etiam in sustinēdo labores subiectionem plenariam ostendebat. Hæc iste. Verum (vt dicit Ambro.) non infirmitatis, sed pietatis est ista subiectio, & sicut dictū est mortalibus in exemplum. Propter quod & Apostolus Paulus

Col. 3. præcipit, dicens: Filij obedite parentibus vestris in domi-

Exo. 20. no, hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primū in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Proinde idem Apostolus grauissima gentium crimina commemorans, inter

Rom. 1. alia dicit: Parentibus non obedientes.

Quàm sit autem scelus graue parentibus nō obedire,

Deut. 21. pœna legis ostendit, vbi scriptum est: Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris

ac ma-

ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit, apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentq; ad eos: Filius iste noster pro teruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, cõmessationibus vacat & luxuriæ, atq; conuiuiis, lapidibus eũ obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malũ de medio vestri, & vniuersus Israel audiẽs, pertimescat. Si lex ista hoc nostro seculo exerceretur, non adeo multi succrescerent suis in vicijs filij, miseris parentibus pœnitendi, qui cæca ingratitudine quantum parentibus debeãt non agnoscunt. Quod vt tandem agnoscant vel beati Ambrosij notandam audiant sententiam, qua dicit: Parentibus nõ obtẽperãtiũ pœna

Primus gradus pietatis est, vt quos authores tibi velit esse deus, honores obsequijs, abstineas contumeliis, nec vultu lædenda est pietas parentum. Tu enim matri debes pudoris iniuriam, virginitatis dispendium, partus periculum. Matri longa fastidia, matri longa discrimina, cui miseræ in ipsis votorum fructibus maius periculum est. Et quum ædiderit quod optauit, partu absoluitur, non timore. Quid anxios pro filiorũ profectu patres loquar, & multiplicatos alienis vsibus census, iactaq; agricolæ semina, posterorũ ætatibus profutura? Hæc ille. H Ambro. sup. per Lucã. Parẽtes honorandi ratio.

Quod si hæc & his similia dissimulantes, iustis obsequijs, iustaq; dilectione, nullo filij suos parentes adficiant gaudio, verum insuper (quod iniquissimum est) hos tædijs vulnerent, læserint contumeliis, contemptu & irreuerentia cruciarint, reliquum est vt à filijs & ipsi similia expectent, aut certe indigniora. Hoc enim iustum est decernente domino & dicente: Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Huiuscemodi nempe retaliatio illius pars est maledictionis, de qua in dei lege scriptũ est: Maledictus qui non honorat patrem suum, aut matrem suam. Et dicet omnis populus: Amen. Luc. 6. Deut. 27.

Vt autem ad literam euangelicæ lectionis reuertamur, quum dei & virginis filius parentibus obediens descenderet cum eis Nazareth subditus illis, Mariæ matris super his prudentiam & agnoscamus, & agnitam imitari studeamus. Hinc enim consequenter in litera subditur:

Et mater eius cõseruabat omnia verba hæc in corde suo.

Siue quæ intellexit (inquit Beda) siue quæ necdũ in- I

telligere verba Euangelij potuit, omnia suo pariter in corde quasi ruminanda & diligentius scrutanda recondebat. Glossa.

Mariæ prudentia. Considera prudentissimam mulierum Mariam veræ sapientiæ matrem, qualiter scholaris (id est, discipula) sit pueri. Non enim ei vt puero, neq; vt viro, sed vt deo vacabat vlterius, & illius voces & opera, voces diuinas, & opera diuina reputabat. Idcirco nil ex dictis aut actis ab eo illi in cassum patebat. Sed sicut ipsum verbum prius in visceribus, ita nunc eiusdem mores & dicta concipiebat, & in corde suo quodammodo fouebat. Et hoc quod iam secum in præsenti contemplabatur, expectabat in futurum clarius reuelandum. Et his quidem tanquàm regula & lege, per totam vitam vtebatur.

Omnia ergo quæ de domino vel à domino dicta siue acta cognouerat virgo mater, diligentius in corde retinebat, sollicitè cuncta memoriæ commẽdabat, vt quum demum tempus prædicandæ siue scribendæ incarnationis eius adueniret, sufficienter vniuersa prout essent gesta posset explicare quærentibus. Vnde & sanctum Ignatium b. Ioannis Apostoli discipulum legimus ad eam in hunc qui sequitur modum scripsisse:

K Ignatius Mariæ. Cupio te videre, & de Iesu, de quo mihi mira narrata sunt, per te certius instrui, quia omnium gestorum eius tu ipsius genitrix pleniorẽ intelligis veritatem. Hæc ille. Sed & nobis hinc perdiscendum est, quemadmodum verba diuina susc ipere debeamus, sic videlicet vt à nobis conseruentur in corde, & non (vti vulgo dicitur) vt per vnam intrent aurem, & exeant per alteram. Vnde Beda:

Vt Christi verba suscipere oportet. Imitemur & nos fratres piam domini matrem, ipsi quoq; omnia verba & facta domini, ac saluatoris nostri fixe in corde cõseruãdo. Horũ meditatione diurna & nocturna importunos inanium nocentiumq; cogitationũ repellamus incursus, horum crebra collatione & nos & proximos nostros à fabulis superuacuis, & male dulcoratis detractionum colloquiis castigare, atq; ad diuinæ frequentiam laudis accendere curemus. Itaq; Maria hæc omnia in corde suo, & propter se, & propter alios conseruabat. Propter se, vt à filij dictis & factis omni sapientia repleretur. Propter alios verò (vt iam dictum est) vt ipsa post domini in cœlos ascensionem, apostolis & euangelistis syncerius omnia manifestaret. Vnde etiam traditũ est

Nota.

euange-

euangelistam hunc, id est, beatum Lucam ei fuisse familiarem, & hinc plura cæteris euangelistis (prout ab ipsa accepit) scripsisse de conceptione, natiuitate, circuncisione, oblatione in templo, & pueritia Christi.

Circa tertium dicitur:

Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia, apud deum & homines.

L Puer Iesus vt proficiebat.

Hic ponitur admirabilis pueri profectus & crescentia. Iesus (inquit) proficiebat sapientia, & ætate, & gratia. Sed dicat aliquis: Qui fieri posset, vt ipse, qui est vera sapientia, in sapientia proficiat & augeatur, & qui aliis est gratiæ largitor ipse in gratia promoueatur? Sed (vt ait Beda) naturã verę humanitatis indicat, in qua proficere ad tempus voluit, qui in diuinitate idem est, & anni eius non deficiunt. Iuxta hominis quippe naturam proficiebat sapientia, non quidem ipse sapientior ex tempore existendo, qui à prima conceptionis hora spiritu sapientiæ plenus permanebat, sed eandem qua plenus erat sapientiam, cæteris in tempore paulatim demonstrando.

Porrò iuxta hominis naturam proficiebat ętate, quia de infantia ad pueritiam, de pueritia ad iuuentutem, consueto hominibus crescendi ordine peruenit. Iuxta hominis naturam proficiebat gratia, nõ ipse per accessum temporis accipiẽdo quod non habebat (vt iam dictum est) sed pandendo donum gratiæ quod habebat. Vnde Cyrillus: Attende (inquit) quod non dixit proficere verbum, sed Iesum, ne simplex verbum proficere intelligas, sed verbũ caro factum. Et sicut verbum in carne passum fatemur, quàmuis sola caro fuerit passa, quia caro verbi erat quæ patiebatur, ita proficere dicitur ex eo quòd humanitas proficiebat in Christo, ad eum sensum qui iam expositus est. Vbi Theo.

M Iesus vt ætati morẽ gessit.

Nemo scandalizetur, quum audit quòd verbum seipsum humilianit, infima quædam propter hoc de deo verbo sentiens, sed potius misericordiam eius miretur, non ergo scandalizari debet audiendo quòd profecit. Nam sicut pro nobis humiliatus est, sic pro nobis profecit, vt nos in eo proficiamus, qui lapsi fuimus per peccatum. Et rursum: Nemo (inquit) hinc miretur, nam naturalis lex respuit hominem sensu maiore vti, quàm ætas corporis patiatur.

Erat

Erat ſane verbum factum homo perfectum, quum ſit virtus & ſapientia patris. verum quia dandum erat aliquid noſtræ naturæ moribus, ne aliquid extraneum à videntibus reputetur, tanq̃ homo paulatim creſcente corpore manifeſtabat ſeipſum, & quotidie ſapientior ab audientibus & videntibus cenſebatur.

Proficiebat ſecundum ætatem quidem, corpore in virilem ſtatum promoto. Sapientia autem proficiebat per eos, qui ab eo diuina docebantur. Gratia proficiebat in illis, qui cum gaudio per ipſius gratiam promouentur, credentes in fine obtinere quæ ab eo promiſſa ſunt. Vnde
N Grego. Niſe. Differẽter proficit verbum in his, qui ipſum ſuſcipiũt. Secundum enim menſuram illius qui hunc ſuſcipit, apparet aut infans, aut adultus, aut perfectus.

Dicit autem Ieſum profeciſſe apud deum & homines, quia prius decet placere deo, & poſtea hoĩbus. Vbi Beda:

Et bene quum dictum eſt, quia Ieſus proficiebat ſapientia, ætate, & gratia adiunctum eſt apud deum & homines, quia quantum proficiente ætate hominibus ſapientiæ & gratiæ quæ ſibi inerant dona patefaciebat, tantum eos ad laudem dei patris ſemper excitare curabat, peragens ipſe
Mat. 5. quod cæteris agendum præcepit: Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Atq; ideo non ſolũ apud homines gratia & ſapientia proficere dicitur, inquantum ipſi eius ſapiẽtiam gratiamq; potuere cognoſcere, ſed etiã apud deum, inquantũ ad eius laudẽ & gloriã, ſapientiam ac gratiã quam in eo cognouere retulerunt. Hæc Beda.

Dominica ſecunda poſt Epiphaniam Domini.

NVptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ. Ioan. 2.

In hac ſancti Euangelij lectione quatuor ſunt conſideranda. Primum eſt, conuiuij nuptialis celebratio. Secundum eſt, præſente

præsente Iesu vini defectio,ibi: Et deficiente vino. Tertium est admiranda in vinum aquę mutatio,ibi:Dicit mater eius ministris. Quartum est, ingentis signi congrua manifestatio,ibi: Et dicit eis Iesus:Haurite nunc.

Circa primum quod est nuptialis cõiuiũ celebratio tria notantur.Primum est,designatio temporis.Secũdum est præsentia virginis matris, ibi: Et erat mater Iesu ibi. Tertium est, inuitati ad easdem nuptias præsentia Christi cum discipulis,ibi: Vocatus est autem.

Circa primum,quod est designatio temporis,sic dicitur in litera:Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ. Ista cõiunctio,Et,quæ præponitur, ad superiora remittit Lectorem, videlicet hoc modo : Altera die stabat Ioannes,& ex discipulis eius duo.Et respiciẽs Iesum ambulantem,dicit:Ecce agnus Dei.Et audierunt eum duo discipuli loquentem,& sequuti sunt Iesum,&c.quę sequuntur.Et post pauca sequitur:In crastinũ voluit exire in Galilæam,nimirum Iesus,& inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus:Sequere me.Ecce dies secunda. Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ. Vbi est aduertẽdum quòd nõ ociosè,sed certi ratione mysterij Dominus noster duobus diebus quosdam discipulos collegit, tertia verò die miraculum in nuptiis fecit, quo gloriam suam manifestauit,vt crederent in eum discipuli eius.Ipse est enim qui duobus seculi temporibus, scilicet ante legem, & sub lege, paucos de massa perditionis sanctos homines elegit, & tertio tempore, videlicet sub gratia sanctæ ecclesiæ cœlestes nuptias intulit,procedens ipse tanquam sponsus de thalamo suo,vt spirituales filij de illo nascerentur coniugio virginali. A Ioan.1. Miraculũ tempus. Nuptiæ Christi mystice quãdo

Hoc enim & multis prophetarum præconiis prænuntiatum,atque patriarcharum factis fuerat præfiguratum, quòd duæ naturæ,diuina,scilicet & humana,coniungendæ essent in vno Christo, essetq; ipse in sole posituru tabernaculum suum,tanquam sponsus procedens de thalamo suo,Factusq; est in illo virginalis vteri thalamo sponsus sponsæ,id est,creator creaturæ magna coniunctus dignatione. Sequitur. Rupertus.

Et erat mater Iesu ibi.

Hic notatur secũdum,id est,præsentia virginis matris. Et erat,inquit,mater Iesu ibi. Quis nuptiarum harum sponsus fuisse putetur,dicetur in sequentibus. Videtur autem B

Domini

Domini matrem virginem Mariam ad nuptias non fuisse venturam nisi eam cognationis compulisset necessitudo. Vt enim dicit Ambrosius: In publico frequentius videri ei displicebat. Sic antè exurgens abierat in montana, sed non nisi ad propinquam, cuius iam sterilis & ætate prouectæ fœlicem Dei munere conceptū cœlestis ei angelus nuntiarat. Luc. 2.

In eo autem quòd propinquorum nuptiis adesse dedignata non est, magnum (vt dicit Rupertus) & cunctis sanctæ ecclesiæ spectandum ordinibus humilitatis exemplum, veruntamen sacris virginibus nō imitādum, quòd mater Iesu virgineum Domini templum, illibatū sancti spiritus sacrarium non aspernata est carnalium interesse celebritati nuptiarū. Non hoc sacris virginibus imitandū est, quia videlicet tempus aliud, alia persona, locus alius est. Omnia tēpus habēt, dicit Ecclesiastes. Virginibus Deo dicatis, propositū quod ardet in mēte, luceat in veste, radiet in ore, & in publica professione. Matris Domini virginitas cūctos homines latebat, quia videlicet diuulgari illam ratio temporis non sinebat. Neque enim libera tunc esse poterat virginitatis professio, vel prædicatio huiusce exempli, quum adhuc Moyses sub velamine suo declamaret: Maledictus omnis qui non facit semen in Israel. Maluit ergo humiliter præsens cauere scandalum, quàm futuris virginibus immaturum rigidi propositi prębere exemplum, quo plus attolleret supercilium virginum factuarum, quàm instrueret custodiam prudentium, matribus, cæterisq; quę cunctæ viros nouerant, virgo mater in nullo se præferens, matrem vbique se profitens, quod haberet filium, virginitatis autem suæ tacitum conseruans in corde mysterium. Nam sicut incongruum, imò impossibile est tectum domus stabilire, antequam fundamentum, sic impossibile erat ante susceptam fidem incarnationis Christi, præscribere ordinem quo sacræ virgines se à secularibus distinguere debeant. Nunc autem publicum est propositum, publicè datum atq; acceptum est de virginibus cónsilium, & idcirco sacræ virgines maius erundo ad nuptias, quàm talem refugiendo conuentum facerent ecclesię Christi scandalum. Quapropter intus quidem habent prudentes virgines humilitatis vel charitatis oleum, scilicet non contemnendo (quanuis in inferiori gradu stantem) legitimam nubentium licentiam, foris autem

Eccl's. 3. Nū virginibus sacris liceat nuptiis interesse.

1. Cor. 7.

autem,& maximè ad earundem frequẽtiam nuptiarum, lucentes suas lampades non efferunt. Vbi enim citius vẽto miseræ vanitatis extingui possent? Aut vbi properantius in oculis vel auribus suis periclitari queant iuxta exemplum Dinæ filiæ Iacob,quæ idcirco à corruptore inuẽta & cõpressa est,qa leuitate puellari exiuit vt filias ignotæ regionis videret? Nõ enim ita securę esse possunt, sicut illa B.regina cœlorum,quæ virginitatis thesaurum & hominibus habebat occultum,& filij sui forti præsidio,sanctorumq; angelorum fida custodia præmunitum.

Periculum virginibus sacris. Gene.34.

Et erat,inqt,mater Iesu ibi. Mysticè mater Iesu adest, vbi filij sui & sanctæ ecclesiæ spõsę suę nuptiæ celebrãtur. quia profecto vera incarnationis Christi fides non deest omnibus qui harum nuptiarum filij vel contiuæ dici & esse merentur. Marcion,Cherintus,Hebion,aliiq; hæretici,seorsum cõuenticula sua facientes,harum nuptiarũ filij non fuerunt. Non enim ibi erat mater Iesu, quia diuersis quidẽ erroribus, sed eodẽ malignitatis spiritu, fidem incarnationis Christi à suis conuenticulis & cordibus excluserunt. Illic tantummodo harum cœlestiũ nuptiarum solẽnitas celebratur,vbi est mater Iesu,& vbi est mater ecclesia videlicet,vbi quotidie nubentibus Christo mundis animabus,vera incarnationis eius fides prædicatur. Illic vocatus adest Iesus & discipuli eius, sponsus videlicet & amici eius. Vnde subditur:

C

Quib⁹ mater Iesu abest.

Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias.

Et vocatus accedit. Neq; enim(vt dicit Chryso.)ad dignitatẽ respiciebat suam, sed ad beneficiũ nostrũ. Qui enim non dedignatus est formã serui accipere,neq; dedignatus est ad nuptias venire seruorum. Erubescat igitur (inquit Augustinus.)homo esse superbus,quoniã factus est humilis Deus. Ecce inter cætera filius virginis venit ad nuptias, qui quum esset apud Patrem,instituit nuptias. Vnde Beda.

Mira Christi dignatio

Quod Dominus noster atq; saluator ad nuptias vocatus,non solum venire,sed & miraculũ ibidem quo cõuiuas lætificaret facere dignatus est,exceptis cœlestiũ sacramentorũ figuris, etiam iuxta literã fidem rectè credentiũ cõfirmat. Porrò Tatiani & Marcionis cæterorũq; qui nuptiis detrahunt perfidia q̃ sit dãnabilis insinuat. Si enim thoro immaculato & nuptiis debita castitate celebratis

Christ⁹ cur venit ad nuptias

culpa

culpa ineſſet, nequaquam Dominus ad has venire, nequaquam eas ſignorum ſuorum initiis conſecrare voluiſſet. Nunc autem quia bona eſt caſtitas coniugalis, melior cõtinentia vidualis, optima perfectio virginalis, ad compto ſandam omnium electionem graduum, diſcernendũ tamen ſingulorũ meritũ, ex intemerato Marię virginis vtero naſci dignatus eſt. A prophetico Annę viduę ore mox nato benedicitur, à nuptiarũ celebratoribus iam iuuenis inuitatus, & hos ſuæ præſentia virtutis honorat.

Sponſus & ſpõſa myſt.

Sed & ipſe Chriſtus ſpõſus ille eſt de quo paulò antè iã dictũ eſt: In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ, & ipſe tãquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Et ſponſi huius ſpõſa eſt eccleſia, filij ſponſi vel nuptiarum, ſinguli quique fidelium eius ſunt. Tempus nuptiarum eſt tẽpus illud, quãdo per incarnationis myſteriũ ſanctam ſibi eccleſiã ſociauit. Non igitur caſu, ſed certi gratia myſterij venit ad nuptias in terra carnali more celebratas, qui ad copulandam ſibi ſpirituali amore eccleſiam de cœlo deſcẽdit ad terras. Cuius quidẽ thalamus (vt iã dictũ eſt) incorruptę genitricis vterus fuit, in quo Deus humanę naturæ cõiunctus eſt, & ex quo ad ſociandam ſibi eccleſiam tanq̃ ſpõſus proceſſit.

Primus harum nuptiarum locus Iudæa extitit, in qua filius Dei homo fieri, & eccleſiam ſui corporis participatione cõſecrare, ſui ſpiritus pignore in fide confirmare dignatus eſt. Sed vocatis ad fidem gentibus vſque ad fines orbis terrę earundem nuptiarum votiua gaudia peruenerunt.

D Rupertus.

Cæterum quòd Ieſus ad nuptias vocatus venit, non temerè ſpiritualis propoſiti viris eſt imitandum. Nã vbi ratio poſtulat, non ſolũ ad nuptias ire, ſed & idolium frequẽtare irreprehẽſibile eſt. Vbi verò cauſa idonea eſt quæ prohibeat nõ ſolum cũ publicanis & peccatoribus mãducare, ſed vel fratri aue dicere indignũ eſt. Quod nota ſimilitudine diſcernere promptũ eſt. Quàm diu lãguidus ſuimet impotẽs eſt (ſcilicet phreneſim ſiue lethargum paſſus, aut certè paralyſi diſſolutus) tã diu prudẽti & nobili medico laudi eſt, ſi ob viſitandum ægrum ad locum ſibimet indignum accedere, & lectulo paupertatis adſidere non ſubterfugiat, irrogatusq; imò & ab ægro percuſſus, opem gratuitã impendat. At vbi ſenſus menti, vel ſaniras redierit corpori, ſi quid denuo inciderit, ſiue pituita, ſiue grauior tuſſis moleſta fuerit, tunc demum ſuum medicus ho-

Exemplum morale

norem

norem agnoscens, ad sordidas pauperis ęgri casas nō descendit, quia videlicet nota est domus sua in qua requiri vel inueniri possit, iamq; ille ambulare potest, pro seipso loqui nouit.

Ita nimirum quum incarnatus Deus in hunc mundū venit magnus & verus medicus ad magnum ęgrotum iā desperatum descendit, qui non posset ad medicum accedere, vel sciret opem eius implorare, imo quum semiuiuus iaceret, sanum se esse putaret. Sicut ergo non expectauit vt talis in cœlum ascēderet seipsum deducere, sic postquàm descendit, non expectauit, vt peccatores venirent ipsum in synagoga legentem, vel in templo docentem audire, sed ipse prior descēdebat ad illos, cum publicanis & peccatoribus manducās & bibēs, ita vt dicerent Pharisæi: Ecce homo vorax & potator vini, peccatorum & publicanorū amicus. Sic & eius apostoli fecerūt, vbicunq; gentiū doctores missi tanquā ad ęgrotos ignoti venere medici.

Christus medicus benignus.

Matt. 11.

At vbi languorem curauerunt, & viuendi præcepta dederunt, longius se ab eis sequestrauerūt, in quibus per fidem curatis, vicia morum renouata sunt, dicente Paulo: Scripsi vobis in epistola, non commiscēri fornicariis, nō vtique fornicariis huius mundi (id est, nondum ad fidem conuersis) aut auaris, &c. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Et paulò pōst: Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiēs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cū eiusmodi nec cibum sumere. Igitur postquam ad eos qui male habebant accessit medicus, & vocando peccatores ad pœnitētiam sic per fidem curauit eos, vt sciant ipsi, & possint venire ad ecclesiam, iam non est spiritualis propositi viris eundum exēplo domini ad nuptias secularių, sicut eiusdē nihilominus exemplo, nō est publicanis & peccatoribus cōmunicādum, quū ipsius Apostoli cū eiusmodi nec cibū sumere, nec aue eis dicere, eodem Christo in se loquente præceperint.

1. Cor. 5.

Religiosi viri non vadant ad nuptias.

2. Ioan. 1.

Circa secundum principale dicitur: Et deficiēte vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent.

Hic ponit præsente Iesu in nuptiis vini defectio. Vbi duo notātur: Vnum est piæ matris apud filium suggestio. Alterum est filij Dei notanda responsio, ibi: Et dicit ei.

Matris christi pia suggestio.

E Circa primum dictum est, Matrem Iesu ad eũ dixisse: Vinum non habent. Ecce matris apud filium suggestio. Pia mater piissimo filio sine vllius instantiæ importunitate solum proponit defectum, sciens esse satis absque petitione necessitatem insinuasse. Nec mirum, ipsa enim (vt dicit Rupertus) optabat conuiuantibus fieri mediatrix cœlestis beneficij, ne illorum deuotio qui se inuitauerãt, fructu suo careret, néve hilaritatem præsenti rei competentem, importuna penuria contristaret.

Cur inuitati, Iesus & mater eius. Ioan. 1. Credendum nanque est, quòd pia deuotione dominum Iesum matremq; eius ac discipulos inuitauerint, præsertim quum famam eorum quæ de ipso dici iam cœperant, non ignorare possent. Nam & ex eodem vico erat Nathanael, qui die præcedenti illum agnoscens dixerat: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Vnde & signanter Euangelista quum dixisset: Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, et erat mater Iesu ibi, distincte subdidit: Vocatus est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias.

Vt intelligas, iam impletis nuptiis discumbentium, iam considentibus conuiuis, consulto factum esse vt vocaretur Iesus, tanquam homo sanctus, velut propheta magnus, cuius benedictio posteritati nubẽtium, vel toti cœtui conuiuantium profutura non frustra speraretur. Igitur beata virgo vt illorum qui se inuitauerant, remuneret deuotionem, sciens in carne sua quam pepererat, rerum omnium creatricẽ habitare Dei virtutem, dicit filio suo, Deo suo: Vinum non habent.

F Mariã quid mouit vt suggereret. Vbi secundũ Chrysost. dignũ est quærere vnde venit in mentem matri magnum quid imaginari de filio. Neq; enim antè miraculũ fecerat. Sed reuelari incipiebat à Ioanne, & p ea quę Ioãnes de illo ad discipulos suos iã dixerat. Sed & ante hęc oĩa, ipsa cõceptio, & ea quę post natiuitatẽ facta sunt, maximã ei de puero imposuere ęstimationẽ. Vnde Lucas dicit: Maria cõseruabat oĩa verba hæc cõferens in corde suo. Quia tamen ante nullũ ab ipso miraculum fieri viderat, sed vt vnus multorũ eatenus fuerat conuersatus, non præsumebat mater aliquid tale ei proponere. Verum audito quòd Ioannes ei testificatus est, & quòd discipulos iam haberet, de reliquo confidenter rogat, dicens: Vinum non habent.

Luc. 2.

Compassa est enim (inquit Bernar.) eorũ verecundię, sicut misericors, sicut benigniſſima. Quid enim de fonte pietatis procederet nisi pietas? Quid mirum si pietatem

exhibent viscera pietatis? Nónne qui pomũ in manu sua tenuerit dimidia die, reliqua diei parte pomi seruabit odorem? Quantum igitur viscera illa virtus pietatis adfecit, in quibus nouem mensibus requieuit. Nam & antè mentem repleuit quàm ventrem. Et quum processit ex vtero, ex animo non recessit. Simile.

Circa secũdum, quod est ad petitionem matris Christi notanda responsio, sequitur:

Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea.

Sic dilectæ genitrici dispensatiuè respondendo, hæreticos illos confutauit, qui Christũ ante Mariã fuisse negãt. Diuinitas quippe quę in illo humanitatis suæ templo latebat, & nunc sese ad facienda miracula paululum exerebat, veraciter hoc dicere poterat: Quid mihi & tibi est mulier? Quia videlicet iam tunc in auribus eius hæreticorum blasphemiæ personabant, qui dicturi erant, quia Christi totum initium ex Maria est. G Cur matri sic respõdit Christus.

Itaq; vnius eiusdẽq; personę naturã geminã duabus his exprimit breuibus sentẽtiis. Diuinã scilicet: Quid mihi & tibi est mulier, humanã verò quũ protinus subiũgit: Nondũ venit hora mea. Nã qui secundũ diuinitatẽ sine tẽpore & sine matre est, secũdũ humanitatẽ tẽpora & horas, nõ fatales secundũ mathematicos, sed quas ipse sibi posuit, habere nascẽdo & moriẽdo dignat⁹ est. Absit aũt vt matrem suã inhonoraret, qui iubet patrẽ & matrẽ honorare, aut eam sibi matrem esse negaret, ex cuius carne virginea carnem ipse suscepit. Sed in eo quod miraculũ facturus ait: Quid mihi & tibi est mulier, significat se diuinitatis, qua miraculũ erat patrãdum nequaq; ex matre principiũ tẽporaliter accepisse, sed per ęternitatẽ semper habuisse cũ patre. Bene ergo ait: quid mihi & tibi est mulier, cui ex diuinitate, quã ex Patre semper habui cũ tua carne ex qua carnẽ suscepi, cõmune nihil est. Nondum, inqt, venit hora mea, quasi dicat secũdũ Chrysost. Nondũ cognit⁹ sum his qui adsunt. Sed neq; sciũt quoniã defecit vinum. Sine eos primum hoc sentire. Qui enim necessitatẽ non præsensit, neque beneficij grandem susciepiet sensum. Cæterum ne quis ex hac Christi responsiõe rapiat sibi occasionẽ erroris, sanã verbi intelligẽtiã amplectat. Vnde Augu. Videte, inqt, ne fortè quomodo inuenerũt Manichęi occasionem Christi deitas non ex matre. H

perfidiæ ſuæ, quia dixit Dominus: Quid mihi & tibi eſt mulier? ſic inueniãt & Mathematici occaſionem fallaciæ quia dixit: Nondum venit hora mea. Dicunt enim: Videſ quia ſub fato erat Chriſtus, qui dixit: Nondũ venit hora mea. Credãt iſti Deo dicẽti: Poteſtatẽ habeo ponẽdi aĩam
Ioan.10. meam, & iterũ ſumẽdi eã, & quærant quare ſit dictũ: Nondum venit hora mea. Nec ideo ponant iam ſub fato conditorem cœli. Quia ſi eſſet fatum de ſideribus, non poterat eſſe ſub neceſſitate ſiderum conditor ſiderum. Quod fatũ nõ modo Chriſtus nõ habuit, ſed nec tu, nec quiſquã hoĩm. Quare ergo dixit: Nondũ venit hora mea? Præter intellectũ iam expoſitũ, reſpõderi poteſt, quia in poteſtate habebat quãdo moreretur, ſed nondũ videbat eſſe oportunum, vt illa poteſtate vteretur. Vocãdi erãt diſcipuli, annũ tiandũ erat regnũ cœlorũ, & faciendæ erãt virtutes, commendãda erat diuinitas domini in miraculis, cõmendãda humanitas eius in ipſa perpeſſione mortis. At vbi tantũ fecit, quantũ ſufficere iudicauit, venit hora nõ neceſſitatis, ſed volũtatis: nõ coactionis, ſed poteſtatis, qua qd ſibi & matri cõmune eſſet, oſtẽdat, quũ hanc moriturus in cruce diſcipulo virgini, virginẽ cõmendare curabit. Carnis nanque infirma perpetiens, matrem de qua hæc ſuſcepit piè cognitam, ei quem maximè diligebat, diſcipulo cõmendauit, quam diuina facturus, quaſi incognitã ſe noſſe diſſimulat, quia hanc diuinæ natiuitatis autorem non eſſe cognoſcit.

I Matrẽ quãdo Chriſtꝰ ignorat.

Porrò ante hac (vt dicit Rupertus) nõ inuenitur matrẽ ſuam ignoraſſe Dominus Ieſus, ſed fuit ſubditus illi. Nunc autẽ vbi miracula facere incipiens ad hoc ſe præparat, vt paulo poſt per ciuitates & caſtella circumeat, annũtians regnum Dei, dicit eidem matri ſuæ: Quid mihi & tibi eſt mulier? Cui ſimile eſt illud quod apud aliũ euange-
[Matt.12. liſtam loquente eo ad turbas, quum dixiſſet ei quidã: Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes loqui tibi, reſpondit: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extẽdens manũ in diſcipulos ſuos dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt.
Act.1. Itaque fecit ipſe prior, quod nobis præcipit faciẽdum. Cœpit enim Ieſus facere & docere. Præcepit autem ei qui ſe ſe dignus eſſe cupit, vt propter euangeliũ patrẽ matremq; relinquat, & renuntiet omnibus quæ poſſidet. Et quidem

hoc pri

hoc primus ipse fecit. Quia descendens à Patre, quum diues esset, pro nobis pauper factus est, domũ quoque & matrem & affines carnis suæ deserens, ad euangelizandum pauperibus exiuit.

Quoniã igitur opus dei omnino prẽferendũ est curę carnis, quãdoquidẽ hãc & cętera oĩa, & propriã quoq; animã negligere exigit, patet qa is nullatenus aduersus legẽ facit quę dicit: Honora patrem & matrẽ. Nam eadem lex quæ hoc dicit, rursus eadem authoritate & eodem spiritu loquitur: Qui dixerit patri suo vel matri suæ: Nescio vos, & fratribus suis: Ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt legem tuam, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel. Ponent thymiama in furore meo, & holocaustum super altare meũ.

Opus Dei vt præferendum.

Deut 5.

Deut. 33.

Magis ergo vt legem perfectè Dominus impleret, matrem saluo eius honore nesciuit. Quia profecto nulla est exhonoratio patris vel matris, dum eis non quælibet causa, sed solius præfertur honor vel opus Dei. Cui videlicet magno & necessario salutis operi Iesus intentus, nesciturum se matrem suam profitetur, donec eodem opere peracto dicat ei: Mulier ecce filius tuus, quod videlicet in hora mortis suæ dicturus erat, sicut iam dictum est.

K

Ioan. 19.

Bene ergo quum dixisset: Quid mihi & tibi est mulier, protinus addidit: Nondum venit hora mea. Ac si diceret: Ex quo ad baptismum veni, & in desertum exiui, destitutam te esse præsentia mea materno adfectu suspirasti, nunc habes me in his nuptiis, & gaudes quòd præsentia mea frueris, sed adhuc tempus imminet, vt magis ac magis te relicta non desinam circumire per ciuitates & castella. Quum autem tempus aduenerit vt cum vita præsenti finiam opus quod cœpi, ab hac expeditione redeuntem, vulneratum me & morientem recipies. Nunc interim tantum impendet onus cœlestium negotiorum, vt non vacet perpendere quod maternis adfectibus tuis debeam. Nec enim habeo facere voluntatem meam, sed impositam à Patre perferre obedientiam. Qualem mandati eius necessitas adduxerit, talẽ me filium tuum in illa hora ostendam tibi.

Matrẽ Christus quãdo agnoscit.

Et hæc quidem dicta non ad illud respondit quod dixerat mater: Vinum non habent, sed ad interni desiderij eius clamorem vehementem in aures suas altè personantem, quia faciem eius semper ardebat videre præsentem.

Nam conuiuas, quorum deuotione inuitatus fuerat non minus quàm ipsa suo volebat beneficio lætificare, maxime ob vtilitatem illorum quos hoc viso miraculo nouerat in se esse credituros.

Ad nuptias vt & ipsi vocamur.

Cęterum vt ex his quę dicta sunt moraliter informemur, intelligamus omnes nos ad spirituales nuptias esse vocatos, in quibus vtique sponsus est Christus, sponsa verò nos ipsi sumus, ita vt simul omnes vna spōsa, & nihilominus animæ singulorum quasi singulę sponsæ. Multum autem (vt dicit Bernardus) est hæc sponsa sponso suo inferior genere, inferior specie, inferior dignitate. Attamen propter Æthiopissam istam, de lōginqno filius æterni regis aduenit, & vt sibi desponsaret illam, etiam mori pro illa non timuit. Moyses quidem Æthiopissam duxit vxorem, sed non potuit Æthiopissæ mutare colorem. Christus vero quam adamauit ignobilem adhuc & fœdā, gloriosam sibi exhibebit ecclesiam, non habentem maculam neque rugam. Sed vnde tibi hoc anima humana, vnde tibi tam inæstimabilis gloria, vt eius sponsa merearis esse, in quem desiderant angeli prospicere, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, ad cuius nutum vniuersa mutantur. Quid retribues Domino pro omnibus quæ retribuit tibi, vt sis socia mensæ, socia regni?

Num. 12. Animæ fideli quāta fit gratia. Ephes. 5.

Vide quibus brachiis vicariæ charitatis redamādus & amplectēdus sit, qui tanti te æstimauit, imò qui tanti te fecit. De latere enim suo te reformauit quādo propter te obdormiuit in cruce, & ob hoc somnum mortis excepit. Propter te à Deo patre exiuit, & matrem Synagogam reliquit, vt adhærens ei vnus cum eo spiritus efficiaris. Et tu ergo audi filia, & vide quanta sit erga te dignatio Dei tui, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Desere carnales adfectus, seculares mores dedisce, à prioribus vitiis abstine, consuetudines noxias obliuiscere. Quid enim putas? Nónne stat angelus Domini vt secet te mediam, si fortè (quod auertat ipse) alterum admiseris amatorem? Iam enim desponsata es illi, iam nuptiarū prandium celebratur, nam cœna quidem in cœlo & in aula æterna paratur.

Sponsa monetur.

M Veruntamen nunquid ibi vinum deficiet? Absit. Inebriabimur ibi ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis eius potabimur. Hic autē nobis nōnunquā vinum deficit

deficit, gratia scilicet deuotionis, & feruor charitatis. Itaq; exoranda nobis est mater misericordiæ, vt suggerat benignissimo filio suo de nobis, & dicat: Vinum non habent. Si enim piè à nobis pulsata precibus fuerit, non deerit necessitati nostræ, quoniam misericors est & mater misericordiæ. Nam si compassa est verecūdiæ illorum à quibus fuerat inuitata, multo magis compatietur nobis, si piè fuerit inuocata. Placent enim illi nuptiæ nostræ, & pertinēt ad eam multo amplius illis, nimirum de cuius vtero tanquàm è thalamo suo cœlestis sponsus processit. Cur nobis exoranda Christi mater.

HOMILIA ALTERA.

Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit vobis, facite. Ioan. 2.

In hac parte euangelicæ lectionis de duobus restat dicendum, quorum primum est admiranda in vinum aquæ mutatio. Secundum est, ingentis signi cōgrua manifestatio. Ibi: Et dicit eis Iesus: Haurite nunc.

Circa primum duo notantur. Vnum est prouidæ matris fidelis admonitio. Alterum est, patrando miraculo cōueniens occasio. Ibi: Erant autem ibi.

Circa primum dicit euangelista. Dicit mater eius, nimirum domini Iesu Maria, ministris: Quodcunq; dixerit vobis, facite. Ecce quemadmodum verba virginis matris *consona sunt* verbis patris cœlestis de nube tonantis: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite.* Simile est enim quod beata mater nunc dicit ministris: Quodcunq; dixerit vobis, facite. Putemus eā hoc idem & nobis dicere, & verbum eius sine vlla constatione mēte & opere complectamur. Est enim informatio salutaris, monitio fidelis & perutilis: Quodcunq; dixerit vobis filius meus Iesus, facite. A Matris verba vt cōsona verbis patris. Mat. 17.

Itaq; (vt dicit Ruper.) volūtatis dñi cōscia, & de potētia eius nō dubitās, oportuna cōmonitione ministrorum animos præparat, videlicet ne id quod præceptura erat, amētię deputarēt, nondū eius experti virtutē, nā & propinqui eius quū apostolos eligeret, & noīa quibusdā mutata imponeret, exierūt vt tenerēt eū, dicētes: quia in furorem versus est. Itaq; sollicita præmonet, vt non diffidentes, aut etiam irridentes, indigni fierent gratia miraculi, sed præcepto parentes viam facerent manifestandæ gloriæ dei. Mater Iesu cur monet ministros. Mar. 3.

Vnde patet quo animo dei filius maternæ ſuggeſtioni reſpondens dixerit: quid mihi & tibi eſt mulier? Vnde Bernardus: Manifeſte (inquit) iam video, quòd non velut indignans, aut confundere volens virginis matris teneram verecundiam dixeris, quid mihi & tibi, quum venientibus ad te iuxta matris præceptum miniſtris, nihil cunctatus facias quod illa ſuggeſſit. Quid ergo ſibi hoc voluit: Quid mihi & tibi eſt mulier? Nonne quod filio & matri?

Mundũ relinquentes curã parentũ deſerãt.

Sed nouerat ille cui loqueretur, & quis loqueretur illa non ignorabat. Et quidem propter nos talis eſt reſponſio data matri, videlicet: vt conuerſos ad dominum iam non ſollicitos faciat carnalium cura parentum, & neceſſitudines illæ non impediant exercitium ſpirituale. Quàm diu enim de mundo ſumus, debitores nos conſtat eſſe parentibus, at poſtquàm reliquimus noſmetipſos, multo magis ab eorum ſollicitudine liberi ſumus. Vnde & legimus fratrem quendam in heremo conuerſantem, quum ad eum carnalis frater auxilij petendi gratia aduentaſſet, reſpondiſſe, vt adiret alterum fratrem eorum, quum iſte vtiq; iam obiiſſet. Quumq; admiratus qui venerat reſponderet, quia ille obiit, heremita ſe quoq; ſimiliter obiiſſe reſpondit.

Circa ſecundum, quod eſt patrando miraculo conueniens occaſio, conſequenter in litera ſubiungitur:

Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas vel ternas.

B

Propter matris honorem, & ne eius petitionẽ finaliter aſpernari videretur, neq; eam tot præſentibus faceret erubeſcere (miſerat enim ad eũ miniſtros, vt à pluribus fieret petitio) ſignum erat patrandum, & acquieſcendum erat flagitãti. Et attẽde quo ordine ad miraculũ ventũ eſt.

Purificationes Iudæorum.

Erant (inquit) ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum. Purificationes Iudæorũ multiplices erant, aliquæ nempe à Moyſe, plurimæ autem ex traditione Phariſæorum, de quibus in Euangelio ſecundum Marcum dicitur: Phariſæi niſi crebro lauent manus ſuas non manducant, tenentes traditiones ſeniorũ. Et à foro, niſi baptizentur non comedunt. Et alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis ſeruare baptiſmata calicum, & vrceorum, & cramentorum, & lectorum. Ob huiuſmodi

Mar. 7.

ergo

ergo purificationes, vt aqua esset in promptu, hydriæ po-
nebãtur, quæ in hac domo lapideæ fuisse referũtur, erãtq; vasa sic appellata, q̃ essent destinata aquæ receptui. Hydor enim Græce, Latine aqua dicitur. Quod idcirco (secundum Chryso.) prouisum fuisse creditur, ne quidã infidelium suspicarentur quoniam fece intus remanente, deinde aqua immissa vinum tenuissimum factum esset, propterea ait, secundum purificationem Iudæorum, ostendẽs q̃ illa vasa nunq̃ vini receptacula facta fuerant.

Quod autem ait binas vel ternas, non ita accipiendum est (secundum Bedam) q̃ aliæ binas, aliæ ternas, sed eædem ipsæ singulæ caperent binas, vel etiam ternas.

Metretas (secundũ Augu.) dicit mensuras quasdam, tanq̃ si diceret vrnas, amphoras, vel aliquid huiusmodi. Nomen enim mensuræ est metreta, & à mensura accepit nomen ista species mensuræ. Metron enim dicunt Græci mensuram, vnde appellatæ sunt metretæ. Sequitur:

Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq; ad summum.

C

Christũ nihil fecisse de nihilo.

Hic notandũ est q̃ dñs nec de nihilo vinum, quo cõuiuas lętificaret, nec de nihilo panem fecit, quo turbas esurientes satiaret, nec aliquid omnino in tota suorum serie signorũ de non existentibus fecit, sed vel existentia in maius & melius prouexit, faciendo de aqua vinum, & panes quinq; aut septem multiplicando in satietatem multorũ milium, vel corrupta in integrũ reformauit, infirmos curando, vel destituta restituit, mortuos resuscitando, de nihilo autem non operatus est aliquid. Qui enim viuit inæternum, creauit omnia simul. Simul quippe omnia, id est, prima rerũ elementa de nihilo creauit, sex autem diebus operatus rerum omnium species, non de nihilo creauit, sed ex eisdẽ elementis verbi imperio formauit. Et die quidem septimo requieuit ab omni opere quod patrarat, scilicet vt nullã deinceps nouã speciẽ produci iubeat. Operatur tamen vsq; modo, dũ easdẽ gubernat & multiplicat, maximeq; humanum genus quod in melius promouet. Ecci.18.

Igitur vinum daturus incõmutabilis dei filius non de nihilo creauit, sed de cõpetenti elemento fecit, scilicet de aqua, quã singulis annis per vites à radicibus ascẽdentẽ in vinũ cõuertit, pręcepto quod posuit, & nõ pręteribit, quod qualiter fecerit credi potest, inuestigari nõ potest.

Quærit Chry. quare antequàm impleſſent hydrias aqua, nõ fecit ſignũ, quod multo mirabilius eſſet: Videlicet quia aliud eſt ſubſtantiã in aliã qualitatẽ (ſubaudiendũ eſt, eſſentialem) trãſmutare, & ipſam ſubſtantiã ex nihilo facere, quod quidẽ mirabilius eſt, ſed nõ ita videtur credibile multis. Propterea enim multotſes à miraculorũ magnitudine abſtinet, volẽs magis credibile eſſe quod fiebat. Quo etiã peruerſa Manichæorũ dogmata euertit, qui mundi cõditorẽ aliũ eſſe dicũt, propter hoc plura miraculorũ ſuorũ ex ſubiectis ſubſtantiis facit. Si enim contrarius ei eſſet qui conditor eſt mundi, non vtiq; alienis vteretur ad propriæ virtutis demonſtrationem. Proinde non tam eſt mirabile quòd hoc facere potuerit deus, quàm quòd is qui hoc facere poſſet deus erat homo factus.

Chriſtus vt à magnitudine ſignorũ abſtinet.

D

Cæterũ vt perpẽdamus quid in his corporalibus nuptiis ſignificatum ſit quòd ad illas pertineat myſticas nuptias quę ſunt Chriſti cũ eccleſia, notandũ nobis eſt aliquid horum tunc factum, aliquid exinde futurum.

Defectꝰ vini myſtici.

Nam per id quod vinũ defecit, ſignificatũ eſt aliquid quod factũ fuerat, videlicet, q̃ beatitudo vel incorruptio, quæ humano generi ab initio data fuerat peccante primo parente defecerat. Sic enim homo conditus eſt, vt ſi vellet poſſet non peccare, & poſſet nõ mori, quandoq; ſine morte peruenturus ad hoc quod melius & perfectius eſt, ſcilicet non poſſe peccare, & non poſſe mori. Peccando autem eò decidit, vt non poſſet carere peccato, & non poſſit non mori. Vinum ergo deficit, quia collatæ gratiæ beatitudine priuata eſt miſerabilis natura hominis.

Hydriæ, qd myſt.

Illud quoq; iam factũ fuerat quod ſignificatũ eſt per ſex hydrias lapideas aqua impletas. Nam ſenarius hydriarũ numerus perfectus, ſanctos patres vniuerſos deſignat, qui diuerſis temporibus, id eſt, ſex mundi ætatibus diuiſi, ſuo quiq; tempore aqua ſapientiæ ſalutaris impleti ſunt. Mentes namq; illorum velut hydriæ lapideæ fuerunt, ſcilicet fide ſtabiles, ingenio capaces.

Sapientia patribꝰ inę qualiter data.

Capiebant autem ſingulæ metretas binas vel ternas, quia videlicet quum vna fuerit omnium fides, non omnibus eadem, vel æqualis data eſt ſapientiæ menſura. Plus enim indicatum eſt (verbi gratia) Moyſi quàm Abrahæ, Ipſi Dauid quàm Moyſi, quod ex ipſis ſacræ ſcripturæ verbis patenter oſtẽditur. Quis enim neſciat quia Abraham cum deo loquutus eſt? Et tamen ad Moyſen dominus dicit:

cit: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, & nomen meũ Adonay non indicaui eis. Ecce plus Moysi quàm Abrahæ innotuerat, qui illud de se Moysi indicat, quod se Abrahæ non indicasse confirmat. Gene. 17. Exo. 3. & 6.

Psalmista quoq; quum dixisset: Quomodo dilexi legem tuã domine, tota die meditatio mea est, subsequutus adiunxit: Super omnes docentes me intellexi. Et iterum: Super senes intellexi. Qui ergo legem se meditari memorat, & super omnes docentes se, & super seniores se intellexisse testatur, quòd diuinam scientiã plus q̃ Moyses acceperit, manifestat. Et ita impletur quòd scriptum est: Quia pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Dan. 12.

Igitur non vna vel æqualis est hydriarum huiusmodi capacitas, quia diuini nominis trinitatem, vel cætera diuinitatis mysteria non omnes coæquali perceperunt gratia. Et omnis quidem illa sapientiæ salutaris aqua, de plenitudine huius sumpta est, qui nunc loquitur, dicens: Implete hydrias aqua. Sed tamen erat aqua pallens & frigida, neq; naturam humanam in pristinũ vigorem restituere poterat. Illa namq; Mosaica lex, illa dei dona nihil ad perfectum adduxerant, quia peccatorum remissionem, & resurrectionem carnis generi humano conferre non poterant, solamq; occidentem legis literam, non viuificantem spiritum accipiebant.

Proinde, futurum aliquid per ea quæ in his nuptiis acta sunt significabatur. Nam per hoc quòd aqua in vinũ conuersa est significata est illa quæ transeunte vmbra legis & figuris ceremoniarum facta est, & quę tunc fieri cœpit per Iesum Christum gratia & veritas, per quam naturæ nostræ infirmitate sanata, quicunq; baptizati spiritu sancto iam prima resurrectione reuiximus, & in secundã beata spe transpositi sumus, ipso sensum nobis aperiente, spiritalem in scripturis rationem intelligimus. E

Erant (inquit) ibi lapideæ hydriç sex positæ, secundũ purificationem Iudæorum. Mystice has nunc hydrias purificandis veris Iudæis, nõ litera, sed spiritu, necesse habemus apponere, vel magis adpositas demonstrare. Quia enim (vt ait Bernar.) nondum peruenit ecclesia ad perfectã purificationẽ, qñ sibi Christus eã exhibebit gloriosam nõ habẽtẽ maculã neq; rugã, aut aliquid huiusmodi, multis interim purificationibus opus habet, qñ nemo mũdus à sorde, nec infans cuius est vnius diei vita super terram. Hydriæ purificationis sex, mora.

Nunc

Nunc ergo abluitur nunc purificatur sponsa, vt in cœlestibus illis nuptiis spōso suo sine omni macula præsentetur.

F

1.Ioan.1. Peccata cōfitenda.

Quæramus ergo hydrias sex in quibus hæc ablutio Iudæorum, id est, confitentium, purificatio fiat. Nam si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est, quæ sola liberat, sola saluat, sola lauat. Quòd si confiteamur peccata nostra, non deerunt veris Iudæis purificationis hydriæ, quoniam fidelis est deus, qui dimittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate. Inquinatus aliquādo fuisti culpa aliena, vnde te aliena lauit aqua, ea scilicet quæ cum sanguine de aperto Christi in cruce latere manat. Nunc autem inquinatus culpa propria, etiam aqua propria munderis necesse est, ab illo tamen & per illum qui solus est purgationem faciens peccatorum.

Eze.18. Secūdū. y. Luc.11. Mat.6.

Prima ergo hydria & prima purgatio in cōpunctione cordis est, de qua legimus: Quoniam in quacunq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius nō recordabor. Secunda verò, confessio est: Omnia siquidem in confessione lauantur. Tertia, eleemosynarum largitio, dicente domino in Euangelio: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quarta, est remissio iniuriarū, secundum quòd orantes, dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quinta est, adflictio corporis, vnde & oramus, vt mundi per abstinentiam deo canamus gloriam. Sexta est, obedientia præceptorum, sicut audierunt discipuli, quod vtinam audire mereamur & nos: Vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis. Nimirum, quia non erant sicut hi quibus dicitur: Sermo meus non capit in vobis, sed magis in auditu verbi obaudierant ei.

Ioan.15. Ioan.8.

G

Hydriæ vacuæ, &c.

Eæ sunt sex hydriæ positæ in purificationem nostrā, quæ vacuæ sunt & plenæ vento, si pro inani gloria obseruantur. Aqua replentur, si in timore dei custodiantur, quoniam timor dñi fons vitæ. Aqua (inquam) timor dñi est, & si minus sapida, sed optime refrigerans animā noxiis desideriis æstuantem. Aqua est quæ iacula inimici ignita possit extinguere, sed diuina virtute aqua mutatur in vinum, quādo perfecta charitas foras mittit timorē. Dicuntur autem lapideæ hydriæ, non tam propter duritiam, quàm stabilitatem.

Capientes singulæ metretas binas vel ternas. Duæ metretæ

tretæ duplex timor, ne fortè trudi in gehennã, ne fortè ab æterna vita contingat excludi. Sed quia de futuro contingente sunt ista, & blandiri sibi potest anima, dicens: Postquam aliquandiu in voluptatibus tuis vixeris, ages pœnitentiam, nec ista iam carituras, nec perituras in illa, bonũ est adhibere & timorem tertium. qui vtique spiritualibus notus est, & eo vtilior quo de præsenti est. Timent enim qui nouerũt spiritualem cibum, nequando fortè fraudentur eo. Cibo siquidem forti egent, qui manum miserũt ad fortia. Viuãt de paleis Ægypti qui deseruiunt in operibus luti & lateris, nobis fortior cibus est necessarius, quoniam nobis grandis restat via, vt ambulemus in fortitudine cibi illius. Ipse est pauis viuus, panis angelorum, panis quotidianus. Hic est de quo nobis promissum est, quia centuplum accipiemus in hoc seculo. Sicut enim mercenariis quotidianus cibus datur in opere, & merces seruatur in fine, sic Dominus vitã æternam in fine reddet, & interim cẽtuplum repromittit & exhibet. Timor duplex.

Optimus sanè iste timor, quo metuit homo excludi à gratia. Et quidem omnis timor Domini sicut aqua extinguit ignem sic extinguit peccati cõcupiscentiam, sed is maxime quum ad omnẽ tentationem statim occurrit, ne fortè contingat amittere gratiam vt sibi derelictus homo labatur quotidie de malo in peiꝰ, de periculo minori in grauiorem culpam, quales vtique multos videmus, qui quum in sordibus sint sordescunt adhuc. Nam aduersus timorẽ istum non est vnde sibi blandiatur anima, siue de minori fortè quantitate peccati, siue de emendatione futura. Talibus enim blandimẽtis impediuntur aliquãdo duo prima genera timoris. Præcipit ergo & nobis Dominus, vt hac aqua hydrias impleamus. H Timor optimꝰ

Cauendum verò nobis est ne quãdo (sicut dictum est) sint vacuæ & plenæ vento, si quis tamen adeò insanus est vt per studium vanitatis in eo hæc sex quę dicta sunt contra peccati morbum remedia, mercede perpetua vacuẽtur, & similis habeatur virginibus fatuis, in quarum vasis oleum nõ habetur. Interdũ autẽ (quod peius est) plenæ quidem sunt hydriæ, sed plenæ veneno, quod est inuidia, murmur, rancor animi, & detractio. Propterea ne fortè subintrent ista dũ vinum deest, iubemur implere hydrias aqua, vt obseruẽtur mandata Domini in timore, donec largiente Domino impleãtur omnia feruore spiritus & iocunda deuo- Hydriæ plenę vẽto, aut veneno.

deuotione. Hæc post Bernard.

Munificentia Christi.

I Sed ab hac digressione ad historiam gratiæ est redeundum. Vbi primum occurrit agnoscenda nobis larga munificentia Dñi saluatoris, qui nō solum bona largitur immeritis, sed & plura plerūq; largitur, q̄ fuerat rogatus, illis longe dissimilis, qui grandia pollicētur, exigua autem vel nulla præstant. Dominus enim qui ad primam piæ matris suæ suggestionem quominus multa promitteret, quasi detrectanti similis videbatur, non verbis, sed re ipsa largitatis suæ gratiam ostendit. Nam hydrias vsq; ad summū impleri aqua iubet, quatenus aqua in vinū efficacia suæ virtutis mutata, has nō semiplenas, sed vsq; ad summū oppletas vino, conuiuantibus exhiberet.

Christi potētia singularis.

Mat. 12 Verē ergo ecce plus q̄ Iona hic, aut plusquā Salomon, sed & plus quàm Moyses, aut aliquis omnino sanctorum. Nam, vt taceam, q̄ quando vel quomodo voluit natus est, q̄ qñ vel quomodo voluit mortuus est, & resurrexit, & in cœlū ascēdit, vt interim hæc maiora taceam, quis oīm sanctorū per quos signa & ostēta facta sunt, sola volūtate vel imperio fecit aliquod signum? Moyses clamando ad Dominū, ita vt diceret ei Deus: Quid clamas ad me? fecit in Exo. 14 Ægypto signa. Clamādo ergo, id est, nō sua potestate vtendo, sed alieno imperio, virga percutiens diuisit aquas, hic autem solo nutu, sola voluntate, sedēs & tacens in vinum bonū conuertit illas. Vnde iam cōsequenter est dicēdum.

Circa secundum dicitur:

Et dicit eis IESVS: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt.

K Hic ponitur patrati signi congrua manifestatio. Vbi tria notantur. Primum est, Christi ad ministros præceptū geminum. Secundum est, Architriclini ignari de facto vino iudicium, ibi: Vt autem. Tertium est, Signorum Christi fructuosum exordium, ibi: Hoc fecit initium.

Primū, id est, geminū præceptum à Christo ministris datū patet in eo quod dictū est: Haurite nūc, & ferte architriclino. Nimirū duo præcepit. Vnū, vt haurirēt. Alterū, vt ferrēt architriclino. Architriclinus dicitur is qui est spōsi amicus, qui sponso vacāte, & à cunctis feriato negotiis, nuptiali conuiuio præest, res necessarias prouidet, conuiuantibusq; & vniuersæ domui præeminet. Triclinium verò cœnaculū est vel aula tres mensarū ordines habēs. Architri-

Rupert⁹. Architriclinus.

clini-

triclinus ergo, princeps vel præstantior est triclinij. Huic iubet primo propinari vinū ex aqua factū, vt lucerna tam splendidi ac iocundi miraculi nō lateret, sed tanquā in fastigio nuptialis cōuiuij posita, claritatē suam latius ab alto diffunderet, totamq; domū serenans, & vniuersos qui aderant cōuiuas lætificās, fidem illorū propter quos maxime factum fuerat, alacrius accenderet. Quod & factum est.

Cur ferri iubet architriclino.

Ad hæc, secundū Chrysostomū, quia possent aliqui dicere q̄ cōuiuæ iam ebrij erāt, & sensum iudicātium corruptus, vt nescirēt vtrum aqua vel vinū esset, hi autē quibus ministratio cōuiuiorum credita est, maxime vigiles sunt, vnū opus habentes vt ornatē & ordinatē oia disponātur, ideo in testimonium eorū quę fiebāt dixit Christus: Ferte architriclino, & nō dixit: Propinate recumbentibus.

Circa secundum, quod est de facto vino architriclinī iudicium, subditur:

Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.

L

Secundum Chrysostomum, paulatim Dominus volebat cognosci suorū virtutem signorū, & ideo neq; ipse reuelauit quod factum est, neq; ministros architriclinus vocauit. Non enim esset eis creditū puro homini existimato tanti signi testimonium reddētibus, sed vocat sponsum q̄ maxime poterat cōspicere quod fiebat. Et dicit ei: Omis homo primū bonum vinū ponit, & cætera q̄ sequūtur. Ergo nō simpliciter Christus vinū fecit, sed vinū optimū fecit.

Quo ordīa miraculum innotuit.

Talia enim sunt CHRISTI *miracula, vt multo his q̄ per naturā fiunt sint prę stātiora. Igitur aqua quę miraculo præexistebat, ministros habuit testes. Ministri, inquit, sciebāt qui hauserant aquam architriclino nesciente: vinum autem & quidē bonum, testes habuit architriclinū & sponsum. Probabile est autē sponsum aliquid respondisse, sed Euāgelista hoc prætermittit, solū id tangēs quod necessarium est, scire scilicet quoniam aquam vinum fecit.*

De hoc

Signi huiꝰ cõsideratio.

De hoc tam insigni miraculo beatus Augustinus. Hoc Domini miraculum, inquit, quo de aqua vinum fecit non est mirum eis qui nouerunt quia Deus erat qui hoc fecit. Ipse enim fecit vinum illo die in hydriis, qui omni anno hoc facit in vitibus. Sed hoc assiduitate amisit admirationem. Itaque seruauit sibi Deus inusitata quædam quæ faceret, vt tanquã dormientes homines ad se colendum mirabiliter excitaret.

Ministri, mysticè.

Mysticè, in nuptiis dominicæ incarnationis ministri sunt doctores & prædicatores, qui scripturas legis & prophetarum reuelante Christo, & sensum illis aperiente, in Euangelica veritate cõpletas esse prædicando manifestãt, quibus Euangelicã doctrinam (quasi vinũ nouum, dulce, feruidum, & lætificans cor hoĩs) prædicando propinantibus, quisquis sano mentis iudicio, quasi sano gustu fuit, dixit ad sponsum ecclesiæ factus iam confessor eius: Seruasti bonum vinũ vsq; adhuc, & adeò bonum ꝙ nullum eo sit melius. Siquidem lege (quasi vino acerbiore) veterata, Euangelium regni Dei vsq; in hoc tempus gratiæ distulisti. Sic enim tam naturæ exigit ordo q̃ gratiæ, vt ad perfectum deueniatur per imperfectum.

Itaq; facto ex aqua vino in hoc cœlestium nuptiarum cõuiuio, in ecclesiæ sanctę domo, lætãtur conuiuæ. Nimirum, quia vinũ hoc lætificat cor hominis, & hic calix inebrians q̃ præclarus est.

M Quibus aq̃ in sanguinẽ vertitur.

Porrò in cunctis Iudæorum atq; hæreticorũ conuenticulis, quia mater Iesu ibi nõ est (id est, non conuiuatur fides dominicæ incarnationis) scripturarũ aquæ vertuntur illis in sanguinem, vt corruptas scripturas corrupti atque corrumpentes bibãt & vomant, imò bibant & moriãtur, sitq; ignis, & sulphur, & spiritus procellarũ pars calicis eorum. De quorum pœna iustitia Dei, in Apocalypsi laudatur à dicentibus: Iustus es Domine, qui es, & qui eras sanctus, quia hęc iudicasti, quia sanguinẽ sanctorũ & prophetarũ fuderũt, & sanguinẽ dedisti eis bibere, vt digni sunt. Apoc. 16

Hauriunt etiam nũc iubente Domino ministri, id est, tractatores scripturarum studiosi, & exponẽtes eas spiritualiter ferũt architriclino, dum nõ sibi tribuunt quod intelligunt, sed spiritui sancto, qui non immeritò & ipse harum nuptiarũ architriclinus dicitur. Qui quum sanctarũ omnium præcipuus sit author scripturarũ, & rectas cum interpretationes probat, & falsas dãnat. Ipsius ergo laudi

propi

propinandum, & cũ eius honore bibẽdum est hoc vinum bonum, quod seruatum est vsque adhuc, quod (vt dictum est) prioribus temporibus non est datũ, sed nobis in quos fines seculorum deuenerunt.

Circa tertium, videlicet signorũ CHRISTI fructuosum exordium, dicitur consequenter:

Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galilææ, & manifestauit gloriam suam.

N Liber de infantia saluatoris vitãd⁹

Ergo reprobãdus est apocryphus liber de infantia saluatoris, mentiẽs miracula plurima à Christo infante & puero fuisse facta, quum hic dicat Euangelista hoc in nuptiis factum miraculum, fuisse initium signorum eius, quum iam esset triginta annorum. Quòd si obiiciat aliquis de stella magorum, de columba, de cęlis super eum apertis, de patris voce de cœlis, quę signum istud tempore præcesserant. Dicendũ, ꝙ non fuit euidens illa signa facta fuisse à Christo, licet facta fuerint propter eum.

Rupertus. Præclarum initium signorum.

Hoc, inquit, fecit initium signorum Iesus. Magnum sanè ac præclarum signorum fecit initium, quo tanquã fulgurea choruscatione oculos hominũ feriret, vt ad considerãda cætera quoꝙ quæ facturus erat, ad credendũ regni Dei aduẽtum attenti spectatores & intuitum conuerterẽt & credulum auditum. Et hoc, inquit, signo manifestauit gloriam suam, scilicet vt viderẽt illi, & audiremus nos gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Nõ enim idcirco venerat lucerna vt lateret sub modio, sed vt posita sup candelabrum, oĩbus qui in domo sunt luceret. Sic & nos, vbi dignus fructꝰ est (id est, vtilitas animarũ) manifestare debemus corã hominibus eam quæ in nobis est gratiam, vt videant opera nostra bona, & glorificẽt patrem nostrũ qui in cœlis est. Sequitur:

Ioan. 1.

Mat. 5.

Et crediderunt in eum discipuli eius.

O Quõ discipuli, qui nec dum crediderant.

Quærit hic Aug. Quõ vocãtur discipuli eius quum vocãtur vnà cũ ipso ad nuptias, qui in eum ante miraculũ istud nõ crediderant? Nã viso hoc signo primũ in ipsum crediderunt. Quõ ergo nondũ credentes in eum, discipuli eius appellãtur? Sed illo more loquutionis dictũ est esse discipulos eius, ꝙ loquimur quum dicimꝰ apl'm Paulũ in Thariso Ciliciæ natũ. Neꝙ enĩ iam tũc erat apostolus. Ita discipulos Christi inuitatos ad nuptias quum audimꝰ, nõ iam discipulos, sed ꝙ futuri erãt discipuli, intelligere debemus.

Et crediderunt, inquit, in eum discipuli eius. Nō dicit q̄ relictis oīb⁹ sequuti sunt illū. Nondū enī Ioānes missus fuerat in carcerem. Ipse autē Iesus antequā Ioānes tradit⁹ esset, cursum publicæ prædicationis ingressus non est, neq; matrē & affinib⁹ relictis circumibat prædicādo per ciuitates & castella, à qua prædicatione eius cæteri Euangelistæ suæ post baptismū eius sumūt narrationis exordia. Quas propter nec discipulis suis hoc præceperat, q̄d nō nisi prior ipse fecisset, præcipere nō habebat, s. vt relictis oībus, sua, q̄ nondū illis præcedēdo ostēderat vestigia sequerent. Inter quos & hūc Euangelistā Ioannē relictis nuptiis (ipsius enī istas fuisse nuptias opinio ferē oīm est) ipsum Dīm sequi cœpisse arbitramur. Tradit enī Hiero. q̄ eum de nuptiis volentē nubere vocauerit. Et propterea quē à carnali voluptate retraxerat, potioris sui dulcedine amoris dignatus fuit. Discipulos ergo iam quidem habebat, quos ad eum maxime Ioānis testimonium direxerat, quibus ipso Ioanne cœptum cursum peragente priuata miraculorum & doctrinę suæ aperiebat initia.

Quis hic sponsus.

In prolo. super Apoc.

Porrō quo tēpore anni vel die factū sit signū istud authoritate sanctæ ecclesiæ dubitare prohibemur, q̄ ipsa die qua idem Dominus adoratus est à magis, & qua à Ioanne voluit baptizari, huius quoq; signi celebrat gloriam.

P

Tēpus huiꝰ signi.

Quod si eodē die reuertente anno factū est, imō quia prædictę authoritati sanctæ ecclesiæ indubitāter est cōcedendū, cogimur fateri quia toto anno illo cuius initio baptizatus est, qui ætatis eius tricesimus extitit, absq; miraculis deguit taciturnus. Initio nanq; tricesimi anni sui, videlicet ciusdem anni die tertiodecimo baptizatus est. Dicit enī Lucas: Ipse autē Iesus erat incipiēs quasi annorum triginta. Quod idem est ac si dixisset: Quando baptizatus est Iesus, annus tricesimus ætatis eīus volui iam cœperat.

Luc. 3.

Verum vbi toto illo anno fuerit, vel quid egerit incertum est. Nā si exacto quadraginta dierū ieiunio statim à deserto rediit, & inter hoīes ambulauit, quō Ioannes q̄ illū cœlit⁹ agnouerat, iamq; ostēderat venientē ad se dicēs: Ecce agnus Dei, quō (queso) lucerna lucens q̄ ad hoc accensa fuerat vt oībus illū ostenderet, toto illo anno se cōtinuit, nec suis saltē indicauit discipulis? Claret enī q̄ eis anno illo nō indicauerit, qui tūc primū, id est, tertia die ante prędictas nuptias, illo iterū dicente: Ecce agnus Dei, gratulātur se inuenisse illū, & dicūt: Inuenimus Messiam, quod est

Nota.

interpretatum, Christus. Potest itaq; rectè intelligi, & post ieiunium quadragita dierũ aliquãtum in deserto perstiterit, Matthæo dicẽte: Tũc reliquit eum diabol⁹, & ecce angeli accesserũt, & ministrabãt ei. Marcus quoq; videtur expressius indicare moram temporis, dicẽdo: Erat q; cum bestiis, & angeli ministrabant ei. Mat. 4 Mar. 1.

Igitur sicut à maioribus diligẽter obseruatũ nobis q; traditum est, tricesimoprimo ætatis suæ anno iam inchoato, fecit glorioſum hoc signorũ initium. Dignũ sequacib⁹ suis in hoc quoq; prouidẽs exemplũ, ne quis imaturè virtutes suas in publicũ proferat periculo pernitiosæ vanitatis, quum ipse Dñs (cui vanitas nulla vnquã obrepere posset) legitimũ tempus, id est, plenã viri ætatẽ ad ostendendã omnipotentiæ suæ gloriam expectauerit. Quo ætatis Christi anno signum hoc factum

Dominica tertia

POST EPIPHANIAM DOMINI.



VVum descẽdisset Iesus de mõte, sequutæ sunt eum turbæ multæ. Matthæi. 8.

In hac sancti Euãgelij lectione duo describuntur. Vnum est, per Christi virtutem Leprosi mundatio. Alterũ est, Centurionis serui paralytici, eiusdẽ virtute sanatio, ibi⁹ Quum autẽ introisset Capharnaũ.

Circa primum notantur duo. Vnum est, Leprosi supplicis fidelis precatio. Alterum est, Christi saluatoris benigna miseratio, ibi: Et extendens Iesus.

Circa primũ tria notãtur. Primũ est, Christi dñi de mõte descẽsio. Secundũ est, descẽdente dño turbas: prosequutio, ibi: Sequutę sunt eum. Tertiũ est, ipsa leprosi supplex petitio, ibi: Et ecce leprosus veniens.

Circa primũ dicit: Quum descẽdisset Iesus de mõte. Iste mõs secũdum Hiero. fuit mõs Thabor, quẽ Christ⁹ cũ discipulis suis ascẽderat, vt traderet illis p̃cepta nouę legis. A

Vnde Origenes: Docente in monte Domino, discipuli ve-
niunt ad eum sicut alacres, sicut domestici, sicut proximi, si
cut amici vel fratres. Ideo ait & Dominꝰ ad eos: Vos estis
Mat. 5. sal terræ, & vos estis lux mundi. Nũc verò descendente eo
de mõte, turbę sequutę sunt eum q̃ in montẽ ascendere nõ
potuerunt, vt pigri populi, vt negligentes, vt imperfecti.

Ita & filij Israel primitus in montẽ ascendere non va
luerunt, ad obuiandum Deo pergere non potuerunt, pro-
pter suam irreligiositatem & impietatẽ, sed solus Moyses
Quinam in ascendit, & pauci cũ eo seniorũ Israel. Ita & cum Domino
montẽ cum discipuli soli in montem ascenderunt, & tardiores steterũt
Christo as- deorsum. Sic & modo vigilãtes & alacres, & fideles animę
cendunt. Deum timẽtes & Dominum diligentes, cœlestia regna de-
siderãtes, Dominũ semper sequẽtes, post Dominũ in illum
cœlestem montem ascendunt, audientes Apostolum dicen
Col. 3. tem: Quæ sursum sunt quærite, quę sursum sunt sapite, vbi
Christus est in dextera Dei sedens.

Porrò descendente nunc Domino, hoc est, inclinante
se ad infirmitatẽ & impotẽtiam cæterorũ, misertus imper-
fectioni eorũ vel infirmitati, sequutæ sunt eum turbę mul
tæ. Vbi notatur secundum. Descenderat prius de cœlo, &
Bar. 3. in terris visus & cum hoibus cõuersatus est, nimirũ vt cre
dentium turbæ populorum & sermonibus ipsius & operi
bus informatę per fidem hũc ad regna cœlestia sequerent.
Quis enim dũm gloriæ nisi à maiestatis suæ celsitudine fa
ctus hõ descendisset, sequeretur? Porrò quum pro sua be-
nignitate, assumpta nostra humanitate descendisset, sequu
tæ sunt eum credẽtium populorũ turbæ multæ. Sequeban
tur sanè tunc eum turbæ multę tametsi non paribus votis.
Nam (vt dicit Origenes) aliquanti propter charitatem, ali-
quanti propter doctrinam, aliquanti propter admiratio-
nem, aliquanti propter curationẽ sequebantur. Circa ter
tium, quod est ipsa leprosi supplex petitio, subditur:

**Et ecce leprosus veniens adorabat eum, di
cens: Domine, si vis, potes me mundare.**

B Non quomodocunq; leprosus, sed (vt Lucas dicit) erat vir
Luc. 7. plenus lepra. Et rectè quidẽ post Domini prædicationem
Quur post atq; doctrinã signi offertur occasio, vt per virtutũ miracu-
doctrinã se- la præteritus apud audientes sermo firmetur, sicut & Mat
quẽ miracu- cus de Apostolorũ prædicatione ait: Illi autẽ profecti, prę-
lũ, Mar. vlt. dicauerunt vbiq; dño cooperãte, & sermonem cõfirmante

sequen

sequentibus signis. Hoc & dominũ ipsum vel maxime fa
cere decuit. Quum enim ipse sit Dei virtus,& Dei sapien 1.Cor.1
tia,vt Dei sapientia in monte docuit,& de monte descen=
dens,vt Dei virtus miracula fecit,vt videlicet virtutum si=
gnis (diuinis vtique testimoniis) doctrinę suæ veritas irre
fragabiliter confirmetur.

Vbi perpendere est Domini sapientiam, quemadmo= Chrysost.
dum dispensationes suas pro vtilitate variat auditorũ, vt
nũc quidem à signis ad verba transeat,nũc autem à doctri
na migret ad signa. Nam & priusquã in montẽ præcepta
daturus ascẽderet multos curauit,vt iis quę dicenda erant
viã pararet,& rursus hoc prolixo doctrinę suæ sermone fi
nito, ad facienda nihilominus signa regreditur, vt ex iis
profecto dicta cõfirmet. Nam & in ipso dominici sermo= Mat.7.
nis fine Euangelista sic ait: Admirabãtur turbæ super do=
ctrina eius. Erat enim docẽs eos sicut potestatem habẽs,&
nõ sicut scribę eorũ & pharisæi,qui verba quidẽ legis habe
bant,sed operum signa nõ habebant. Dicunt,inquit,& nõ Mar.23
faciunt. Verũ de Iesu Nazareno dicunt illi duo apud Lucã Luc.vlt.
discipuli,ꝙ erat vir propheta,potens in opere & sermone,
coră deo & oĩ populo. Sed signũ diuinę virtutis attẽdam?.

Et ecce,inquit,leprosus veniẽs adorabat eum. Vbi Oti C
genes: Deorsum currẽs rogas ô homo,& in mõte nihil di=
cis. Quare sic? Quia tẽpus & tẽpora oĩ rei sub cœlo,tẽpus
docendi & tẽpus curãdi. In mõte docuit,illuminauit,mo=
nuit,animas curauit,corda sanauit. Propterea ego illa ma
iora tentare nolui,illa summa tardare passus sum. Ipsis er
go ab illo cõpletis, deorsum eo de mõte ad curandũ descẽ
dente,sicut de cœlo,sicuti de cęlestibus montib9 ad saluan
dos carnales descendente, venit ad eum hõ leprosus,ado=
rans eum. Antequã peteret adorare cœpit,cultũ ostendẽs,
sicut & illi beati Magi prius procidentes adorauerũt eum, Mat.2.
& ita demum ei munera obtulerunt.

Profectò deum credebat quẽ adorabat,iuxta quod in
lege præceptũ est: Dñm deum tuum adorabis. Sed nec sim Deut.6
pliciter,sed suppliciter adorauit genu flexo(vt dicit Mar.) Mar.1.
Cadẽs adorabat, & sic supplicẽ expressit postulationem,di Leprosi de=
cens: Dñe si vis,potes me mundare. Dñe(inqt secundũ Ori precatio.
genẽ)qui dignè adoraris, qui merito coleris, te ego Dñm
adoro,ideoq; te dñm dico. Per te enim oĩa facta sunt. Tu
ergo dñe si vis,potes. Volũtas tua opus est. Voluisti vt hæc
imundissima lepra sup me veniret,siue propter mea pecca

ta, vt corrept⁹ pœniterẽ, siue propter tuam prouidẽtiam, vt mirabil'r me mundãs magnificeris. Oĩa dispẽsanter & prudẽter facis, & salutẽ largiter tribuis. Siue ergo hãc lepram propter peccata mea portaui, dimittẽs culpas meas mũda me, siue propter prouidẽtiam tuã, me mirabil'r mũda, vt ab oĩbus magnificeris. Dñe si vis, potes me mundare. Volũtas tua op⁹ est, quia & opa volũtati tuæ obediunt. Nõ dubito,

Mar. 8. sicut ille qui salutẽ filij petẽs dicebat: Si quid potes adiuua nos, sed scio quia oĩa potes. Ideoq; nõ potẽtiam tuã peto, nõ fortitudinẽ quæro. Has ei in te scio esse indeficiẽtes, sed tm̃ volũtatẽ tuã depcor, & sequẽs virt⁹ statim hãc gratiam

4. Reg. 5 adimplebit. Tu prius Naaman principẽ Syriæ per Helisæum in Iordane tingens à lepra mundasti. Hæc ille.

D Leprosi fides. Sed huius leprosi fidẽ propinquius attẽdamus. Nõ dixit: Dñe si Deum oraueris potes me mũdare, neq; ait: Dñe mũda me, sed ei cuncta cõmisit, eumq; conferẽdæ sanitatis dñm esse cõfessus est, atq; in ipso cõstituit oĩm potestatem, quum dicebat: Domine si vis, potes me mundare.

Vnde Hiero. Eum, inquit, qui volũtatẽ rogat, palã est de virtute non dubitare, sed & fides huiusmodi propriè in ipsam dirigit̃ deitatẽ, quę sola est oĩpotẽs. Si vis potes. q.d. Solo nutu volũtatis potes. Et meritò quidẽ dñm appellat,

Hester. 14 nẽpe qui & languoribus & sanitati, vitæ atq; morti dominatur. Ac si dicat: Dñe rex oĩpotens in ditione tua cuncta sunt posita, & nõ est qui tuæ possit resistere voluntati.

Attende q̃ fiducialiter petierit. Licet eni nõ fuisset in mõte cum dño, non tamẽ ignorasse videtur q; illic admo-

Mat. 7 nuit: Petite, & accipietis. Oĩs enĩ qui petit, accipit. Nec tamen de dñi volũtate (vt dicit Ambros⁹) quasi pietatis incredulus dubitauit, sed quasi colluuionis suæ conscius, nõ prę sumpsit. Religionis autẽ & fidei plena cõfessio est, dum in voluntate Domini tribuit potestatem.

Si vis, potes. Ergo quod ait: Si vis, non est aliqua huius diuinę voluntatis in Christo extenuatio, quasi apud se cogitarit, voluntatem CHRISTI non esse ad omnia bona paratã, verum quia nec semper, nec omnibus ista corporis sanitas ad animæ prodest salutem, ignorabat ille num sibi profutura esset ista lepra suæ mundatio.

Dogma nobis fak

Addiscamus ex verbis leprosi corporalium infirmitatum medelam non pertinaciter quærere, sed totum committere beneplacito Dei, qui nouit oportuna, & omnia iudicio disposuit.

Mysticè

Mystice lepra peccatū designat. Lepra enim vniuersalis est corruptio membrorū, quę in interioribus corporis, id est epate, corde, venis, & neruis incipit, & exterioribus mēbris iam corruptis, perfectā se esse prodit. Corrupto siquidē humore nutrimētali in vasis interioribus, restat vt & cætera mēbra quæ ex huiusmodi humoribꝰ nutriūtur, tandē corrūpantur. Nō secus animę lepra, id est, peccatum primū ab interioribus incipit, dū cogitatiōe, delectatiōe, cōsensu, peccati virus in aia grassatur, dehinc ad exteriora per operationē nefariā erumpens deriuatur, & sic totum inficit corpus, animam, conscientiam, conuersationem.

E Lepra vt peccatū designet.

Proinde sicut corpus lepra corruptum quodammodo à naturæ suæ syncerirate in quandam morbidam & vitiosam contractionem degenerat, vnde & à cohabitatione eorum qui mundi & sani sunt separatur, sic & per peccatum homo à dignitate diuinæ similitudinis, amissa gratia, in quandam conditionem pecorinam, ne dicam diabolicam deformitatem, degenerat. Vnde & hic quidem separatur à Christi corpore mystico, quod est ecclesia, ne particeps sit omniū timentiū dñm, & custodientiū mandata eius, & in futura vita à cœtu ecclesiæ triumphantis procul arcebitur. Nihil enim coinquinatum introibit in illam. Apoc. 21.

Porrò sicut interdum lepra non totam hominis carnem exterius occupat, sed quædam membra tantum maculis suæ fœdat contagionis, vnde tamen homo totus leprosus iudicatur & immundus, sic interdum humana cōuersatio, & si vniuersis vitiis subiecta non sit, nonnullis tamen criminibus contaminata, fœdatur. *Nam & qui delinquit in vno, factus est omnium reus.*

Porrò quàm sit detestabile peccatum (vtiq; lepra spiritalis) quantoq; sit homini incommodo, typo legis declaratur, quæ grauis est lepra, & talis est: *Omni tempore quo homo leprosus est & immundus, solus habitabit extra castra. Item: Quicunq; maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimēta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit.* Vbi nimirum peccatoris typus exprimitur.

F Leui. 13. Quę homini detrimēta per lepram.

Itaq; peccato cōtaminatus quàm diu peccator esse perseuerat, & nō qualiscunq; peccator (quū nemo sit mundus à sorde, dicēte b. Ioanne Apo. *Si dixerimus qa peccatū nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nō est*) sed 1. Ioan. 1.

talis peccator qui iudicio sacerdotis claue scientiæ non errante, immundus iudicatur, solus habitabit, à dei gratia derelictus, extra castra ecclesiæ (vt iam dictum est) & à participio iustorum separatus.

Peccator vt plectendus

Induitur vestibus dissutis, id est, in solentia prauę cõuersationis. Virtutes enim quasi quædam vestimenta animæ sunt, vtiq; integra & honesta, de quibus in Apocalypsi

Apoc. 16.

dicitur: Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & appareat turpitudo nuditatis suæ. Vitia vero morum econtra quasi vestimenta lacera sunt & dissuta, quæ turpia non tegunt, sed produnt, vt per opera criminosa palam se cunctis qualis sit ostendat.

Sed & quasi dissutis vestibus prælati & iudices crimi nosum quemq; induunt, quando hunc digne aut verberibus, aut exilio, aut alia quauis iusta pœna multatum, cæteris, vt timeant, notabilem reddunt. Nam ad hoc faciendũ ex officio tenentur. Quòd si hoc facere dissimulant, criminosorum hominum quos in peccatis fouerunt deo iudice ipsi pœnas soluent iuxta quod in Numeris scriptum

C. 25.

est: Quum enim fornicatus esset populus cum mulieribus alienigenis, ait dominus ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel. Quur autem peccante populo duces eorum dominus voluit crucifigi, nisi quia eorum dissimulatioui delinquentium scelera iure erant imputanda? Qui enim potest obuiare peruersis, & non facit, eorum sceleribus fauere conuincitur.

G

Leprosi leges.

Proinde etiam caput nudum leprosus habet, quia coronam iustitiæ peccator amisit. Vnde in Threnis prophe

Tre. 5.

ta lamentatur, dicens: Cecidit corona capitis nostri. Væ nobis quia peccauimus. Hinc per Ezechielem dominus lo

Eze. 18.

quitur, dicens: Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatẽ, secundum omnes impietates quas operari solet impius, oẽs iustitiæ eius quas fecerat, nõ recordabũtur.

Os veste tectum.

Porro q̃ os veste contectũ leprosus habere præcipitur, veste videlicet sua, vtiq; dissuta & immunda, illud signi

Psal.

ficat quòd per psal. dicitur: Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas, & adsumis testamẽtũ meũ per os tuũ? Tu vero odisti disciplinã, proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furẽ, currebas cũ eo, & cũ adulteris portionẽ tuã ponebas, & cætera quæ sequuntur.

Os ergo veste sua contectum gerat cui propria delicta quo

quo minus alios criminosos iudicet, obsistunt, dicente apostolo: Inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas aliũ, teipsum cõdemnas, eadẽ enim agis quæ iudicas. Existimas aũt hoc ô homo qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudiciũ dei? Et infra: Qui prædicas nõ furandũ, furaris, qui dicis nõ mœchandũ, mœcharis, qui abominaris idola, sacrilegiũ facis. Ro.2.

Quisquis ergo criminosus locum occupat iudicis, audiat dicentem:

Qui sine peccato est vestrũ, primus in illã lapidẽ mittat. Ioan.8.

Proinde os veste cõtectũ habet, quia nec laudare deũ idoneus est, nec rogare. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. Quin & per Esaiã dñs clamat: Quũ multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiam. Caussam subdit: Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Hinc & per sapiẽtẽ dicit: Qui obturat aurẽ suã ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. Denicꝫ sordidũ se cõtaminatumcꝫ sua voce clamabit, id est, alium iudicabit neminẽ, q̃ semetipsum, vt sic dei iudicium effugiat, dicente Apostolo: Si nosmetipsos diiudicaremus, non vticꝫ iudicaremur. Ecclꝰ 15. Esa.1. Pro.21. H Peccator se ipsum iudicet. 1.Cor.11.

Sed nondũ contra leprosos legalium pœnarum finis. Alio nempe loco lex dicit: Qui fuerit leprosus non vescetur de his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Item: Qui accesserit ad ea quæ sanctificata sunt domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Leu.22. 1.Cor.11.

Quid aliud lex ista prætẽdit, nisi quòd Apostolus manifestẽ testatur, dicẽs: Quicunꝫ mãducauerit panem, aut biberit calicẽ dñi indignẽ, reus erit corporis & sanguinis dñi? Probet autẽ seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim mãducat & bibit indignẽ, iudiciũ sibi mãducat & bibit, quasi dicat: Peribit coram dño. Post sumptã de manu ac mẽsa dñi buccellam, introiuit in Iudã sathanas. Clamat propheta: Nunquid carnes sanctæ auferent à te iniquitates tuas? 1.Cor.11. Ioan.13.

Circa secundum principale dicitur:

Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et cõfestim mundata est lepra eius.

Hic ponitur dñi saluatoris benigna miseratio. Vbi tria Christus fecisse describitur. Primo enim extendens manũ leprosum tetigit. Secundo, ad petẽtis leprosi verba

notanter respondit. Ibi: Volo. Tertio, à lepra iam munda-to præceptum triplex dedit. Ibi: Et ait illi Iesus.

I Virtus corporis Christi.

Circa primum dicitur: Et extendens Iesus manum, vtiq; potenter & misericorditer, tetigit eũ, vt videlicet tactu suæ mundissimę carnis, lepræ morbũ propelleret. Nã (vt dicit Theophilactus) ipsius sacra caro est purgatiua, & vitam tribuens, sicut existens verbi dei caro.

nota

Vt aũt ait Cyril. mirari est hic Christum diuinæ pariter & humanæ, id est, & spiritualiter & corporaliter operantem. Diuinũ enim est ita velle, vt præsto fiant omnia, humanũ autem, extendere dextram. Vnus enim Christus ex vtriq; perficitur, eò quòd verbũ caro factũ est. Et quia cũ vtraq; hominis particula, anima scilicet & corpore vnita est deitas, per vtraq; patebant supernæ naturæ indicia. Corpus enim, recõditũ in se lumẽ declarabat, dũ palpando præstabat remedia, sed anima præpotenti voluntate, diuinã ostendebat virtutem. Sicut enim sensus tactus prius est corporis, sic & animæ voluntarius motus, velut anima tangit corpus.

Leu. 14. Legi Christus nõ subiectus.

Sed quum lex leprosorum contactum prohiberet, videtur dominũ cõtra legẽ leprosum hũc tetigisse. Dicendũ, q̃ ideo lex leprosi contactũ prohibebat, ne tangẽs immũditiã, vel cõtagionẽ cõtraheret. Dominus aũt à nullo potuit inquinari, sicut nec sol inquinatur dum suos radios super immunda quæq; diffundit. Vnde Beda:

Et lex quidem tangi leprosos prohibet, sed qui domĩnus legis est, nõ obsequitur legi, sed potius legẽ facit. Nõ tamen ideo tetigit, quia sine tactu mundare non poterat, sed vt probaret quia subiectus non erat legi, nec contagiũ timebat vt homines, & quia cõtaminari non poterat, qui alios liberabat, & lepra tactu dñi fugaretur, quæ solebat contaminare tangentẽ. Dum enim (vt dicit Origenes) leprosum dñs tetigit, inuenta est manus eius non lepram, sed mundũ corpus tetigisse. Proinde leprosum tetigit, vt humilitatẽ demonstraret, vt nos doceret nullum spernere, nullum horrere, nullũ contemptibilem ducere propter corporis læsionem, aut maculationem, quæ à domino immittuntur, pro qua ipse scit ratione.

K Cur leprosum tetigit

4. Re. 5.

Helisæus nec ad leprosum domo egredi, nec hũc tangere voluit. Dei filius pro suã benignitate tangere leprosum non refugit. Vetat lex æquè vt leprosum, ita & mortuum tangere. Christus autem sicut nec leprosos, ita nec mor-

mortuos tangere dedignatur, nec tamen huiuscemodi tactu potuit contaminari (vt iam dictum est) qui tangendo, & leprosos mundare, & mortuos nouerat suscitare.

Secundo, ostenditur in litera, quemadmodū ad leprosi supplicantis verba respondit, dum illo dicente: domine si vis, potes me mundare, ipse prompta benignitate respondit: Volo. Mundare. Vbi Ambrosius: Eo sanat genere, quo fuerat obsecratus. Ac si dicat supplicanti: Habes meam voluntatem, habes meæ pietatis effectum. Potentiam meam confiteris & virtutem, & tantum imploras voluntatem. Magnificè credis, magnifice & mundaberis, non dubitasti credere, nō morabor te sanare. Dicis mihi: Domine si vis. Ecce volo. Dicis mihi, potes. Ego tibi dico: mundare. Quo dicto, confestim mundata est lepra eius. O responsum admirandæ benignitatis, amplectendæ misericordiæ, amandæ bonitatis, & virtutis non nisi diuinæ.

L

Quàm prẽsto Christū beneficentia. Origē.

Volo (inquit) Hæc sua voluntas tam clemēs, tam propensa, omnium bonorum & omnium quæ nobis in bonum cedunt, vna & certa ratio & caussa est. Volo (inquit) mundare, quod vtiq; verbum est imperantis. Nihil mediū est inter opus dei, atq; præceptum, quia in præcepto est opus. Deniq; dixit & facta sunt. Vides igitur quòd dubitari nō potest, quia voluntas dei potestas est. Si ergo voluntas dei potestas est, qui vnius voluntatis adserunt, vnius vtiq; adserunt potestatis. Itaq; quasi habens potestatem sanandi, & iubendi authoritatem, operandi testimonium non refugit.

Bedā.

Cæterū facile colligitur, huic miraculo non adfuisse pharisæos inuidiæ liuore tabidos. Si enim interfuissent, tangente Christo leprosum, nunquàm sibi temperassent quin dixissent: Vt quid hæc facis? Quur leprosum contra legem tangis? Quum igitur ex tanto populo nullus accusat, neq; erant ibi corrupta iudicia, neq; spectatores liuore vitiati, ideo ad confirmandam leprosi simul & turbarum fidem. Volo, inquit.

M Chry. Pharisæos nō adfuisse

Quum autem tot & tanta signa Christus fecerit, nunquàm tamen hoc verbo vsus fuisse refertur. Veruntamen non malè conueniebat petitioni leprosi. Quia enim ipse obsecrans, dixerat: Domine si vis, rectè ei respondit dominus: Volo. Similiter de domini potestate nihil dubitanti, quum diceret, potes me mundare, Respondit: Mundare. Et confestim mundata est lepra eius.

Quod

Quod vtiq; argumentū est vera fuisse verba deprecā-tis: Dñe, si vis, potes me mūdare, id est, solo nutu, seu imperio volūtatis potes. Alias enim nec paritura esset natura, nec lepra cederet, si quā nō habuisset deitatē sibi arrogā-set. Celerius aūt (vt dicit Chry.) cessit hic natura deo, q̄ potuerit euāgel. exprimere. Nā cōfestim quoq; ipsum multo est tardi⁹, illius opis celeritate, quo leprosi fūtā est curatio.

Curatiōis celeritas.

Circa tertium, id est, quo Christus à lepra iam mūdato præceptū triplex dedit, subditur:

N

Et ait illi Iesus: Vide, nemini dixeris, sed vade, ostende te sacerdoti.

Tria iniungit à lepra mūdato, videlicet, ne cui quod secum est factū dicat. Vt se sacerdoti ostendat, & vt offerat munus suū. Quo ad primū, non ociosè præcepit, ne cui diceret, sed plures ob causas.

Leproso mundato tria præcipiuntur.

Primo, vt per hoc doceret nos de bene factis vanam apud homines gloriā nō quærere. Vnde Beda: Quare præcipitur nemini dicere, nisi vt doceret nō vulganda nostra beneficia, sed silētio præmēda? vt nō solum abstineamus à mercede pecuniæ, sed etiam gratiæ, id est, humani fauoris. Vbi etiā Orige. Quare dñe nunc dicis, nemini dixeris? Propter meā (ait) humilitatē, & vt vos doceamini quādo aliquid boni facitis, nō gloriari, nō extolli, non inaniter placere velle in cōspectu hominū, sicut cōsuetudo est aliquantis, siue quū aliquid boni fecerint, siue quū ieiunauerint, siue in pauperum elcemosynis & largitatibus, siue in altaris honore, siue in sanctorum honorificentia. Et enim ipsi homines volunt glorificari, & sibi placere, ante dominum mercedem perdentes. Hæc ille.

Opera bona cælāda.

Secundo, quia nō erat opus prædicare, quòd operis euidentia demōstrabat. Vndè idē Orige. Te tacente, hoc mirabiliter clamabit. Te os non aperiente, omnis tui corporis substātia iubilabit. Hesterno immundus, & hodie mūdus, ante pusillum horribilis, & nunc decorus. Vnde Hieronymus. Re vera necessarium nō fuit, vt ille sermone manifestaret, quod corpore præferebat. Quasi & ipse dominus diceret: Non est quod tu miraculum vndiq; celebrans exclames, illud enim te tacente per se clamabit.

Tertia, imperati caussa silentij fuit secūdum Ambro. quia meliores Christus putabat, qui magis fide spōtanea, quàm speratis beneficiis credidissent.

Quarta,

Quarta eiusdem silentij causa erat secundum Hilarium, vt hæc salus non quasi verbo oblata quæratur, sed necessitate cogente, deuotè postuletur. Et quidem nouerat Christus, quia non esset ille taciturus, sed prædicaturus passim tam ingens beneficium, & tamen quantum in ipso est, fugit ostentare quod fecerat. Neque semetipsum prædicari iussit, sed dari gloriam deo, vt & per istum gloriæ atq; iactantiæ renũtiandum doceret, & per illum quẽ à legione mundauerat, gratias nos Deo referre commoneret, eiusq; beneficia confiteri. Vnde Augustinus.

Chrysost. Ostentationẽ vt Christus vitauit

Luc. 8.

De bonis & præclaris Dei donis nemo debet temerè gloriari, prona enim hæc est ad peccandũ hominibus via. Si enim leprosus iste mundatus proprium suum in hac re quæsiuisset honorem, quasi ipse præ tot leprosis fuerit dignus qui à Domino sanaretur, Deum ista tam temeraria & insolenti superbia multum offendisset, quum soleat vanam huiuscemodi de seipso gloriam futilis quædam comitari arrogantia.

O De donis Dei nõ gloriandum.

Porrò istiusmodi vanæ gloriæ incommodum graue sensit Ezechias rex Iuda. Qui quum nuntiis Merodach regis Babylonis argentum suum & aurum totum, & omnia quæ in thesauris suis habebat, ostendisset, & se & hæredes suos omnibus illis bonis priuauit. Nec bona tantum abrepta sunt, sed & hæredes postmodum in captiuitatem ducti.

Ezechiæ gloriatio punita. Esa. 39.

Hinc & Dominus ipse in Euangelio dicit, quòd homo qui inuenit thesaurum absconditum in agro, abscondit eum, & prudenti silentio texit. Potest quidem homo dona Dei celebrare in ipsius honorem, & ædificationem proximorum, cauere tamẽ debet ne quicquam vel superbiæ leuioris, vel vanæ gloriæ sibi inde quærat.

Matt. 13.

Itaque vetuit Christus leprosum cuiquam dicere miraculum, non eo animo, vt ille tanti miraculi gratiam cẽlaret, sed vt doceret nos omnem vanam gloriam (sicut iã dictum est) non solum vitare, sed & recusare oblatam.

Secundo præcepit Christus leproso à se iam mundato, vt sacerdoti se iuxta præceptum legis ostenderet, dicẽs: Vade & ostende te sacerdoti. Vbi Origenes: Sacerdos, inquit, te videns expauesceret, quoniam secundum legem ab eo semel vel bis ablutus mundari non potuisti. Vade ergo & ostende te sacerdoti, vt videns cognoscat, quia non per legis consuetudinem mundatus es, sed per gratiæ operationem

P Leuit. 14. Cur se ostẽdere sacerdoti iubet.

rationem. Non per terrenorum ſacerdotum imaginẽ (id eſt, figuram) ſed per cœleſtem ſummi ſacerdotis ſplendorem. Vade oſtẽde te ſacerdoti, à ſummo ſacerdote miſſus, à ſummo ſacerdote mundatus. Hæc ille.

Alias quoque ob cauſas hunc ad ſacerdotis iudicium Dominus deſtinauit. Primo quia licet iam mundus eſſet, non tamen mundus habebatur, nec ſanis & mundis niſi ſacerdotis iudicio mundatus potuit cohabitare. Vnde Chryſoſtomus: Vade, inquit, oſtende te ſacerdoti, vt ſciliꝫcet mũdatus leproſus ſe committeret ſacerdotis aſpectui, ac ſic per illius cenſuram numeraretur inter ſanos.

Secundo propter humilitatem, vt ſacerdotibus honorem deferre doceret.

Tertio vt obturaret maliloquã Iudæorum linguam, dum legem venerabatur, & ne aduerſus eum haberent ſacerdotes quod cauillarẽtur, ſi debitum ſacerdotibus non tribuiſſet honorem. Itaque (vt ait Chryſoſtomus) opus quidem illud ipſe impleuit, probationem verò illis reliquit, quibus & de ſignis ſuis iudicãdi tribuit poteſtatem.

Quarto, vt mundatum videntes leproſum, crederent ſaluatori, & credentes ſaluarentur.

Quinto, vt nõ credentes forent inexcuſabiles, meritoq; ob incredulitatẽ ſuam dãnarentur, ipſo dicẽte: *Si nõ*
Ioan. 15. *veniſſem, & loquutus fuiſſem eis, peccatũ nõ haberẽt. Nũc autẽ excuſationẽ non habẽt de pctõ ſuo. Si opera nõ feciſſem in eis, quę nemo alius fecit, peccatũ non haberẽt, nũc autem viderunt, & oderunt, & me & patrem meum.*

Sexto, vt per hoc irrefragabilis miraculi veritas confirmaretur, & ne quiſquam phantaſiam, aut magicam illuſionem arbitraretur. Vnde & Marcus habet: Vade & oſtende te principi ſacerdotum.
Mar. 1.

Tertio præcepit leproſo mundato, vt ſecundum legem Moyſi pro ſua emundatione munus ſuum offerret. Vnde ſubditur.

Et offer munus tuum, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis.

Quaſi dicat: Mundus factus es, noli obliuiſci qualis fuiſti, & qualis factus es. Non ceſſes gratias agere, non tam
De obtenta ſanitate nõ is ingratus as Dei erga te gratiam confiteri. Hoc & nos debemus facere chariſſimi (inquit Origenes) quando à Domino noſtro de aliquo periculo liberamur, quando ab aliquo dolore

lore saluamur, siue infirmitatis, siue vulneris, siue de qua-
libet necessitate. Non efficiamur ingrati, nõ relinquamus
redemptorem nostrum, sed alacriter actiones gratiarum
ei reddamus, sed & munera nostra secũdum substantiam
ad honorificandum eum exhibeamus.

Offerre iubet Dominus sacrificiũ, vt ostẽderet quòd Beda.
non solueret legem, sed impleret, qui secundum legẽ gra-
diens, supra legem sanaret eos, quos remedia legis non sa
nauerant.

Quòd si quem moueat quo modo Dominus Mosai- Figurales
cum videatur approbare sacrificium, quum id non rece- ceremonias
perit ecclesia, meminerit nondũ cœpisse tunc esse sacrifici- cur obseruã
um sancti sanctorũ, quod corpus eius est. Nõdũ enim ob- re iubet.
tulerat in passiõe holocaustũ suũ. Nec oportebat auferri si-
gnificantia (i. figuralia) sacrificia prius q̃ illud quod signi-
ficabãt cõfirmatũ esset cõtestatione apostolorũ prædicãti
um, & fide credentiũ populorũ. Offer, inqt, munꝰ tuũ. Vt Origẽ.
oẽs qui te vidẽt & portare & offerre, credãt his miraculis,
& magnificent Deũ qui misertus est tui, & infidelibus per
hoc increpatio & testimoniũ duritiæ cordis ipsorũ fiat.
Sic & alium triginta octo annis iacentem in infirmitate Ioan. 5.
erigens à languore, iussit portare grabbatum, & ire in do
mum suam, vt lectum suum portando per mediam ciui-
tatem, laudaret & inuocaret eum, qui ipsum sanarat.

Hoc modo & à natiuitate cæcum misit ad natatori- Ioan. 9.
am Siloẽ, vt videntes ambulare illuc eundem cæcum, &
iterum remeantem, mirati & obstupentes, crederent ta-
lia signa facienti.

Quod autem addit in testimoniũ illis, variè est expo R.
situm. Vno modo, vt sit sensus: Offer munus tuum quod In testimo-
præcepit Moyses in testimonium illis, videlicet leprosis nium illis.
quòd mundati sunt, ita vt munus illud testetur sanitatem
leprosis iam esse restitutam, in cuius rei testimoniũ & hic
quoque munus suum offerret.

Alio modo vt sit sensus: Offer munus tuũ quod præce
pit Moyses in testimoniũ illis, id est, in accusatiouẽ & con
dẽnationẽ sacerdotibus. Quũ enim sacerdotes Iudæorũ
Christi tã doctrinã q̃ miracula calũniarentur, voluit iam
munus illud eis esse in testimonium, vt hinc saltẽ cogno-
scerent, & iniustos se esse, & merito à Deo corripi.

Cui nõ dissimile est q̃d in Numeris scriptũ est: Refer Num. 17.
virgam Aaron in tabernaculũ testimoniꝰ, vt seruetur ibi
in signum

in signum, scilicet rebellionis filiorū Israel. Et illud quod
Deu. 31 alio loco dixit Moyses: Tollite librum istum & ponite eū
in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri, vt sit ibi contra
te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam, &
ceruicem tuam durissimam. Vides & librum legis positū
in testimonium, vt quisquis legem transgrederetur, testē
iam eum haberet contra se, quomodo ex præscripto eius-
dem legis veniret puniendus. Itaque miraculum hoc car-
mine commēdans vates Euangelicus, ait:

Sedulius. Ecce autem mediæ clamans ex agmine turbæ
Leprosus poscebat opem, variosq; per artus
Plus candore miser: Si vis Domine, inquit, ab istis
Me maculis mundare potes: Volo Christus vt, inquit,
Confestim redit vna cutis, proprioq; decore
Læta peregrinam mutarunt membra figuram.
Inq; suo magis est vix agnitus ille colore.

Leprosus moraliter Luc. 5. Quoniam verò typicè (secūdum Bedam) vir iste leprosus
peccatis languidum genus designat humanum, rectè non
solum leprosus, sed & plenus lepra apud Lucam describi-
tur. Omnes enim peccauerūt, & egent gloria Dei. Illa scili-
cet, vt extenta manu saluatoris, hoc est, incarnato Dei
verbo, humanamq; contingente naturam, ab erroris pris-
ci varietate mundentur, possintq; cum Apostolis audire:
Ioan. 15. Iam vos mūdi estis propter sermonē quē locutus sum vo-
bis. Et qui diutius abominabiles à populi Dei erāt castris
secreti, iam aliquando templo reddi, & sacerdoti queant
offerri, illi vtique cui dicitur: Tu es sacerdos in æternum,
Rom. 12. audientes ab Apostolo: Templum enim Dei sanctum est,
quod estis vos. Offerantq; pro emūdatione sua sicut præ-
cepit Moyses, id est: Exhibeant corpora sua hostiam viuē-
tem, sanctam, Deo placentem.

HOMILIA ALTERA.

CVm autem introisset Capharnaū accessit ad eum Centurio. Matt. 8.

In hac parte euangelicæ lectionis duo sunt
consideranda. Primum est, pro salute serui Cen-
turionis intercessio. Secundum est, Centurionis fidei ma-
gnifica commendatio, ibi: Audiens autem Iesus.

Circa primū tria notātur. Primū est, Centurionis ad
Christum accessio. Secundū est lāguentis paralitici crucia
tus & afflictio, ibi: Dñe puer meus iacet. Tertium est, ad
Christi

Christi promissa pia Centurionis responsio, ibi: Et respondens.

Circa primum dicitur: Quum autem introisset Capharnaum, nempe ciuitatem Galilææ, in qua sæpius virtutis suæ magnalia ostendit, quemadmodum obiectum fuit, ei non parua cum inuidia à conciuibus in Nazareth qui dicebant: Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. A Luc. 4.

Quum ergo introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio. Cēturio dicebatur, qui in exercitu Romano centum militibus præpositus erat. Hic ergo accessit ad Iesum alienigena quidem genere, sed domesticus corde, alienus natione, sed alacer fide: militum princeps, sed plus angelorum gaudium. Centurionis laus. Origen.

Accessit autem Centurio, non quomodo illi, qui quōdam ad Heliam in Carmelo ascendentes quinquagenarij mox ad ipsius imprecationem cœlesti igne cum suis quisque quinquaginta consumendi. Nam iste ob meritum fidei suæ consortio reputatus est dignus Abrahæ. Vt autem dicit Eusebius, strennuus quidem in bellicis rebus erat iste Centurio, & Romanis in Capharnaum ciuitate militibus præfectus. Et quia specialis seruiens eius domi languens iacebat, considerans quales saluator erga cæteros virtutes agebat, sanando languidos, & iudicās quòd non secundum vires humanas hæc agebantur miracula, accessit ad eum, vt ad Deum, non habito respectu ad apparens organum (id est, mortale corpus) quo cum hominibus conuersabatur. 4. Reg. 1.

De hoc sic habet Lucas: Cēturionis cuiusdam seruus malè habens, erat moriturus, qui illi erat preciosus. Et quum audisset de Iesu misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, & sanaret seruum eius. At illi quū venissent ad Iesum, rogabant eum solicite, dicētes ei: quia dignus est vt hoc illi prestes. Diligit enim gētem nostram, & Synagogam ipse ædificauit nobis. Lucas de Cēturione. Luc. 7.

Ex quibus videtur, ꝙ iste Centurio personaliter non accessit ad Iesum, sed intercessores misit seniores Iudæorū, qui pro salute charissimi seruientis sui Christū interpellarent, quum ipse Christi præsentia se iudicaret indignum.

Quum ergo Dominus iret cū senioribus illis ad domum eius, ille hoc audiens, misit ad eum amicos, dicens: Domine noli vexari. Nō enim dignus sum vt sub tectum

meum intres, sed dic verbo & sanabitur puer meus. Hæc secundum Lucam.

B Apparēs dissonantia soluitur.

Vbi quæritur, Quomodo verum sit quòd Matthæus dicit, quòd accesiit Centurio ad Iesum, quum Lucas dicat eum misisse seniores.

Ad hoc respondēs Chrysostomus, dicit hic Lucā duo ostēdere, quāta videlicet fuerit Iudaica adulatio, & quòd hoies calamitate pressi, modo hoc, modo illud consilium anteponūt. Quare, inqt, verissime mihi videt, quū voluisset ad Iesum proficisci Centurio, detentū fuisse à Iudæis, qui ei assentarentur atq; dicerent: Nos ibimus, & adducemus eum. Quod ita esse perspicies, si plenā assentationis būs orationem eorum diligentius consideraueris. Nec est alienum ab vsitato more scripturę, si dixerimus primo quidem aliquos fuisse missos qui præmissa dicerent, deinde quoque ipsum accessisse, ac per se iterum eadem dixisse, atque hoc addidisse: Non sum dignus vt intres sub tectum meum. Ergo digressis à Centurione Iudæis, ipse per se fidei suæ sinceritatem ostendit, neq; voluit Dominum venire in domum suam, quin potius ad ipsum abiit, quod hic Matthæus refert vsitato euāgelistarum more, vt quod vnus omisit, suppleat alter.

Diligit, inquiūt, gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Vbi idem Chrysost. *Decebat siquidem ipsos dicere, quoniā ipse volebat venire & supplicare, nos autē detinuimus, videntes calamitatem, & cadauer quod in domo iacebat. Reuera autem propter inuidiā nolebāt fidem viri detegi, & ne magnus aliquis ipse Christus putaretur, cui preces porriguntur.* Ideoq; principio eum impediebant venire ad Iesum, vice eius ipsi veniētes. Ex quibus soluitur ea quæ inter Lucam & Matthæum videtur esse dissonātia, dicente Matthæo, quòd ipse dixit: Nō sum dignus vt intres sub tectum meum, quum Lucas dicat, rogans vt veniret & saluaret seruum eius. Sed mihi videtur, inquit, quòd Lucas significat nobis Iudaicas blandicias. Nam (vt iam dictum est) credibile est quòd quum vellet ad Christum abire Centurio, ob iam dictas causas retraheretur à Iudæis blādientibus & dicentibus, quia nos euntes ducemus eum, vt iam dictum est.

Circa secundum, quod est languentis paralytici cruciatus & afflictio, subditur in litera:

Domine

Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.

Apud Lucam de hoc Cẽturionis seruo dicitur quòd erat moriturus. Et quidẽ reuera ex eodẽ morbo erat moriturus, si nõ dñi sui fide deprecantis, & Christi miserẽtis pietate fuisset redditus vitæ. Sic & Ezechias rex iuxta humanæ naturæ modũ erat moriturus, quum veracis prophetę verbis audiuit: Dispone domui tuæ, qa morieris tu, & nõ viues, sed occulto diuinæ prouidentię iudicio, quę omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit, quindecim adhuc annorum vitam lachrymis precibusq; nacturus.

C Seruus iste erat moriturus. Esa. 38.

Porrò superna dispensatione factum est, vt seniores Iudæorum prius mitterentur ad Christum, his q; cognoscentibus qui languerat, sanaretur, quò inexcusabiles forent, si credente viro gentili, non crederent. Itaque iuxta intellectum iam expositum, Centurio tandem per semetipsum accedens: Domine, inquit, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Non in vna re tãtum miserabilis quòd iacet, sed in alia, q; paralyticus, tertia, q; male torquetur. Omnia enim ista dolorẽ congeminãt, dũ eorã Dño exponit, & iacentẽ, & paralyticũ, & dure detẽtũ.

Iudæorum perfidia.

Origen.

Ita q; vt animæ suæ angustias declararet & illius cruciatum demonstraret, & inuitaret Domini beneuolentiã, Puer meus, inquit, iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. *Multi tunc temporis pro diuersis rogabant infirmitatibus, alius pro filio, alius pro alio aliquo, sed nullus pro seruo nisi iste solus. Et hoc ei in augmentum beatitudinis, & ad coronam gloriæ erat. Cogitabat intra se: Mihi seruus est, & ego seruus sum creatoris. Iste me habet super terram dominũ, & ego Dominũ magnũ habeo in cœlis. Si ergo ei non miscreor, quomodo mihi ille miserebitur? Si ego huic non subuenio, quõ mihi ille subueniet.*

Cẽturionis pietas singularis.

Sic debent oẽs qui famulos habent & famulas cogitare, sic misereri, sic condolere eis, sic supplicare, sic curam habere de seruis suis vel de ancillis suis, sicut ille B. Cẽturio fecit, qui non minus solicitus Dominum rogauit pro seruo, q̃ si filius eius fuisset. Vnde & Apostolus clementiã dñis præcipit erga seruos, dicẽs: Et vos dñi eadẽ facite illis. i. seruis, remittentes minas, sciẽtes, quia & illorũ & vester dñs est in cœlis, & psonarũ acceptio nõ est apud deũ. Grauiter ergo peccãt immites dñi qui famulos quũ ęgro-

Sint ergã seruos dñi clementes. Ephes. 6.

tare cœperint, domo pellunt miseros, ignaros quo se recipiant. Tales Domini exemplum sequuntur illius Amalechitæ hominis, qui seruum ægrotare incipientẽ in via dereliquit, quẽ Dauid inuẽtũ cibo refocillauit & potu. Qui quum comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est. Nõ enim comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus & tribus noctibus. Dixitq; ei Dauid: Cuius es vel vnde, & quo pergis? Qui ait: Puer Ægyptius ego sum, seruus viri Amalechitę. Dereliquit autẽ me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius.

1. Reg. 30. Dauid refocillat lassum.

Eccli. 33. Atqui longè aliter docet, qui ait: Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi aia tua, quasi fratrẽ sic eum tracta. Quod vtique fecit beatus iste Centurio, qui nullã visus est æstimasse differentiã inter seruũ & dominum, quia & fidigni tas diuersa est in hoc seculo, vna tamen illis est natura.

Sed quur ipse languẽtem non adduxit ad saluatorẽ? D Vtique quia morti iam vicinus transferri non potuit. Sed & magnæ fidei suæ Chrysostomus hoc tribuit, maioremque hanc indicat, quàm fuerit illorum, qui per tectum immiserũt ægrotum. Quia enim nõ dubitabat vel solo Domini verbo sanari posse iacentẽ, idcirco minimè deportãdũ putauit. Vnde & Orige. ad ipsum Centurionẽ sermonẽ dirigẽs: Et huc, inqt, quare nõ attulisti eũ, sicut illi paralyticũ illũ in lecto portauerũt? Ideo qa nõ est opus offendere omnia vidẽti. Nõ opus est in cõspectu eius adferre, cuius potẽtia nõ terminatur, nec includitur, nec excluditur loco.

Magna Cẽturionis fides.

Attende quemadmodũ nihil petens solã infirmitatẽ exposuerit. Sciebat enim quia Christus potens esset ad faciendum, sapiens ad intelligendum, & misericors ad exaudiendum. Ideo infirmitatem tantum exposuit, remedium autẽ sanitatis in potestate misericordiæ eius dimisit.

Chrysost.

Non ergo dixit iste sicut ille modicæ fidei regulus: Domine descende priusquam moriatur filius meus.

Ioan. 4.

Porrò Christus cordium cognitor, Centurionis tacito desiderio respondet. Vnde sequitur:

Et ait illi Iesus: Ego veniam & curabo eũ.

Ecce responsio benigna. Vltroneus enim id offert, quo se ille prorsus credebat indignũ. Apud Lucã habes, quia iã Dominus illò pergebat. Vbi Beda: Magna Domini sublimitas, q solo verbo curare valebat, sed non minor humilitas, qui seruũ dignatus est visitare languentẽ. Nam quasi potẽs & benignus saluare pergebat, & itineris medio ro-

gatus

gatus dicto saluauit, ne videlicet ob impotentiam virium & nõ ob humilitatis exemplũ corporaliter ire putaretur. Alibi ad sanandũ rẽguli filiũ venire noluit, ne diuitias honoraſſe videretur. Hic ne cõditionem ſpreuiſſe ſeruilẽ, ad Centurionis famulum ſe venturum promittit. Ad ſeruum venire chriſtus prſto.

Et aduerte Dominum hic facere voluiſſe quod alias feciſſe non legitur. In aliis enim omnibus voluntatem ſequitur præſtolantium, hic autem vltroneus non modo curare, ſed & ad domum ire promittit. Et hoc quidẽ, ne (vti dictũ eſt) deſpectam videretur habere conditionẽ ſeruilẽ, qui pro nobis formam ſerui accepit, & quia hoc Cẽturionis huius humilitas, charitas, & prudentia merebantur. Chryſoſt.

Circa tertium, quod eſt ad hæc Chriſti promiſſa fidelis & humilis Centurionis reſponſio, ſubditur.

Et reſpondẽs Cẽturio, ait: Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectũ meum, ſed tãtum dic verbo, & ſanabitur puer meus.

Vbi Auguſt. Dicendo ſe indignum, præſtitit dignum, nõ intra cuius parietes, ſed in cuius cor Chriſtus intraret. Neque enĩ hoc cũ tãta fide & humilitate diceret, niſi illũ quẽ timebat intrare domũ ſuã corde geſtaret. Nõ enĩ eſſet magna fœlicitas, ſi Dominus intraret eius parietes, & non eſſet in pectore eius. Magiſter quippe humilitatis & verbo & exẽplo diſcubuit in domo cuiuſdã phariſęi ſuperbi nõie Simonis, & quũ in domo eius recũberet, nõ erat in corde eius, vbi caput reclinaret filius hois. Ita etiã quẽdã ſuperbũ (quantũ intelligit ex verbis ipſius Dñi) vltro ſecũ ire cupientem, à ſuo diſcipulatu reuocauit. Sequar te, ait Domine, quocunque ieris. Et Dominus in eius corde inuiſibilia videns: Vulpes, inquit, foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Reuocat ergo iſtum ire cupientem, trahit alium recuſantem. Eodem quippe loco ait cuidam: Sequere me. Et ille: Sequor, inquit, te Domine, ſed ſine me primo ire, & ſepelire patrem meum. Pie quidem excuſauit, & ideo dignior cuius excuſatio remoueretur, & vocatio firmaretur. E

Igitur Dominus in domo ſuperbi Phariſæi erat, in pectore eius non erat. In huius vero Centurionis domum non intrauit, ſed pectus poſſedit. Zachæus verò Dominum & domo ſuſcepit & animo. Ideo autem Centurioni

turioni non petenti aduentum suum promisit Christus, vt huic verbo daret occasionem, vt tãta Centurionis istius fides humilitasq; patesceret. Si enim puerum ilico sanasset, sincera illius feruensq; fides ignota nobis fuisset, si
Matt.15. cut & fidem mulieris Chananitidis Dominus probauit, dum nõ statim illius preces exaudiuit, quas si mox à principio exaudisset, nullũ nobis de illius humilitate, patiẽtia, perseuerãtia, ac fide cõstantissima, relictũ esset imitationis exemplum. Domine, inquit, non sum dignus, vt intres
Beda. sub tectum meũ. Propter vitæ gẽtilis conscientiã, grauari se magis putauit dignatione Dñi, q̃ iuuari. Nec posse habere hospitem Christum, cuius & si fide prẽditus, nondũ tamen erat sacramentis imbutus. Sed quia quæ nostra infirmitas nõ præsumit, diuina gratia dare nouit, & alius Cẽ-
Act.10. turio qui sicut & iste credentem ex gentibus populũ præfigurat, magnæ fidei & iustitiæ merito spiritus sancti donum priusquã baptizaretur accepit, & iste necdum cathechizatus (id est, instructus) & fidem suam laudari à Domino, & famulum saluari promeruit.

De quo pulchrè per allegoriã dicitur, quia Iesum nõ longè haberet à domo, tametsi sub tectũ suũ inuitare nõ auderet, quia prope timentes eum salutare ipsius. Et qui naturali lege rectè vtitur, quo bona quæ nouit operatur, eo illi qui verè bonus est adpropiat. At qui errori gentilitatis etiam crimina iunxerunt, his aptari potest quod cõfluentibus ad Dominum turbis dicitur: Quidã enim ex his delonge venerunt.

Proinde apud Lucam memoratur beatus iste Centurio dixisse: Propter quod & meipsum non sum dignũ arbitratus vt venirem ad te. Et nos qui de gentibus credimus non ipsi ad Dominum venire possumus, quẽ nunc in carne videre nequaquã valemus. Sed quicunq; passiones nostræ seruitutis agnouimus, ad residentẽ in dextera patris iam per fidem accedere debemus, iã seniores Iudæorum mittere, hoc est, summos ecclesiæ viros qui nos ad dominum præcesserunt, suppliciter obsecrãdo patronos adquirere, qui nobis testimoniũ reddentes & diligamus ecclesiã, & quantũ in nobis est, hanc ædificare curemus, pro nostris apud Dominũ, nostrorumq; peccatis intercedant.

F Domine, inquit, non sum dignus. Ac si dicat secũdum Origenẽ: Alienigena sum, gentilis sum, gladio accinctus, ad prælium exiens, sanguinem fundens, ideoq; non sum dignus

dignus vt intres sub tectum meum. Sed tantum dic verbo, tantum veni verbo. Verbum tuum aspectus tuus est, verbum tuum opus consummatum est, idcoq; dic verbo, ostende absens corpore, quod præsens spiritu consummare potens es. Vbiq; indeficiens tua præsentia, vbiq; præsens tuus aspectus. Idcirco ego accessu & introitu tuo indignus sum, & iste infirmus verbi tui indiget visitatione, & ideo dic verbo, & sanabitur puer meus. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Verbum sane notabile, frequenter piis omnibus in corde & in ore versandum, vt & qui sint ipsi, & quàm benignissimũ habeant deum, semper cogitent. Vnde Origenes:

Centurionis humilitas atq; fides.

Dñe non sum dignus.

Intrat & nũc sub tectũ tuũ dñs quãdo sanctũ sumis cibũ, quãdo illud incorruptũ accipis epulũ, quãdo vitæ pane & poculo frueris, quãdo mãducas & bibis carnẽ & sanguinẽ dñi, tũc inquã dñs sub tectũ tuũ ingreditur. Et tu ergo humiliãs temetipsum, imitare hũc Cent & dicito: Dñe nõ sum dignus vt intres sub tectũ meũ. Si tu humiliter te fueris fassus indignũ, huius humilitatis merito ipse te censebit dignum. Attendendum est hic multo rectius sensisse centurionem, qui considerans infinitam Christi dignitatẽ, dixit se indignũ ad quẽ ille ingrederetur, quàm quos ad Christum miserat Iudæos, qui dicebant, dignus est vt hoc ei præstes, qui Christi maiestatẽ non agnoscebant, vt ille fidei & laudem & præmiũ Christo iudice istis præripuerit, cuius fidei merito & puero suo sanitatẽ & sibi vitã acquisiuit æternã, quũ crediderit creaturas oẽs in cœlo & in terra, manibus & potestati Christi in vnico suo verbo, siue ad vitam, siue ad mortem esse subiectas. Quam fidem prudenti mox argumentatione confirmat, dicens:

Rectius Iudæi sentit Centu.

Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit, & seruo meo, fac hoc, & facit.

Vides sanè argumentationẽ prudentem, qua probat Christum quecunq; vellet etiam posse. Quasi dicat: Quid ni corpore absens solo verbi imperio sanare posses infirmum, quũ ego qui non nisi mortalis homo sum, sub potestate vel tribuni, vel imperatoris constitutus, habens & ipse (qui superioribus subiicior) subiectos mihi milites, qui mihi parent iubenti, & subaudiendum est.

G Centurionis prudentia.

Multo magis tu dñe q oĩbus præes, & cui parẽt vniuersa, sine præsentia corporis, efficaciter dicere potes infirmitati, vade, vt vadat, & recedet, & sanitati, vt veniat, & veniet.

Ego ait homo sum sub potestate regis vel principis, ego habeo sub potestate mea milites & seruos, & tu habes sub potestate tua angelos sicut milites, & omnes sanctos, seruos. Ego mando vnicuiq;, & facit secundum præceptum meum, & tu mandas quod & statim completur. Quod enim mandas & dicis, fit. Mandas & sine mora perficitur. Omnis enim tibi seruit creatura, & ideo dic verbo, & perficietur velociter. O fides viri, O religiositas militis, quanto te magnificemus amice veritatis. Te admiratur dominus, & tuam indeficientem magnificat fidem. Quo modo de gentium tenebris tantũ lumen processit? Quo modo de errore deum non cognoscentiũ tanta manifestata est iustitia? Quo modo ex ore stultorũ idolis seruientiũ, tam limpida effulsit fides? Vbi Beda:

Hominẽ se & potestati vel tribuni vel præfidis subdi tũ dicit, imperare tamẽ posse minorib⁹, vt subaudiatur eũ multo magis qui deus sit, & super oĩa potens, innumerã virtutis angelicæ, quæ ad imperata obtemperet habere militiam. Et dico huic: Vade, & vadit, & cætera quæ sequũtur. Vult ostendere dominum quoq; non per aduentum tantum corporis, sed & per angelorum ministeria posse implere quod vellet. Repellendæ enim erant vel infirmitates corporum, vel fortitudines contrariæ (quibus homo ad debilitatem corporis sæpe à deo cõceditur) & verbo domini & ministeriis angelorum.

Dicit hic Hiero. Centurionis huius Christo placuisse fidem, humilitatem, & prudentiam: fidem, eò quòd ex gentibus quum esset, credidit paralyticum à Christo posse sanari. Humilitatem, quòd se vndicauit indignum sub cuius tectum dominus intraret. Prudentiam quoq; q intra corporis tegmen latentem cognosceret diuinitatẽ.

Circa secundum principale dicitur:

Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, nõ inueni tantam fidem in Israel.

Hic ponitur fidei Centurionis magnifica commendatio. Vbi quatuor sunt consideranda: Primum est de fide Centurionis Christi admiratio. Secundum est, fidei Centurionis

turionis ingens commendatio. Ibi: Amen dico vobis. Tertium est, ad Centurionis fidem notanda cõsequutio. Ibi: Dico autem vobis. Quartum est, Centurionis seruí perfecta sanatio. Ibi: Et dixit Iesus Centurioni:

Circa primũ, quod est de fide Centurionis Christi admiratio, Origenes: Quod deus vnigenitus (inquit) miratur, quantũ est & qualis? Inenarrabile est, & inæstimabile. Percipe sensu quòd deo nihil est mirabile: nec aurum, nec diuitiæ, nec regna, nec principatus. Ista omnia sunt in cõspectu eius tanq̃ vmbra, & sicut nihil, sicut flos decidens. Nihil ergo in conspectu dei mirabile est, nihil magnum, nihil pretiosum, nisi tantum vna fides. Hanc miratur, hãc honorificat, hanc sibi æstimat acceptabilem. Nam miratus est (inquit Beda) quòd vidit Centurionem suam intelligere maiestatem. Sed quis in illo fecerat ipsam fidem vel intelligẽtiam, nisi ipse qui eam mirabatur? Quod si & alius eam fecisset, quid miraretur qui præscius erat? H

Quid miratur Christus.

Notandum ergo, quia quod miratur dominus, nobis mirandum esse significat, quibus adhuc opus est sic moneri. Omnes enim tales motus quum de deo dicuntur, non perturbati animi signa sunt, sed docentis magistri. Itaq̃ Centurionis fidem dominus miratus est, quia ipsa eius fides admiranda erat. Ad modum enim admirantis se habuit, vt nos instrueret tantam fidem admirari.

Fides pretiosa.

Circa secundum, quod est fidei Centurionis magnifica cõmendatio, dicitur in litera: Et sequentibus se, dixit: nimirum Christus. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Et isti iam Israelites erat secundum spiritum. Venerat dñs ad Israel carnalem, id est, ad Iudæos, ibi primũ quærere oues perditas, de quo populo etiã corpus assumpserat. Vbi se dicit non tantam fidem inuenisse. Possumus nos metiri fidem hominũ, sicut homines. Ille qui interiora cernebat, ille quem nemo fallebat perhibuit testimonium cordi hominis, audiens verba humilitatis.

Sed quæritur, num fides istius maior fuerit fide patriarcharum & prophetarũ? Sed (vt dicit Beda post Ambrosiũ & Hiero.) nõ de omnibus retro patriarchis & prophetis, sed de præsentis æui loquitur hominibus, quibus ideo Centurionis fides antefertur, quia illi legis prophetarum monitis edocti, hic autem nemine docẽte sponte credidit. Crediderant alij signis multis & miraculis visis, iste verò nullo signo viso, sed audito tantum.

Fides Centurionis à Christo commẽdatur.

Non inueni (inquit) tantam fidem in Israel. Vbi Origenes: Non in illo priore Israel (qui vocatus est Iacob) tantam abnegat se dominus fidē inuenisse. Ille enim nō tantum credidit dominum, sed & prophetauit de eo, & aperte eius iustitiam demonstrauit, & manifestē eius in carne aduentū proloquutus est. Nisi enim credidisset ei, quomodo de eo prophetasset? Sic & hi qui de Israel processerunt (Israel enim & ipsi nominati sunt) prophetæ & iusti, Dauid, Esaias, & Ieremias. Hi omnes clarē & manifestē eius aduentum prænuntiauerunt. Omnes enim hi habuerunt fidem, habuerunt & prophetiam. Et iste beatus Centurio fidem habuit, sed prophetiam nō habuit, ideoq; dominus admirans, magnificat fidem eius super illum, qui tunc fuit Israel, & non super eos qui olim prophetæ & iusti inuenti sunt in Israel. Non inueni (inquit) tantā fidem in isto secundum carnem populo Israel, sicut in gentibus, sicut in barbaris. Multo plures enim ad Christi fidem venerūt ex gētibus quàm ex Israel, imò perexiguus est istorum numerus, si hunc conferas ad multitudinem illorum qui per vniuersum mundū crediderunt in Christum, quorum iste Centurio typum prætulisse videtur.

Gentiū fides vt maior ḡ Iudæorum.

Gentes (inquit Origenes) filium dei inuocant, omnipotentem, vnigenitum confitentur, dominum adserunt, & sicut dominum diligunt, & sicut benè omnia dispensantem adorant, & Israel (inquit dominus) me non cognouit, & populus meus hic, me nō intellexit, Ideoq; Beelzebub, & Samaritanum appellant, & æstimant peccatorem.

Esa. 1.

Iairus princeps in Israel, pro filia sua me petens, non dixit: dic verbo, sed veni velociter, anteq; moriatur filia mea. Nicodemus doctor in Israel de fidei sacramento audiens, ait: Quo modo possunt hæc fieri? Maria & Martha me nimium diligentes, dicunt: Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus, tanq; dubitantes q; vbiq; non velox sit adesse mea potentia. Ideoq; non inueni tantam fidem in Israel, sicut in hoc alienigena.

Mat. 8.

Ioan. 3.

Ioan. 11.

Ad hæc. Andreas credidit in Christum, sed non nisi quum iam audisset Ioannem dicentem: Ecce agnus dei. Credidit & Petrus, sed audito prius Andrea dicente: Inuenimus Messiam. Philippus vt crederet, scripturas euoluit. Vnde & dixit: Quem scripsit Moyses in lege, & prophetę, inuenimus Iesum. Credidit Nathanael, sed euangelizante sibi Philippo, & inductus miraculo.

Ioan. 1.

Quin

Quin & de omnibus tunc Christi discipulis apud Ioannem audis, quòd non nisi viso miraculo de conuersione aquæ in vinum in nuptiis, crediderunt in eum, palam insinuans eos antè nondum credidisse. Sed & piorũ hic Centurio fidem superat Magorum, quoniam quum nec legem legisset, nec vllam audisset de domino prophetiam, credidit. Magos verò & Balaã prophetia edocuit, & mirãdi luminis noua hos stella ad Christũ vsq; perduxit. Ioan.2. Mat.2. Nu.24.

Circa tertium, quod est ad Centurionis fidem notanda consequutio subditur:

Dico autem vobis, q̃ multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium.

Tam magna, tamq; syncera Centurionis huius fides, typus & præsagium fuit futuræ in Christum fidei gentium. Vnde & ex eius fide occasione accepta, futurã gentium fidem dominus prænuntians, dicit: Dico autem vobis, quasi dicat: Testor vobis & prædico, q̃ multi, non oẽs, quia (vt dicit Apostolus) non omnes obediunt Euangelio, ab oriẽte & occidẽte, hoc est, ex omni gẽte quæ sub cœlo est ab oriẽte vsq; ad occidentẽ veniẽt, de quibus alio loco ait dñs: Et alias oues habeo quę nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnũ ouile, & vnus pastor. K Conuersionis gentiũ prænuntiatio. Ro.10. Ioan.10.

Multi (inquit) venient, de quibus dicitur in Euangelio, quia Iesus moriturus erat pro gente, scilicet filiorum Israel, & non solum pro gente, sed & vt filios dei qui erãt dispersi, congregaret in vnum. Et quia venturi erant filij adoptionis diuinæ ex omni gente, ideo oportebat in omni gente Euangelium prædicari.

Moraliter & nunc ab oriente veniunt ad Christum qui ab ineunte ætate ob dei amorem & spem vitæ æternæ relicto seculo ad dñm cõuertuntur. Ab occidente veniunt qui in senectute propinqui terrore iudicij iam primũ adgrediuntur agere pœnitentiã. Sed ab aquilone veniunt, qui rebus aduersis compulsi in sui deiq; cognitionẽ cõsurgentes salubriter resipiscũt. Ab austro verò siue meridie veniũt, q ex diuinorũ circa se beneficiorũ cõsideratione ad ipsius amorem melioris q; vitæ studia inardescunt. Diuersimoda hominũ conuersio.

Et re-

Et recumbent(inquit)id eſt,feliciter requieſcent cum Abraham,& Iſaac,& Iacob,quibus ſpecialiter de Chriſto venturo, & de vitæ æternæ beata hæreditate ſub typo terræ repromiſſæ,terrę(inquam)fluentis lacte & melle,à deo fuerat facta promiſſio. Cum illis igitur recumbent in regno dei,quorum fidem atq; pietatem fuerint imitati.

Recumbent(inquit Origenes)non carnaliter adcubãtes, ſed ſpiritualiter requieſcentes, non ſicut temporaliter potentes,ſed æternè epulantes,recumbentes in regno dei, vbi lux eſt & amor, vbi lætitia & exultatio, vbi eſt gloria & benedictio, vbi lux oculorum & longæuitas vitę æternæ,cum patriarchis & apoſtolis,cum martyribus & virginibus,& cũ vniuerſis electis dei, populo pacis & ſine querela,qui omnes lætantur ſecuri in bonis domini,quæ exu

1.Cor.2. perant omnem ſenſum. Nec enim oculus vidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit deus his qui diligunt illum.

L Iudæi cur eiiciuntur in tenebras.

Filij aũt regni, id eſt, Iudæi, in quibus antè regnauerat deus,& quibus dei regnũ erat præparatum (quod amplius hos mordere debet)filij regni,appellatione,non electione,promiſſione, non conſequutione, reputatione,nõre,nimirum quòd ſe præſtiterint indignos, eiicientur à facie & viſione dei in tenebras exteriores, in tenebras ſempiternas,quia quũ lux veniſſet in mundũ,ipſi fuerũt rebel

Iob.24. les lumini,& magis dilexerunt tenebras q̃ lucẽ,eo q̃ mala

Ioan.3. erant eorũ opera ,quæ à luce veritatis redargui noluerũt.

Quoniam ergo cęcata per incredulitatem mente interiores ſibi tenebras ſuperinduxerunt, merito ad exteriores tenebras detruduntur, vbi luctus perpetuus & lamentatio, vbi inextinguibile gehennæ incendium & deſperatio, vbi dæmonum furor implacabilis, vbi fletus &

Regio mortis. ſtridor dentium interminabilis. Hæc eſt regio mortis & exilium vitæ. Hæc eſt terra tenebroſa & operta mortis caligine,terra miſeriæ & tenebrarum,vbi vmbra mortis &

Iob.10. nullus ordo,ſed ſempiternus horror inhabitat.

Ibi erit fletus & ſtridor dentium, vbi per horum membrorum irrequietas & intolerabiles damnatorum pœnas expreſſit, quando fumus tormentorum ipſorũ aſcendet in ſecula ſeculorũ, & tranſibunt ab aquis

Apo.14. niuium,ad calorẽ nimiũ.Stridor dentium (inquit Raba-

Iob.24. nus)prodet indignantis adfectum, eò quòd ſero ſibi iraſcatur,quod tam pertinace improbitate deliquit.

Circa

Circa quartum, quod est Centurionis serui perfecta sanatio, subditur:

Et dixit IESVS Centurioni: Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

Vade, inquit, de tua petitione secur⁹, & sicut credidisti me corpore absentē posse sanare puerum tuum, ita fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora, scilicet qua Christ⁹ dixit: Sicut credidisti, fiat tibi. Considera quantum valeat vnicuiq; ad salutē fides propria, qñquidē tantū huic languido valuerit fides aliena. Cæterum (vt dicit hic Origenes) sic fiet verè vnicuiq; homini sicut crediderit, secundum mensuram fidei metietur ei & ista à Domino gratia, ideoq; dixit ad illum Dominus: Sicut credidisti fiat tibi. Credidisti quia omnia possum, credidisti quia ego sum Dominus omnium, sicut credidisti, ita & fiat tibi. Credamus & nos IESVM Christum Deum ac Dominū nostrum omnia posse, vbiq; præsentem esse, remissionem nobis cunctorum peccatorum eius indulgentia (si tamen præcepta seruamus) largiri, vt quisq; nostrum cum Centurione isto audire mereatur: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi.

M

Quanta valeat fides.

Dominica quarta post Epiphaniam.



Ascendēte Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Matthæi. 8.

In hac lectione tria principaliter sunt considerāda. Primum est, Christi vnà cum discipulis nauigatio. Secundum est, Inter nauigandum periculosa maris concitatio, ibi: Et ecce motus magnus. Tertium est, Iubente CHRISTO cōcitati maris sedatio, ibi: Et accesserunt.

Circa

A Circa primum aduerte, q̃ postquam Dominus ad cõfirmationem suæ illius in monte doctrinę, diuinitatis suæ virtutem pluribus in miraculis ostendisset, inter quæ primo mundauit leprosum, deinde Centurionis seruum paralyticum absens solo volũtatis imperio sanauit, & febrientem socrum Simonis eiusdem imperĩ sui virtute fugata febre curauit, multosq; dæmoniacos à spiritibus liberauit immundis, & omne morborum genus ab ægrotãtium corporibus depulit, post hæc omnia præsentis historia lectionis est subsequuta, quatenus & ipsi discipuli, CHRISTI virtutem in sui liberatione perciperent. Vnde ait hic Cyrillus:

Quia discipuli cæteros omnes à Christo beneficiatos videbant, decebat etiã ipsos per proprium sensum in Christi beneficiis delectari. Non enĩ simili sensu cõsiderat quis ea quę in alienis corporibus fiunt, & q̃ in suo. Ideoq; nũc discipulos & mari & ventis Dominus exponit.

Opa christi tã in mari q̃ in terra.

Quum ergo (vt dicit Origenes) multa, magna, & mirranda ostendisset in terra, transiit ad mare, vt & ibidem ad huc excellentiora opera demonstraret, quatenus terrę marisque dominum se esse cunctis ostenderet. Porrò secundum Marcum etiam turbas declinare volens, in nauiculam ascendit. Ait enĩ: Et congregata est ad eum turba multa, ita vt nauim ascendens sederet in mari. Et infra: Et ait illis (nimirum discipulis suis) in illa die quum sero esset factum: Transeamus contra. Et dimittentes turbam, assumũt eum ita vt erat, id est (vt innuere videtur Euãgelista) fatigatum & ieiunum, in naui.

Mar. 4.

Vbi est aduertendum tria Dominũ quum fatigatus esset à turbis, quò se reciperet habuisse refugia, videlicet, nauim, montem, & desertum. Ita nunc ad nauim confugit.

Discipuli cur sequũtur.

Ascendẽtem autem in nauiculam Dominum discipuli eius sequuti sunt. Alioqui non essent eius discipuli, si nõ ipsum sequerentur. Et quidem libenter & cupidè Dominum & magistrum sequebãtur, tracti & sermonũ eius suauitate, & admiratione suorum operum, & benignissima conuersationis eius consuetudine, ita vt eum relinquere non possent.

Sanè quum tam turbis q̃ discipulis præsentibus atque spectantibus signa multa (vt iam dictũ est) Dominus ædidisset, nũc mare ingressurus solos sibi adiungit discipulos, cuius rei Chrysostomus rationem adsignans dicit: Quòd

discipu-

discipulos tantum secum hic retinuit Dominus, nec frustra nec casu fecit, verũ vt futuri signi miraculo ipsos coroboraret. Nam palæstræ magister optimus ad vtrunque eos exercebat, ne videlicet aut terrore vincerẽtur, aut efferrentur honoribus, & simul in ferendis aduersis facit meliores, quoniam vt signa demonstrarentur turbas quoque admittebat, vbi verò ad signa timor quoque & tremor imminebat, eos solos recipiebat quos ad prædicationẽ & pericula erat missurus.

Circa secundum dicitur:

Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.

Hic ponitur periculosa maris inter nauigandum concitatio. Vbi duo sunt considerãda. Vnum est, ipsa maris conturbatio. Alterũ, Christi Domini in periclitante naui dormitio, ibi: Ipse verò dormiebat. B Repentina maris commotio.

Circa primum dicit: Et ecce, quasi dicat, repentè & insperatò, quum prius esset tranquillitas, motus magnus & ventorum & vndarum, factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Vnde apud Lucam habes: Et descendit procella venti in stagnum, & complebãtur & periclitabantur. Quod Marcus manifestius explicat, dicens: Et facta est procella magna venti, & fluctꝰ mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Eleuabãtur enim fluctus maris supra nauiculã altitudine magna, ita ꝙ nauicula videretur esse in profundo, & subitò quasi ipsam nauiculam prorsus obruturi recidebãt. sicq; exagitata nauicula fluctibus replebatur. Hæc enim sunt maris pericula, vbi nec castra, nec portus, nec hoim haberi potest adiutorium, quę nemo nisi expertus nouit, iuxta quod per sapiẽtem dictum est: Qui nauigant mare, enarrãt pericula eius. Luc. 8. Mar. 4 Eccl. 43

Porrò tẽpestas hæc nõ fortuitò, sed Christo dispensante oborta est. Vnde Origenes: Ingressus nauiculã (inquit) fecit turbari mare, cõmouit ventos, cẽcitauit fluctus. Cur hoc? Ideo vt discipulos mitteret in timorẽ, & suum auxilium postularent, suam quoq; potẽtiam rogantibus manifestaret. Illa enim tempestas non ex sese oborta est, sed potestati paruit imperantis, eius qui educit ventos de thesauris suis, qui terminum mari arenam constituit, & dixit ei. Hucusque venies, & non supergredieris, sed in temetipso confringentur fluctus tui. Tempestas prouisa.

Huius

Huius ergo iussione & præcepto, orta est tempestas in mari propter occasiones iam memoratas. Tempestas sanè grandis & mirabilis, qualis illa fuit quæ facta est circa naiuem in qua olim erat Ionas, quando misit Dominus ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Sic etiam dispensante Domino aduersitates graues (quasi procellæ maris) fidelibus suscitantur, nõ vt per impatientiam cõtra Deum murmurent, vel animo facti pusillo desperent, sed vt angustiis pressi Dominũ ex toto corde inuocantes, ad ipsius auxilium confugiant, vtq; omnẽ torporem excutientes in operibus pietatis solicitius semetipsos exerceãt, exemplo eius qui ait: Ad Dominũ quum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Qui rursum ait: Clamauerunt ad Dominũ quum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.

Ionæ. 1

Procellæ fidelibus suscitantur.

Sicut enim prosperitas adulatrix, blandaq; voluptas, plurimos auertit à Deo, ita etiam aduersitas feriẽs, ad Deum plerosq; qui aberrauerant denuo redire cõpellit. Sed & Apostolos suos iam præparaturus & instituturus vt cognoscerẽt se in omni necessitate refugium ad ipsum habere debere, præcepit iam motum hunc maris excitari. Magna ergo & nõ pusilla tempestas facta est, vt magnum opportunitatem ostenderetur, quanto cum fluctus nauiculæ irruebant, tanto magis timor discipulos cõturbabat, vt plus magis per mirabilia Saluatoris desiderarent liberari. Proinde cũ magna dispensatione videtur esse peractum, ne mox postquã tempestas inuadere cœpit nauiculã quærerent discipuli à Christo suffragium. Sed postquam iam malum inualuit, vt manifestior fiat diuinæ maiestas potestatis.

Aduersitas prosperitate salubrior.

Origenes.

Cyril.

Circa secundum dicitur: Ipse vero dormiebat.

C Vnde apud Marcum habes: Et erat ipse in puppi super cervical dormiens. Supra habes quia pernoctabat in oratione, quo modo igitur hic in tempestate dormit? Sed exprimitur securitas potestatis, quo modo omnibus timẽtibus, solus intrepidus quiescebat. Sed quiescebat corporis somno, quum diuinitatis mysterio intenderet. Nihil enim fine verbo fit.

Ambros. Christi in naui dormitio.

Origenes.

O res mirabilis & stupenda, is qui nunquã obdormit, nunc dormit: is qui cœlũ & terram gubernat, dormit: qui nunquã dormit neq; dormitat, ipse dormire dicitur. Dormiebat

miebat quidē corpore, sed vigilabat deitate. Dormiebat corpore, sed conturbabat mare, erigebatq; fluctus, & Apostolos perterrebat, suam potētiam ostensurus. Dormiebat corpore, sicut & ad puteum de itinere fatigatꝰ sedebat, demonstrās quia verè humanū corpus portabat, quod corruptibile induerat. Dormiebat corpore, vt Apostolos suscitaret & vigilare faceret. Ipse qui dormiebat corpore verbū illud sanctū dicit: Ego dormio, & cor meum vigilat. Ioan. 4 Cant. 5

In hac igitur nauigatione Dñs vnius eiusdemq; personæ suæ vtranq; naturam dignatur ostēdere, dū is qui vt homo dormit in naui, furorē maris vt Deꝰ verbo coërcet. Prouiso tamen dormiebat, vt dictū est. Nam (vt dicit Cyrillus) si vigilante Dño tempestas accidisset, vel nō timuissent discipuli, vel non exorassent, vel nec credidissent eum posse tale aliquid facere. Quapropter dormit, præstans tēpus timori. Et hoc quidem Dominus exercitationis gratia permisit, vt quum confessi fuerint periculum, cognoscant miraculi magnitudinem. Vnde postquam magnitudo periculi ad inolerabilem metum eos vrgebat, tanquam aliam salutis spem non habentes, nisi solum ipsum Dominum virtutum, eum excitauerunt. Prouisa tēpestas.

Circa tertium principale dicitur:

Et accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Domine, salua nos, perimus.

Hic describitur iubente Dño concitati maris sedatio. Vbi quatuor sunt considerāda. Primū est, Christi dormientis per discipulos suscitatio. Secundum est, discipulorū timore vacillantium increpatio, ibi: Et dicit eis IESVS. *Tertium est, Christi virtuosa iussio, ibi: Tunc surgens IESVS. Quartum est, sedatis fluctibus hominum admiratio, ibi:* Porrò homines.

Circa primū, quod est dormientis Christi per discipulos suscitatio, dicit Origenes: Quòd tāto discipuli fuerūt metu cōterriti, & penè animo alienati, vt irruerēt in eum, & nō modestè aut leniter suggererēt, sed turbulēter suscitarent eum dicētes: Domine, salua nos, perimus. Et apud Marcum id liquet manifestius. Ait enim: Et excitāt eum, & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet quia perimus? Vbi secundū Augustinum, eadem est sentētia excitantium Dominum, volentium saluari. Nec opus est quærere quid horū potius Christo dictum sit, siue enim aliquid horum D Christū vt discipuli suscitant.

dixerint, siue alia verba quę nullus Euangelistarũ commemorauit, tantundẽ autem valentia, quid ad rem interest? Quanquã & hoc fieri potuerit, vt pluribus eum excitantibus omnia hęc, aut aliud ab alio dicerẽtur. Vbi Origenes discipulos compellans, dicit:

Dominum Saluatorẽ vobiscum habetis, & timetis periculum? Vita vobiscum est, & de morte soliciti estis? Maris turbinem timẽtes creatorem eius pręsentem suscitatis, quasi nõ possit dormiente corpore fluctus sedare? Sed ad hæc respondere possent discipuli: Paruuli & adhuc infirmi sumus, ideoq; trepidamus. Necdum vidimus crucẽ Domini, necdum nos confirmauit passio Domini & resurrectio, nõ ascensio in excelsis, nõ missio & descensio spiritus sancti paracleti, propterea fragiles nutamus, propterea & sæpe audimus à Domino increpationem pusillæ fidei, sed supportamus libenter, voluntariè sustinemus. Vnde & nunc subditur:

Et dicit eis IESVS: Quid timidi estis modicæ fidei?

E Modica discipulorũ fides arguit. Vbi notatur secundum, videlicet, discipulorũ vacillãtium modicæ fidei increpatio. Quid, inquit, timidi estis modicæ fidei? Apud Marcum sic: Quid timidi estis? nec dũ habetis fidem. Et apud Lucã: Vbi est fides vestra?

Sed dicat aliquis: Quomodo fuerunt discipuli modicæ fidei, qui confugerunt ad auxilium Christi? Respondet Chrysostomus, credidisse quidẽ eos, vnde & discipuli fuerunt Christi, non futuri discipuli si non credidissent. Fides tamen ista iuxta verbum Christi modica erat, vnde & Dominus increpat eos, quasi dicens: Creditis quidẽ me posse adiuuare vos, verũtamen nõ creditis me idem posse dormientẽ, quod & vigilantem. Quia igitur fides in vobis modica est, ad eam augendã, vosq; in ea exercitandos in nauim assumpsi mecum, & hanc tam validam concitaui tempestatem. Quur non tanta vobis inest fides vt dicere possitis: Si habitauero in extremis maris, ecce illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua? Noui equidẽ fidem vestram. Dominũ etenim me dicitis. Creditis etiam me creaturis omnibus dominari, & sic me posse imperare potestati maris, eiusque fluctus sedare. Creditis quoniam verbis elementa mundi corripere possim. Vnde & opem ex me quæritis, sed ideo hæc omnia non sufficiunt, q; putatis

tatis me non eadem quoq; posse dormitem, quia putatis me ita etiã diuinitate & ratiõe dormire, sicut corpore me dormire videtis. Quid itaq; timuistis? aut quãtula & vbi est fides vestra? Sequitur:

Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.

F Christus vt elementis imperat.

Hic notatur tertium, id est, Christi domini iussio virtuosa Tunc surgẽs (inquit) nimirum à somno, imperauit ventis & mari. Bene dicit eum imperasse ventis & mari, quoniam tempestas hæc nõ à ventis tantũ fuerat excitata, sed & ex ipso maris fundo ebulliens exurgebat, & eleuabantur vndæ quæ tempestatẽ & horridiorem facerent & periculosiorem. Itaque discipuli periclitãtes & à vi ventorum dẽsuper ex aẽre, & ab vndis ex profundo maris ebulliẽtibus aucto discrimine, grauiter affligebantur.

Surgens ergo Dominus imperauit ventis, vt flare cessarent, & mari, vt eleuationes eius coërceret. Porrõ Christi imperium tantæ virtutis est, vt res etiam insensibiles illi obtemperent. Nam sicut hic patet etiam spiritus procellarum faciunt verbũ eius. Ipse est enim cui per Psalmistã dicitur: Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Et facta est, inquit, tranquillitas magna. Quãdo maris fluctuatio naturaliter terminatur, nõ ex toto mox conquiescit, sed aliquãto tempore adhuc fluctus cõcutiuntur: sed quum imperio Christi cessauit tẽpestas, tanta facta est tranquillitas, vt nec vestigium alicuius turbationis remanserit.

Vnde Orige. Imperauit ventis & mari sicut suis creator creaturis. Vt potens, vt Dominus imperat ventis & mari, & facta est tranquillitas magna, nimirum de vento magno, & tempestate magna. Decet enim hunc magnum miranda & magna facere. Ideoq; paulò antè magna accinctus potentia, magnificè conturbauit profundũ maris, & nunciterũ in eo ipso ostendens suæ magnificentiam potestatis tranquillitatẽ magnam fieri iussit. Hæc ideo, vt nimium cõturbati Apostoli, postea magnificè exhilarati lætarentur. Vnde cecinit Poëta pius:

Iam procul à terris fuerat ratis, actaq; flabris Sedulius.
Sulcabat medium puppis secura profundum.
Quum subitò fera surgit hyems, pelagusq; procellis
Vertitur, & trepidam quatiunt vada salsa carinam.

Perculerat formido animos, seseq; putabant
Naufraga littoreis iam tendere brachia saxis.
Ipse autem placidum carpebat pectore somnum,
Maiestate vigil, quia non dormitat in æuum,
Qui regit Israel, neq; prorsus dormiet vnquam.
Ergo vbi pulsa quies, cunctis clamantibus vna
Voce simul, miserere Deus, miserere perimus,
Auxilio succurre pio, nil vota moratus.
Exurgens dominus validis mitescere ventis
Imperat, & dicto citius tumida æquora placat.

Cõstantiæ documẽtũ.

Dedit sanè per hæc omnia nobis Dominus figuram & doctrinæ imaginem (vt dicit Origenes) vt & nos in omni cõturbatione & contumelia patientiam teneamus, stabiles simus, fidem non deseramus. Et si omnis iste mundus, tanquã mare, ebulliat atq; in furorẽ cõsurgat, & si omnes venti & vertigines dæmonũ vndiq; sæuiant: & si omnis principatus & potestas mũdi, quasi quędã maris tempestas, cõcitentur, & in iracũdiæ tumore spumẽt, & furiãt super sanctos: & si adhuc vsq; ad cœlos sese extollant, vt tempestates maris malignantes, ac dolos & fremitus concitantes aduersum vos, nolite timere, nolite turbari, nolite contremiscere, nolite deficere. Omnes enim quotquot in fidei nauicula cum Domino nauigatis, & si ipse dormiat, pro somno nostram patientiam & tolerantiam expectans, vel impiorum pœnitentiam & conuersionem sustinẽs, alacriter ad eum accedite, orationibus insiãtes, & cum Prophetã dicentes: Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem. Et ipse surgens imperabit ventis, id est, his aëreis dæmonum spiritibus. Ipsi enim commouẽt huius seculi potestates, quasi quasdã maris tempestates, ad persequutionẽ sanctis oĩbus immittendã, ad contumelias fidelibus ingerendas. Omnibus Dominus imperat, omnibus comminatur, omnia mitigat, facitq; & circa corpus & spiritum tranquillitatẽ magnam, pacem ecclesiæ, & mundo serenitatem.

In tẽtatiõe qd facias.

Tentatis vt adest christ9

Quo modo nanq; sæpius cõcilia infidelium commota sunt aduersus verã & firmã ecclesiam? Aliquoties paganorum, aliquoties hæreticorum. Quanta ferocitate huius seculi principes quasi maris fluctus violẽti irruerũt, perdere prorsus ecclesiæ filios se posse arbitrantes? Sed surgens Dominus increpauit dæmonum ventos, & omnes euanescere fecit audaces fidei aduersarios, magnamq; pacem & tra-

tranquillitatem dedit ecclesiæ.

Hinc aduertendum est, vt dicit Ambrosius, sine tenta- H
tione neminē posse ex hoc vitæ curriculo demigrare, quia exercitium fidei tentatio est. Subiecti igitur sumꝰ nequitiæ spiritalis procellis. Sed quasi peruigiles nautę gubernatorē excitemus, qui nō seruiat, sed imperet ventis. Qui & si iam nō dormiat sui corporis somno, caueamꝰ tamen ne nostri torporis somno nobis dormiat & quiescat: & sic mox orta nobis tentatione, quasi quadā tempestate, periclitemur. Non enim desunt siue homines, siue spiritus mali, qui tempestatem nobis suscitare præsto sint. Ignauis Christus dormit.

Certum est enim malorū hominum cōmercia persæpe causſam esse periclitationis bonorū. Quum ergo & Iudas in hac nauicula cū discipulis fuerit, quis miretur hanc fuisse periclitatam? Vnde & præcipiente per Moysen Domino scriptum est: Recedite à tabernaculis hoīm impiorum, & nolite tangere quæ ad ipsos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorū, & pereatis. Hinc Ambrosius: Vnde piis periculū. Num. 16

Non turbatur nauis quę Petrum habet, turbatur ea q̄ Iudam habet. Nam & si in hac discipulorū merita nauigarent, ipsam tamen proditoris perfidia agitabat. Et qui suis meritis firmus erat, turbatur alienis. Si ergo vnus malus bonis multis immixtus periculum parit omnibꝰ, quid futurum putas si multi mali cæterorum qui mali non fuerāt massam fermentauerint? Ioan. 21

Ait in sermone Domini Iosue ad multitudinem populi Israel: Anathema in medio tui est Israel, non poteris stare corā hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere. Ecce vt hominis vnius flagitium in totā redūdat multitudinē. Testaſ proinde scriptura inter filios Dei apparuisse etiam sathā, idq; effecisse Deo permittente, vt Iob sanctus & bonus, opibus suis primum, mox liberis priuatus, dehinc toto corpore vulneribus pleno flagellaretur. Iosue. 7 Iob. 1.

Quum igitur videas etiā Apostolos quibꝰ Dominus adest tentationum secularium procella turbari, vel ex hoc aduerte (vt iam dictū est) neminē sine tentatione hanc vitam transigere, dicente Apostolo: Omnes qui piè volūt viuere in Christo Iesu, persequutionē patientur. Sed diligētibus Deum omnia cooperātur in bonū. Vnde & per Raphaelē archangelū ad Tobiam dicitur: Quia acceptꝰ eras Deo, necesse erat vt tentatio probaret te. Cur pij tentatione pulsantur. 2. Tim. 3 Rom. 8 Tob. 12

Sed & nunc quoq; tentationũ procellis & nos & totã ecclesiam agitari permittit Deus, vt ad ipsum inter angustias supplices cõfugiamus, & ipsius opem qui solus è tantis eripere nos potest malis imploremus, exẽplo sancti regis Iosaphat, qui circunseptus angustiis ad Deum supplex ait: Quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solũ habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Dormit ergo & nobis interdum Christus, vt vel periculorum vrgentium necessitate cõpulsi, acquiescamus ei qui nos commonefacit, dicẽs: Omnem solicitudinẽ vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.

2.Par.20.

1.Pet.5

I

Vnde nobis fiducia.

Vt autem scias quanta Dominum debeas inuocare fiducia, audi ipsum per Psalmistam dicentem: Inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me. Et rursus de inuocãte se, Quoniam (inquit) in me sperauit liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Et tu ergo per ipsius opem superata tentatione creptus à tribulatione malorum & dolore, gratias agens Deum glorifica, eorũ exemplo de quibus in litera subditur:

Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?

Vbi notatur quartũ, videlicet, sedatis fluctibus hominum admiratio. Ait enim: Porrò homines mirati sunt. Qui homines? inquit Origenes. Et respondet, scilicet hanc habentes nauiculam. Non putes hic per homines Apostolos significatos. Nusquam enim inuenimus præter honorem cognominari Domini discipulos, sed semper aut apostoli aut discipuli nominantur. Mirabantur illi homines, hi qui cum eo nauigabant, hi quorũ erat nauicula, hi qui in ea nauicula sese transigebant, hi mirabantur.

Et quidem admiratione dignum fuit, mare à profundo commotum mitigari, eiusq; elatos deplacari fluctus, furentes compesci ventos.

K

Christus vt Moyse & helia maior.

Nec tamen interrogantes dicunt: Qualis est iste, sed asserentes quòd hic talis est, cui mare & venti obediunt. Qualis est iste? hoc est, quantus, quàm fortis, quàm potẽs, quàm magnus. Maior est Moyse, potentior Helia. E quibus vnus ligno mari percusso cum labore mare diuidit, alius ictu melotæ Iordanem pertransiit. Iste verò vno

verbo

verbo mandat illis quę non habent verba,& obediunt ei. Hæc quæ non habent auditum, obtemperant, hæc quæ prudentiæ & intellectus expertia sunt, inclinãtur iubenti, quibus neq; loquela neq; vt dixi sermo est, obediunt vtiq; ad confusionem mortalium,ad condemnationẽ corruptibilium.

Iubet mari,& non contemnit,dicit ventis & tempestatibus,& mox compescuntur, iubet omni creaturæ,& non prætergreditur iussionem eius. Et vnum hominũ genus,quod vnum secundum imaginem dei honorificatum est, cui verbum & prudentia data est, hi soli homines resistunt, hi tantum inobedientes sunt, hi soli contemnunt. Ideoq; & hi soli in iudicio damnabuntur, & à iustitia punientur,veluti deteriores mutis animalibus,vel his quę sine spiritu & anima sunt in hoc mundo. Hominis ingratitudo.

Mirabantur ergo illi,quia mare cõpescuit,& vẽti mitigati sunt. Admiremur & nos quando & benignitates & beneuolẽtias ostẽdit circa nos dñs,quãdo nos de periculis saluare dignatur,quãdo de tumultibus & tribulationibus multis nos liberat,quãdo ab inimicis insequentibus eruit nos. Miremur,& mirãtes gratias agamus,& gratiæ obaudiamus, obaudientes timeamus, timentes diligamus, vt æternæ charitatis ab eodem hæredes efficiamur. Origẽ. Exhortatio negligentibus.

Iure mirabantur, dicentes: Qualis est hic? Sicut homo videtur, & sicut deus potentiam ostendit, sicut vnus carnalium putatur esse, & super omnia carnalia, magna ostendit mirabilia. Dormit sicut homo, & imperat ventis sicut deus. In nauicula sedet,& omnem vbi vult iussionẽ creaturam inclinat. Hæc post Origenem.

Sanè hinc liquet,quàm prępostęrum,quamq; peruersum sit, vt vbi omnis creatura, suo creatori obtemperat, homo solus resistat; vbi patrifamiliãs obedit seruus, filius contemnat, vbi homo creaturæ imperat, ipse præceptis sui creatoris non acquiescat. Sed pro hac inobedientia, talione iusta, ea vicissitudo humanæ superbiæ redditur, vt ea quæ ad obediendum ei creata sunt, non solum ei non obediant, sed & resistant, inter quæ maximè, summoq; hominis detrimento, ipsemet homo resistit sibi,quũ caro eiꝰ cõcupiscat aduersus spũm,& spũs aduersus carnẽ. L. Hominis ingratitudini retaliatio. Gal. 5.

Mysticè mare siue stagnum, quod cum discipulis transire CHRISTVS desiderat, tenebrosus amatusq; seculi præsentis accipitur æstus. Nauicula autem Beda. Mare & naucu. myst.

quam ascendit, nulla melius quàm dominicæ passionis accipitur arbor. Cuius beneficio fideles quiq; adiuti, emensis mundi fluctibus, habitationẽ patriæ cœlestis quasi stabilitatẽ securi littoris obtinent. Quòd autem ipse in vnã nauiculam cum discipulis ascendit, quid significet, alibi aperit, quum prænuntiato passionis resurrectionisq; my-
Mat.16. sterio, mox dicebat ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Sequuntur ergo eum discipuli eius, qui assidua carnis mortificatione, aut pro ipsius amore perpessis tormentis, vel ipsa etiam dura morte ipsum imitantur.

M Discipulis autem nauigantibus Christus obdormiuit, quia calcantibus seculùm fidelibus, futuriq; regni quietẽ animo meditantibus, & vel secundo spiritusancti flatu,
Passionis Christi typus. vel proprij remigio conatus, infidos mundi fastus certatim post terga iactantibus, tempus subitò dominicæ passionis aduenit. Domino ergo puppim crucis (qua somnũ mortis carperet) ascendente, fluctus blasphemantium persequutorum, dæmonicis excitati procellis, adsurgunt. Quibus tamen non ipsius patientia turbatur, sed discipulorum imbecillitas concutitur, trepidat, periclitatur. Itaq; pendente in cruce Christo, quasi magnus in mari motus factus est, quando magna in elementis mundi fuit facta
Luc.23. mutatio. Nam & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, & velum templi scissum est in duas partes, à summo vsq; deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & quasi nauicula operiebatur fluctibus, quando omnium mentes contra crucem fluctuabãt. Nam & concrucifixus insultabat latro, & Iudæi blasphemabant, & discipuli vacillantes trepidabant. Iudæis etiã
1.Cor.1. facta est crux scandalum, gentibus autem stultitia. Ecce q̃ magnus contra nauiculam Christi motus Ipse verò interIp̃e dormiebat. tantas commotiones dormiebat, nam emisso in cruce spiritu, mortis somnum accepit. Suscitant autem dominum discipuli, ne huiuscemodi fluctuum feritate disperent, quia cuius mortem viderant, maximis votis resurrectionem quærebant, ne si diutius ipse morte carnis sopiretur, eorum mens spiritali in perpetuum morte periret.

Expergiscitur. Mar.vlt. Porrò surgens à somno mortis, primum increpat eorum fidei pusillitatem. Nam (vt dicit Marcus) exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis. Dehinc

ventis

ventis imperauit, quia resurrectione celebrata, diaboli superbiam strauit, dum per mortem suam destruxit eum, qui habebat mortis imperium. Tempestatem etiam maris cessare fecit, quia vesanam Iudæorum rabiem, de sepulchro surgendo labefecit, & sic tandem confirmatis in fide discipulis, facta est tranquillitas magna. Nos verò homines, videntes hæc omnia, dicimus: Quis est hic? quia venti & mare obediunt ei.

Porrò nos quoq; singuli, quum signo dominicæ crucis imbuti, seculum relinquere disponimus, nauem profectò conscendimus, cum Iesu stagnum transfretare conamur. Sed qui non dormitauit, nec; obdormiet, custodiens semper Israel, sæpe tamen nauigantibus nobis quasi inter fremitus æquoris obdormit, quando crebrescente inter medios virtutum nisus, vel immũdorum spirituum, vel hominum prauorum, vel ipso nostrarum cogitationũ impetu, fidei splendor obtenebrescit, spei celsitudo contabescit, amoris flamma refrigescit.

N Beda. Nauigare & periclitari myst.

Verum inter huiusmodi procellas ad illum necesse est gubernatorem curramus illum seduli excitemus, qui (vt dictum est) non seruiat, sed imperet ventis. Mox tempestates compescet, refundet tranquillitatem, portum salutis indulgebit.

Libet inter hæc discussa apostolici nauigij varietate, qualiter bonos suum secretum iuuet, malorumue permixtio turbet, intueri. Ecce enim (vt à perfectioribus inchoemus) post celebrata dominicæ resurrectionis solennia septem electi discipuli nauem piscaturi ascendunt. Et quia se Petrus negotiis secularibus exuerat, iam dominum in littore immortalitatis stantem cernere, iam cum illo epulari, iam manè supernæ lucis aspirante, mystico magnorum piscium numero sua retia impleta, nec tamen rupta, suscipere, atq; infimis seculi fluctibus extrahere meretur.

O Grego. Ioan. vlt. Boni vt gaudent tranquillitate.

Alibi Petrus iubente domino retia laxat in capturã, piscium q; comprehendit multitudinem copiosam. Sed qa ipse fragilis adhuc animi fuerat, ita vt CHRISTO tremens diceret: Exi à me, quia homo peccator sum domine, & retia tunc rupta sunt, & si non socij adiuuissent, naues etiam mersæ subsiderent. Item in hoc loco discipuli cum domino nauem conscendunt, mare adeunt, sed quia intererat & Iudas, & dominus in puppi (quæ sedes erat gubernatoris) dormisse, & ventus ponthus q; de foris

Luc. 5.


Tempestas propter malos.

sæuisse perhibentur. Nam & si multa illic discipulorũ me-
rita nauigabant, tamen (vt dictum est) adhuc eam nauem
perfidia proditoris agitabat.

Item Paulus cum fratribus Ierosolymam nauigans,
& die pentecostes ibi spiritussancti gaudia celebrare fe-
stinans, recto cursu cuncta peragrat. Porrò ab Ieroso-
mis Romam relegatus, quia cum infidelibus iter agit, ma-
Act. 27. re furit, venti refragantur, imber imminet, frigora fati-
gant, astra obnubilant, terra negatur, triticum in mare ia-
ctatur, nauis armamenta tolluntur, ipsa postremò nauis
arenis illisa dissoluitur, nautæ quam non agnoscunt ter-
ram, nando petunt. Et qui vndas seculi onerati cupiditati-
bus subierant, eodem aduersante seculo, vix nudi euadũt.
1. Cor. 3. Iuxta quod idem Apostolus ait: Ipse autem saluus erit,
sic tamen quasi per ignem.

Dominica quin=

TA POST EPIPHA. DOMI.



Imile factum est regnum cœ-
lorum homini qui seminauit
bonum semen in agro suo.
Mat. 13.

In hac sancti Euangelij lectione tria notantur. Primum est, agri mysti-
ci diuersa seminatio. Secundũ est, maligni seminis crescen-
tis deprehẽsio. Ibi: Accedentes ergo serui. Tertiũ est, patris-
familiàs iusta prouidaq; discretio. Ibi: Serui aũt dixerũt.

Circa primum tria notantur. Primum est, boni semi-
nis in agro seminatio. Secundum, maligni seminis frau-
dulenta superseminatio. Ibi: Quum autem dormirent.
Tertium, vtriusq; seminis in germine manifestatio. Ibi:
Quum autem creuisset herba.

Circa primũ aduerte, q̃ nullus vñq; tam purũ in agro
A suo sparsit semẽ, quin & herbæ malæ simul orirẽtur. Vnde
& dñs noster Iesus Christus licet pura & optima virtutũ
& doctrinæ semina per se & per apostolos suos seminaue-
Diabolus rit in hoc mũdo, tamẽ quia diabolus diuinorũ operũ per-
qd seminat uersus æmulator, semina errorũ & vitiorũ (semina vtiq;
mala

mala & venenosa) in codē mūdi istius agro superseminauit, in graue boni seminis detrimētū, zizania copiosa succrescūt, put presentis sancti euāgelij parabola manifestat.

Simile (inquit) factum est regnū cœlorū, id est, status ecclesiæ militantis, homini qui seminauit bonū semen in agro suo. Ostensurus qualis & iam sit, & qualis sit futurus status ecclesiæ, parabolam hanc loquutus est.

Siquidē iuxta hāc similitudinē, suū bonū semē & ipse seminauit. Vnde & in expositiōe huius parabolæ seipsum seminatorē appellat, dicēs: Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager aūt est mundus.

B Triplex semen Christus seminat.

Vbi est aduertendū, ꝙ cœlestis hic seminator, semen triplex seminauit, videlicet, verbum veritatis in mundo, fideles quoscq; in ecclesia, & virtutes in anima.

Sane verbū veritatis (id est, verbū Christi) cōuenienter semē appellatur, nā sicut semē intra terrā recōditur, vt illic fotum, oportuno germinet tēpore, sic nimirū & verbū dei per auditū in corde credentis receptum, seruatur vt tandem aliquando per propositum pietatis germinet, & in operibus bonis adferat fructum. Vnde ait psalmista: In corde meo abscondi eloquia tua. Psal 118

Ad hæc, sicut semē terræ mandatū nisi virtute influxionis cœlestis nō succrescit, ita sine irriguo gratiæ supernæ, verbi semē mēte receptū, ad fructū boni opis nō cōualescit. Denicq; sicut semē animantiū est alimentū, sic & anima fidelis viuit in omni verbo quod procedit de ore dei. Deu. 8. Hoc ergo semē pius ac cœlestis agricola Christus per vniuersum mundū, siue per se, siue per suos, seminādo dispsit.

Secundū semē sunt homines pñ & fideles. De quibus Esa. 61. scriptū est: Isti sunt semē cui benedixit deus. Vnde & ipse dñs parabolā per seipsum exponēs, ait: Bonū semē sunt filij regni. Seminātur aūtem electi in agro sanctæ ecclesiæ à Christo, vt & verbo doctrinæ, & exemplo piæ vitæ frugificent, spirituales deo filios generantes.

Tertium semen sunt animi virtutes, cuius seminis quasi grana sunt, fides, spes, charitas, humilitas, patientia, pax, concordia, misericordia, iustitia, prudentia, temperantia, fortitudo, & huiusmodi. Talia enim diuinæ benedictionis semina in animas fideles spargit Christus.

Cauendum verò est, ne diabolus quasi volucris rapax & immunda, cordis agrum depasturus, hoc semen tollat. Sed & piis satagēdum est precibus, quatenus apud nos

nos hæc sancta semina in operibus bonis pullulando
Esa.17. proficiant, iuxta quod per Esaiam dicitur: Manè semen tuum florebit. Porrò geminum salutis semen humanis mentibus Christus venit inspargere, gratiam videlicet & veritatem. Vidimus (inquit Euangelista) gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis, vt videlicet veritatem intellectui, gratiam adfectui seu voluntati infundat, vt intellectum illuminet veritas, & per desideria pia adfectum dirigat, & rectificet gratia.

C Porrò veritas piam mentem imbuens, producit in ea cognitionem sui, cognitionē mundi, cognitionē dei.

Porrò semen gratiæ quod seminatur in affectu, per desideria sancta exurgit in fructum bonorum operum, alioqui in vanum id homo accepisse videbitur, & ideo tolletur ab eo. Quumq; fuerit nudatus gratia, mox hunc
Ose.9. malitia occupabit. Vnde per prophetā dominus loquitur,
1.Re.16. dicens: Væ illis quum recessero ab eis. Quum recessisset à Saul spiritus domini bonus, inuasit vexauitq; eum spiritus malus.

Circa secundum, quod est maligni seminis fraudulēta superseminatio, subditur in litera:

Quum autem dormirēt homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit.

D In agro mentis humanæ non nisi bonum semen dominus inspargit (vt dictum est) Perditio tua (inquit) ex te,
Ose.13. Lc.19. ex me tantum auxilium tuum. Qui & in lege præcepit,
Malorū omniū causa duplex. dicens: Non seres agrum tuum diuerso semine. Contrarium faciunt ii qui quum à malis cessare nolunt, gestiunt quæ bona sunt facere.

Sanè malorum omnium quę geruntur duplicem hic dominus causam assignat, videlicet hominū negligentiam, & malitiam dæmonum. De prima dicit: Quum autē dormirent homines, id est, negligenter agerent, & suam negligerent salutem animarum. Secundum Aug. Quum dormirent homines, id est, negligentes se gererent præpositi ecclesiæ, non attendentes nec vigilantes super gregem suo, tunc venit inimicus homo, id est, diabolus, dei & omnium bonorum aduersarius & inimicus.

Aduerte, q̄ sicut in hac parabola deus se hominē nūcupat, sic etiā diabolum qui & ipse rationis est particeps, homi-

hominem appellat. Itaque negligenter agentibus tã subditis quàm prælatis, diabolus fraudi oportunum tempus esse ratus clam venit, quia plerunq; etiam in angelum lucis se transfigurans, sub specie boni periculosius tẽtat. Venit ergo & superseminauit zizania, quod Dominus exponens dicit: Zizania, hi sunt filij nequam, videlicet adulteri, raptores, vsurarij, homicidæ, hæretici. Hi enim sunt semen diaboli. Quibus per Esaiam terribiliter Dominus intonat, dicens: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequã, filiis sceleratis. Et hos quidem in medio tritici disseminat.

2. Cor. 11.

Zizania qd

Esa. 1.

Diabolus enim semper quærit pessimos homines bonis immiscere, vt eis sint impedimento & scandalo. Vnde & apud Esdram dicitur: Mixtum erat semen sanctum alienigenis gentibus terræ.

Malos diabolus immiſ cet bonis.

3. Esdræ. 8.

Alienigenæ sunt homines fraudulenti & peruersi, a florumq; peruersores, præsertim hæretici, vulpes Sansonis, caudis iuncti, id est, pari malignitatis spiritu (tametsi diuersis viis) ecclesiæ catholicæ (quasi vastandæ segeti) supplantandæ concordes. Huiusmodi pestilentissimos homines, proh dolor dormientibus iis quorum intererat vigilare, vbique locorum, his nostris periculosis, & (si vera est coniectura) nouissimis tẽporibus diabolus disseminauit.

E

Venit, inquit, inimicus eius, id est Christi, diabolus, & superseminauit zizania. In agro enim huius mundi, vbi Christus seminauit doctrinam fidei & veritatis, superseminauit errores, hæreses, & infidelitatem. In agro ecclesię vbi Christus seminauit homines pios & bonos, nempe filios regni, superseminare non cessat homines impios & pessimos, vtique nutrimenta gehennæ, filios perditionis. Denique in agro animæ, vbi Christus per spiritũ sanctũ seminauit virtutes & pia merita, diabolus superseminat iniquitates & peccata.

Christus et diabol⁹ vt contraria seminant.

Et aduerte, quia diabolus nullum proprium agrum habet, sed mala atque pestifera semina sua semper spargit in alieno, id est, in agro Dei. Siue enim nomine agri mundus intelligatur, siue ecclesia, siue anima humana, omnes isti agri Dei sunt. Mundus enim est suus creatione, cõseruatione, gubernatione: Ecclesia sua est, institutione & redemptione: Animas autem suas esse ipse per Ezechielẽ testatur, dicens: Ecce omnes animæ meæ sunt. Licet ergo multa habeat diabolus semina, quia tamẽ agrum proprium habet

Ezech. 18.

um habet nullum, ea in agrum Domini, vt hunc vitiet, inſpargit.

Semen diaboli quale.

Porrò quoniam varia ſunt quæ Deus ſeminauit in agro ſuo ſemina benedictionis & gratiæ, & ipſe inimicus, diuinorum operum peruerſus æmulator (vt dictũ eſt) cõtraria ſemina non ceſſat ſuperſeminare. Vt (verbi gratia) contra ſemen fidei, hæreſes & perfidiam, contra ſemẽ charitatis, inuidiam, contra ſemen concordiæ & vnanimitatis, ſchiſmata, ſectas, & bella, iuxta quod per Salomonem dicitur: Omni tempore iurgia ſeminat. Contra humilitatem, ſuperbiam: contra manſuetudinem, iracundiæ furorem: contra caſtitatem, omne genus ſpurcæ libidinis: contra miſericordiam, crudelitatem: contra iuſtitiam, iniquitatem: contra largitatem, rapacem ſeminat auaritiam.

Hæc & huiuſmodi ſcelera dum cogitatione apprehẽduntur, vtique diaboli ſemina iaciuntur. Dum delectationi fouentur, germinant: dum opere perficiuntur, morti fructificant, & dum homines in diabolicam atque brutalem transformant fœditatem, quaſi oppreſſo tritico totũ agrum zizania occupant. Vnde Boëtius.

F

Lib. 4. proſa. 3.

Hominẽ vt vitia tranſformant.

Conſtãs eſt, quod verſi in malitiam, humanam quoque amiſere naturam. Nam quum vltra homines quemquam prouchere ſola probitas poſſit, neceſſe eſt vt quos ab humana conditione deiecit, infra hominis meritum detrudat improbitas. Euenit igitur, vt quem tranſformatum vitiis videas, hominem æſtimare non poſſis. Auaritia feruet alienarum opum violentus ereptor, lupi ſimilem dixeris. Ferox, atque inquietus, linguam litigiis exercet, cani comparabilis. Inſidiator occultus ſurripuiſſe fraudibus gaudet, vulpeculis exequetur. Iræ intemperans fremit, leonis animum geſtare credatur. Pauidus acfugax, non metuenda formidat, ceruis ſimilis habeatur. Segnis ac ſtupidus torpet, aſinum viuit. Leuis ac inconſtans ſtudia permutat, nil ab auibus differt. Fœdis immundiſque libidinibus immergitur, ſordidè ſuis voluptate detinetur. Ita fit vt qui probitate deſerta homo eſſe deſierit, quum in diuinam conditionem tranſire non poſſit, vertatur in beluam. Vnde conſequenter de Vlyſſis ſociis canit, dicens:

Nota.

Vela Naritij ducis,
Et vagas pelago rates,

Eurus

Eurus appulit insulæ, Pulchra qua resídens dea
Solis edita semine, Miscet hospitibus nouis
Tacta carmine pocula. Quos vt in varios modos
Vertit herbipotẽs manus, Hunc apri facies tegit,
Ille marmaricus leo Dente crescit & vnguibus,
Hic lupis nuper additus Flere dum parat, vlulat,
Ille tigris vt Indica Tecta mitis obambulat.
Et licet variis malis Numen arcadis alitis
Obsitũ miserans ducẽ Peste soluerit hospitis,
Iã tamen mala remiges Orc pocula traxerant,
Iam sues cerealia Glande pabula verterant.
Et nihil manet integrũ, Voce corpore perditis
Sola mẽs stabilis, super Monstra quæ patitur gemit.
O leuẽ nimiũ manũ Nec potentia gramina
Mẽbra quę valeãt licet Corda vertere non valent.
Intus est hoim vigor, Arce conditus abdita.
Hæc venena potẽtius Detrahunt hominem sibi,
Dira quę penitus meãt Nec nocentia corpori
Mentis vulnere sæuiunt.

Vulnera mẽtis nocentiora.

His & scriptura diuina consonat, dicens: Homo cũ in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et iterum: Vt iumẽtum factus sum apud te.

G

Cur diaboli semen in tantũ prosficit.

Quòd autẽ memorata diaboli semina in tantũ prævalent proficiuntq; , vt tam innumeros in beluas transforment homines, tria efficiunt. Primum est diaboli astutia, qui mentes hominum sagaciter explorans, ad quæ vitia singuli procliuiores sunt, inquirit. Non secus ac si hostes obsessam vrbem qua parte negligentius sit munita considerent, vel quomodo cautus quispiam terræ cultor, qua in terra semina quælibet melius succrescant. Vnde Leo papa:

Nõ desinit antiquus hostis deceptionũ laqueos vbiq; prætẽdere, & vt fidẽ credentiũ quoquo modo corrumpat instare. Nouit cui adhibeat æstus cupiditatis, cui gulæ illecebras ingerat, cui apponat incitamenta luxurię, cui infundat virus inuidiæ. Nouit quem mœrore cõcutiat, quẽ fallat gaudio, quem metu opprimat, quem admiratione seducat. Omnium discutit consuetudines, ventilat actiones, scrutatur adfectus, & ibi quærit causas nocendi, vbi quemq; viderit studiosius occupari.

Secũda causa virulẽti profectus diabolicorũ seminũ est corru

est corruptæ naturæ praua concupiscentia, quasi quędam malitia terræ. Vnde & prothoparenti ob pręuaricationis culpam à Domino dictũ est: Maledicta terra in opere tuo, Spinas & tribulos germinabit tibi. Siquidem mortalitatis nostræ corrupta natura, præsto semper est malarũ suggestionum semina suscipere, & suscepta fouere, & ea per opera mala quasi in segetem mortiferã celeriter excitare.

Innata concupiscentia Gen. 3.

Tertia rei huius causa, est humana pigritia quæ negligit vitiorum mala gramina extirpare. Vnde per Salomonem dicitur: Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti. Et ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Quod quum vidissem, posui in corde meo, et exemplo didici disciplinam. Vsquequo piger dormis? Vsquequo de somno consurges? Parum dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conseres, vt quiescas, & veniet tibi quasi cursor egestas, & mendicitas quasi vir armatus.

Humana socordia. Prou. 24.

Circa tertium, quod est vtriusque seminis in germine manifestatio, subditur:

Quum autem creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.

H Crescit herba seminis Christi irriguo gratiæ, & pluuia spiritus sancti, dum augescit profectus in intellectu sacræ scripturæ, dum accrescit numerus piorum et spiritualium virorum, denique dum progreditur anima de virtute in virtutem. Fructificat autem totum hoc semen dum vitæ æternæ pręmium præparatur.

Quum ergo semen Christi modo quo dictũ est proficit, tunc dicuntur apparere & zizania. Quia nisi comparatione virtutum, vicia non apparent. Sicut autem nõ apparet differẽtia zizaniorum & tritici in herba, nam ferè similem vtraque herbam habent, ita etiam quãtum ad ea quæ foris apparent, exigua frequenter vel nulla est differentia inter semen Christi, et semen inimici. Sed quia nemo diu potest fictam ferre personam, diuersitas tandem in fructibus operum deprehensa conuincitur, iuxta quod in Euangelio Dominus ait: A fructibus eorum cognoscetis eos.

Virtutũ cõparatione vitia apparent.

Matt. 7.

Proinde quum semen verbi Dei profecerit in sacræ scripturæ intelligentiam, tunc apparent zizania, quia deprehendi

prehenditur quantum à sacræ doctrinæ veritate deuiet falsitas errorum.

Rursus quũ fideles homines & iusti, sanctis in ecclesia virtutibus fructificant & elucent, apparent zizania, dũ huiusmodi bonos & iustos, mali & iniqui, soloq; nomine Christiani gratuitis odiis persequuntur.

Denique quum anima fidelis è semine virtutum herbam & fructum operationis sanctæ produxerit, tunc apparent zizania, quia tunc anima ipsa quantum distent à virtutibus vitia, diiudicat, & internoscit. Manifesta siquidem fit ei fraudulentia dæmonis. Et certa iudicat inter vtraque.

Circa secundum principale dicitur.

Accedentes autem serui patrisfamiliâs, dixerũt ei: Domine, nônne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania?

Hic describitur maligni seminis crescentis deprehensio, Vbi duo notãtur, Vnũ est, querula seruorũ interrogatio. Alterum, patrisfamiliâs ad seruos respõsio, ibi: Et ait illis.

Circa primum dicitur: Accedentes autem serui patrisfamiliâs, videlicet, postquam illis fraus innotuisset, dixerunt cum displicẽtia & dolore (displicet enim tam sanctis angelis, quàm bonis & piis hominibus, quòd pestifera rum diaboli semen vbique inualescit) Domine, inquiunt nónne bonum semen seminasti in agro tuo? Hoc interrogant, nõ quasi dubiũ quin solũmodo bonũ semen seminauerit, sed admirando & dolendo. Quomodo ergo, id est quo authore habet tuus ager zizania? Licet enim sciant patremfamiliâs in agro suo non nisi bonum semen seminasse (vt iam dictum est) vtique semen euangelicæ gratiæ, quo melius vllum sicut nec seminator alius melior vllus esse omnino non possit, non tamen plenè nouerunt, vnde zizaniorum malitia superuenerit. I Querula seruorũ interrogatio.

Circa secundum, quod est patrisfam. respõsio dicit.

Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit.

Iste homo et seminantis & seminis fuit inimicus. Vbi est aduertendũ quod sancti hoies (qui Dei serui sunt) quũ vident zizania simul oriri cũ tritico, valde affliguntur et pi is ad Deũ precibus accedẽtes, modesta consyderatione in- K

Malũ vnde. quirunt, vnde tã multi mali ſeminis ſit origo, intra ſe meditatione ſancta dicentes: Domine, nónne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Certe ſic. Scriptum eſt enim: Vidit

Gene. 1. Deus cũcta quæ fecerat, & erãt valde bona, quemadmodũ & valde bona ſunt quę docens eſt loquutus. Vnde ergo in agro tuo tam pernicioſa zizaniorum abundantia?

In inquiſitione rei iſtius, ſcilicet, vnde eſſet malũ, nõ

Manichæorum vnde error. acceſſerũt Manichæi hæretici ad patrẽfam. Deũ, vt ab illo quæreret veritatẽ, ſed putantes ſe eſſe ſapiẽtes, quũ eſſent ſtulti, ſuo ſenſui adhęſerũt, & ſuggerẽte diabolo, duo principia, vnum omniũ bonorũ Deum, alterũ omniũ malorũ, diabolum, ſibi ſtatuerunt. In hac etiam quæſtione confitetur beatus Auguſtinus ſe longo tempore laboraſſe. Tandem autem docuit eum Chriſtus, quia malum non eſt aliqua ſubſtantia aut res ſubſiſtens, ſeu creatura, ſed tantũ eſt defectus, & priuatio boni, & ideo nec propriè cauſam habet efficientem, ſed deficientẽ. Diabolus enim propriè nõ

Peccati cauſa. cauſa peccati eſt homini, alioq efficeret, vt homo inceſſanter peccaret (cauſa enim eſt, ad cuius eſſe ſequitur aliud, ſed tantummodo malum ſuggerendo peccandi occaſionem offert homini. Vnde & Dominum tentans, ait: Mitte te deorſum. Nõ enim poteſt hominem in peccati ruinam

Matt. 4 præcipitare, ſed vt ſeſe homo præcipitet ſuggerit.

Itaque diabolus peccati occaſionem præſtat ſuggerẽdo, voluntas autẽ hominis deficiens, non efficiens, peccatum facit, ſuggeſtioni vel concupiſcentiæ vitioſæ libere conſentiendo. Et ideo dicitur, quia inimicus homo, id eſt, diabolus hoc fecit, primus enim peccatum ipſe ſuggeſſit. Sed quia ſola peccati ſuggeſtio ad peccatum non imputatur ſi non acceſſerit voluntatis conſenſus (ſed hæc duo ſimul peccatum conſummant) ideo inimicus, & homo, malum hoc faciunt.

Diabolus ergo cõtra bonum veracis doctrinæ ſemen ſuggerit falſitatẽ, quia mẽdax eſt mẽdacij pater, & quũ loquitur mẽdacium, ex propriis loquitur, & idẽ ipſe per homines mendaces & prauos (qui & ipſi ſunt ſemẽ nequam,

Ioan. 8. quibus ſaluatoris voce dicitur: Vos ex patre diabolo eſtis, & opera patris veſtri vultis facere. Et peruerſæ doctrinæ zizania in eccleſia, & in credentium cordibus vitia ſeminare non ceſſat.

Circa tertium principale dicitur:

Serui autem dixerunt ei: Vis imus & colligimus ea?

Hic ostẽditur patrisfamiliâs, iusta prouida q̃ discretio. Vbi per ordinẽ sunt quinq; notãda. Primũ est, præsto seruorũ obsequutio. Sec. ipsa patrisfam. librata discretio, ibi: Et ait illis, Nõ. Tert. vtriusq; seminis longanimis expectatio, ibi: Sinite vtraque. Quartũ est, expectatæ germinationis oportuna collectio, ibi: Et in tempore messis. Quintũ est, tritici purgati digna repositio, ibi: Triticum autem.

L

Circa primũ, quod est præsto seruorum obsequutio, dictum est: Vis imus & colligimus ea? Vbi secundũ Aug. dat intelligi seruorũ nomine ipsos fideles, qui & bonũ semen dicuntur. Ex diuersis enim signationibus vna res diuersas similitudines recipit, sicut & de se Dñs ait, q̃ ipse sit ianua, & q̃ ipse sit pastor. Boni igitur desiderãtes separationẽ malorũ de medio iustorum quibus semper sunt infesti, cupiũt eos tolli, ne per eos boni depraueẽtur. Vnde apostolus: Vtinam, inquit, abscindantur, qui vos conturbant.

De cõ. euã. Ioan. 10. Gal. 5.

Et attende quanta sit seruorum erga patremfamiliâs reuerentia. Quum enim eo irrequisito inimicus homo in agro eius semen mãlum sparserit, etiam illud colligere seruii irrequisita Domini voluntate non præsumunt. Nihil autem prohibet per hos seruos etiam sanctos angelos accipi, qui postmodum messorum nomine designantur. Ipsi enim præsto sunt accedente beneplacito diuinæ voluntatis, & pios de tribulatione malorum eripere, & in exitium perdere impios. Nam iidem angeli qui Sodomam subuerterunt, Loth iustum inde educentes saluauerunt.

Gen. 19.

Circa secundum, quod est patrisfamiliâs librata discretio, subditur in litera.

Et ait illis: Non, ne forte colligẽtes zizania, eradicetis simul & triticum.

Itaque interrogantibus seruis iréntne & colligerent zizania, respondit paterfamiliâs: Non, id est, nolo quòd zizania nascentia colligatis, ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul & triticum. Ecce quemadmodũ paterfamiliãs amat triticũ. Sustinet enim malũ semẽ in agro suo propter hoc solũ, ne triticũ eradicetur. Nã multi primũ, zizania sunt, qui postea fiunt triticum. Qui nisi quum adhuc

M Cur malos sustinet.

Hierony.

mali sunt, patienter tolerentur, ad laudabilem mutationem non perueniunt. Datur ergo locus pœnitẽtiæ, & monemur ne cito amputemus fratrem, quia fieri potest, vt ille q hodie noxio depranatus est dogmate, cras resipiscat & incipiat defendere veritatem.

Eradicatio triplex.

Vbi est notandum triplicem prohiberi eradicationẽ, id est, siue per excommunicationem, siue alias, videlicet, eradicationem festinatam, damnosam & suspicionsam. Festinata est, quam non præcedit admonitio. Damnosa, quãdo vel ipse princeps, vel multitudo est in culpa, nisi illa palam redundet in contumeliam Dei vel ecclesiç catholicç. Aliquando enim (vt dicit Augustinus) tolerandi sunt mali pro conseruanda pace ecclesiæ, ne schisma suboriatur. Suspicionsa eradicatio est, quum is excidituꝛ de cuius vel vitio, vel hæresi, certitudo sufficiens & omnimoda non habetur.

Circa tertium, quod est vtriusque seminis longanimis expectatio, subditur:

Sinite vtraque crescere, vsque ad messem.

N Dei longanimis expectatio.

Sinite, inquit, vtraque, id est, & bonos & malos, crescere vsque ad messem, id est, vsque ad seculi cõsummationem. Permittit ergo Dominus vt crescant simul boni & mali, vsque ad præfiniti tempus iudicij. Interim enim proficiunt & crescunt tam mali quàm boni. Vnde in Apocalypsi angelus loquitur, dicens: Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Itaque corripiat interim misericorditer homo quod potest, quod autem nõ potest, patienter ferat, & gemat ex dilatione. Turba autem iniquorum quum facultas est in populis promẽdi sermonem, generali obiurgatione ferienda est. De Deo autem certum est quòd malos patienter expectat, vt conuertantur, aut vt per eos boni excrceantur & purgentur.

Apoc. ult. Augus.

Obiectio soluenda. Hierony. Deut. 13. 1. Cor. 5.

Sed quod hic dicitur: Sinite vtraque crescere vsque ad messem, videtur illi præcepto esse contrarium: Auferamalum de medio vestrum, & nequaquam societatem habendam cum his qui fratres nominantur, & sunt adulteri & fornicatores. Si enim prohibetur eradicatio & vsque ad messem tenenda est pacientia, quomodo eiiciendi sunt quidam de medio nostrum. Inter triticũ & zizania (quod Iolium appellamus) quàm diu herba est, & nondũ culmus venit ad spicã, grãdis similitudo est, & in discernẽdo, aut nulla

nulla, aut perdifficilis distantia. Præmonet ergo Dñs, ne vbi quid ambiguũ est, cito sententiã proferamus, sed Deo iudici terminum reseruemus, vt quũ dies iudicij venerit, ille non suspitionem criminis, sed manifestum reatum de sanctorum cœtu eiiciat.

Sinite vtraq; crescere. Si enim euellerentur omnes errores & falsa scripturarũ intelligentia, eradicaretur apud multos etiam studiosa inuestigatio veritatis. Etenim errorum occasione, in intellectu scripturæ ad ædificationem fidei & hæresum confutationem, Deo ad gloriam, & sibi ad coronã plurimi profecerũt. Vnde ait Apostolus: Oportet & hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis. O Ex malis bona elici. 1.Cor.11.

Ad hæc (vt ait Aug.) improbatio hæreticorũ facit emi nere qd ecclia Christi sentiat, & qd habeat sana doctrina. 7.Cõfess. c.19.

Denique si omnes mali tollerentur de ecclesia, pluriꝰ mum tritici eradicaretur, quandoquidẽ plurimi, eorũ exercitati persequutionibus vitam promerentur æternam.

Sed & diabolicas si prorsus tolli cõtingeret tentationes, in plerisque eradicarentur animi virtutes. Vnde & apostolus Paulus angelum Sathanæ perpessus est, qui in ipso stimulum carnis excitaret, ne ad salutem necessaria virtus humilitatis ipsius è mẽte propter reuelationũ magnitudinẽ extirparetur. Rogãti proinde vt discederet, respõdit Dñs: Sufficit tibi gratia mea. Nã virtus in infirmitate perficitur, quemadmodũ & granũ tritici suis circundatũ palcis, legitima quãtitate matureſcit. Circa quartũ, quod est vtriusq; germinatiõis oportuna collectio, subditur. 2.Cor.12

Et in tempore messis dicã messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.

Messis appellatur tẽpus metẽdi. Per messem ergo dies iudicij designatur. Messores autẽ exponẽte Dño sunt angeli. In tẽpore messis, inquit .i. in consummatione seculi, dicã messoribus angelis: Colligite primũ zizania, id est, malos & impios à piorum contubernio sempiterno diuortio separandos. P

Vides, quòd licet inimicus zizania seminauerit, non tamẽ ad eum pertinet eorũ messis & collectio, sed imperio fiet patrisfamiliâs. Ergo quod inimicus seminauit, alius metet, iuxta illud: Alius est q̃ seminat, et alius qui metit. Nec Ioan.4.

Reproborũ in fascicu los colliga tio. Matt. 6.

Esa. 24.

Cõsurgẽdi impossibi litas.

Matt. 13.

lusti triticũ Dei.

Luc. 3.

ẽst. Nec mirũ. Nõ enim (vt supra dictũ est) in ꝓprio, sed in agro seminauit alieno. Et alligate, ingt, ea in fasciculos ad cõburendũ. Ecce cõsummatio hominũ impiorũ. Ecce vt fœnum agri in clibanum mittitur, fœnum vtique tectorum, in alto vanitatis ad breue crescens, quod priusquam eucl: latur per mortem, iam per gratiæ cœlestis carentiam exaruit.

Et bene dicit in fascículos, & non in fasciculo vno. Quia vnusquisque eorum pro modo suę peruersitatis punietur, & qui fuerint in pœna cõsimiles, similibus supplicis cruciabuntur, nẽpe superbi cũ superbis, inuidi cũ inuidis, auari cũ auaris, adulteri cũ adulteris, vsurarij cũ vsurariis, hæretici cũ hæreticis, oẽs pariter desperantes & blasphemi in suis quiq; fasciculis sempiternis gehennæ incendiis exurentur, iuxta quod scriptum est: Et cõgregabũtur in cõgregatione vnius fascis in lacũ, & claudentur ibi in carcere. Præmiserat loquẽs de mũdi hui⁹ amatoribus sub nomine terræ, dicẽs: Cõfractione cõfringetur terra, cõmotione conteretur terra. Et grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adiiciet vt resurgat. Quomodo enim possent resurgere qui ligatis manibus & pedibus, id est omni facultate semetipsos iuuandi iam priuati, proiecti fuerint in tenebras exteriores, in tenebras sempiternas.

Sicut colligũtur, inquit Dominus, zizania & igni cõburuntur, sic & erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Et protinus de piis & iustis, qui hic nomine tritici designantur, adiecit: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Vnde & circa quintum, quod est tritici purgati dignа repositio, subditur:

Triticum autem cõgregate in horreũ meũ.

Triticum inquit, id est iustos, qui in area mundi huius, flagellis, afflictionibus, & variis tentationibus triturati fuerint & mundati, ita vt in eis nulla remãserit palea aut mala, congregate in horreum meum, cœlestium videlicet mansionum. Vnde & alio loco scriptum est: Ventilabrum in manu eius & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili.

Dominica

Dominica in ſe=

PTVAGESIMA.

SImile eſt regnum cœlorum homini Patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineã ſuã. Mat. 20.

In hac ſancti Euãgelij lectione tria cõprehẽdũtur. Primum eſt, ad opus vineæ operariorũ deſtinatio. Secundum eſt, oportuno tempore mercedis redditio. Ibi: Quum ſerò autem factum eſſet. Tertium, euangelicę parabolæ notanda concluſio. Ibi: Sic erunt nouiſſimi.

Circa primum tria ſunt conſideranda. Primũ eſt, myſtica vineæ ſignificatio. Secundum eſt, patrisfamiliãs cum operariis conuentio. Ibi: Conuentione autem facta. Tertium eſt, horarum in opere attendenda diſtinctio. Ibi: Et egreſſus circa horam tertiam.

Circa primum præmittendũ eſt quid ſibi velit in hac dominica nouus officij diuini ritus, & quur dominica iii ſeptuageſima ſit appellata. Conſiderandũ eſt igitur quur ab officio diuino remouetur hodie non modo Alleluia ſolenne, ſed & cætera lętitiæ cãtica, quale eſt inter nocturnas laudes Te deum laudamus, & in officio miſſæ: Gloria in excelſis. Sed huius rei cauſſa in officio matutinali clarius aperitur. Illic enim recolitur, quemadmodum homo ad imaginem dei factus, vt eſſet cæterarũ creaturarũ dñs, & futurus hæres vitæ æternæ, ad conſortium angelorũ, ſine morte, & ſine vlla moleſtia aliquando tranſiturus, per culpam præuaricationis & inobedientiæ, tantorum bonorum incurrit iacturam. Amiſſa enim conditoris ſui gratia, ſimul innocentiam, immortalitatem, originalem iuſtitiam, obedientiam creaturarum, cœlorum regna, conſortium angelorum, hæc (inquam) omnia factus exul & miſer & calamitoſus, amiſit. Quamobrem eccleſia ſancta in initio miſſæ id quod pro mortuis cantari ſolet, videlicet: Circundederunt me gemitus mortis, dolores inferni circundederunt me, hodierna die quaſi in magni mortui (totius ſcilicet generis humani) anniuerſario triſte decantat.

A

Lugubris officij ratio.

Septuagesimę ratio.

Quoad rationem verò septuagesimæ, hoc nobis à patribus sanctis traditum accepimus, videlicet hanc dominicam, quæ ab vltima septem dominicarum, (ipsa est media quadragesimæ) septima est, septuagesimam nominari, & sexagesimam quæ sexta est ab vltima, & quinquagesimã quæ quinta est, & quia idem in harum dominicarũ significatur officiis, quod in illa significatum est septuagenaria captiuitate populi dei, qua septuaginta annis sedit & fleuit super flumina Babylonis. Quid autem illud est, nisi septenaria distinctio ætatum mundi? Harum prima ab Adam. Secunda, à Noe. Tertia, à Moyse. Quarta, à Dauid. Quinta, ab ipsa Babylonica captiuitate. Sexta, ab aduentu Christi, vsq; ad finem seculi. Porrò septima ætas mundi est illa requies ad quam quotidie transeunt electorum animæ, & requiescunt inter vbera lętantis matris suæ Ierusalem supernæ.

Recte igitur in hac dominica, quæ (vt dictum est) ordine prima est ab illa vltima, & respõdet initio illius magnæ atq; deflendę captiuitatis, qua nostri generis parentes primi ob dictã prævaricationis culpam è paradisi gaudiis pulsi, in calamitates, & ęrumnas innumeras, & ineuitabilem moriendi necessitatem, extorres à regno, sub potestate principis tenebrarum, tandem ad inferos descenderunt, miscrabiliter abierunt, rectè (inquam) in hac dominica illud triste canitur: Circundederũt me gemitus mortis.

Septuagesimę finis.

In vltima verò huius ordinis dominica, in qua designatur septimæ ætatis initium, finis scilicet miserandæ captiuitatis, & desideratus lętusq; ad amissam cœlestis regni vitam, & angelorum societatem (quasi à Babylonica captiuitate in Ierusalem) reditus, tunc (inquam) plena gaudiis ecclesia propheticum illud & audit, & canit: Lætare Ierusalem, & festum facite omnes qui diligitis eam, gaudete cum lætitia qui in tristitia fuistis, vt exultetis & satiemini ab vberibus consolationis vestræ.

Esa. 66.

B

Porrò futuri huius gaudij spes nobis in euangelica diei huius lectione aperitur, in qua operarij in vineã patrisfamiliâs (id est, dei) pro mercede vitæ æternæ laboraturi vocati cõductiq; memorantur. Proinde quòd in euangelio per laborantes in vinea, hoc ipsum per currentes ad brauium in lectione epistolæ significatur.

His præmissis, ad expositionem sancti euangelij est accedendum. Simile (inquit) est regnum cœlorum homini patris

patrisfamiliâs, qui exiit primo manè conducere operarios in vineam suam. Vbi in primis est attendendum per regnum cœlorum præsentis temporis ecclesiam intelligi, quæ vtiq; in electis ad regnum cœlorum à deo est prædestinata. Qui licet quoad statum præsentem adhuc in ipso regno non sint, virtute tamen charitatis diuinæ, cum regni illius ciuibus ita vniuntur, vt & ipsi iam regnum cœlorum appellentur. Et quid ni regnum cœlorum vocentur, in quibus deus ipse (quasi in quibusdam cœlis) regnat pro cuius amore perituras diuitias & regna terrena contemnentes audire merentur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum? Sed & ideo regnum cœlorum ecclesia dicitur, quòd ipsius structor dei filius è cœlo venit, & quòd cœlestibus ipsa regatur institutis. Regnũ cœlorum ecclesia p̃sens Mat. 5.

Porrò nomine patrisfamiliâs deus ipse datur intelligi. Vnde Grego. Quis patrisfamiliâs similitudinem rectius tenet, quàm conditor noster, qui regit quos condidit, & electos suos sic in hoc mundo possidet, quasi subiectos dominus in domo? Qui & homo dicitur, non quidem proprietate substantiæ, sed adfectu pietatis, q̃ erga homines mansuetus sit, misericors & benignus. Huius patrisfamiliâs possessio domus & familia, omnis est creatura, siue in cœlo, siue super terram, siue subtus terram. Paterfamiliâs deus.

Qui exiit (inquit) primo manè. Vbi quæritur quomodo intelligatur deus exire, qui vbiq;, semper, & omnino immutabilis est. Sed exire dicitur per sui manifestationẽ, suæq; diffusionem bonitatis. Quando enim non cognoscitur, quodammodo in secreto est. Quum autem ex operibus suis cognoscitur, quasi de occulto in apertum egreditur. Exitus ergo iste nullam in deo significat aut mutationem, aut aliquam cognitionem nouam, qui & vbiquẽ præsens est, & cui semper patent vniuersa. Vnde stultos esse patet qui pro eo quòd deum non vident, nec se putãt ab illo videri, similes paruulis, qui quum oculos sibi manu aut veste cooperientes, cæteros non vident, nec ab illis se videri credunt. Qualiter deus exit.

Hic paterfamiliâs habet vineã, scilicet (vt dicit Grego.) vniuersam ecclesiã, quæ ab Abel iusto, vsq; ad vltimũ electum qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. C Dei vinea quę & qualis.

Huic suæ vineæ deus angelicam custodiam, quasi sepem circundedit, & fodit in ea torcular, quo Christi in

vulnerata atq; fossa carne innoxia passi & mortui meritū designatur. Siquidē hoc torculari vinum illud expressum est quod tam angelos q̄ homines sanctos, etiam in cœlo beatos, ineffabili gaudio lætificat.

Sed adsimilationis ecclesiæ ad vineā rationes attēde. Vinea consistit in multis palmitibus, ecclesia in multis Christo fidelibus. Quibus ipse vos (inquit) palmites. Et sicut palmes nō potest ferre fructū à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.

Ioan.15.

Rursus sicut vinea iuxta terrā deformis apparet, sursum verò in frondibus suis & botris, dulcis est & amœna, ita & ecclesia in electis & piis seculi huius cōtemptoribus & ipsa insipientium oculis apparet contemptibilis. Vnde dominus in Euangelio: Mundus (inquit) gaudebit, vos verò contristabimini. Sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Et hinc beati qui lugēt, quoniam ipsi consolabūtur.

Ioan.16. Mat.5.

Sed & de hac præsentis ecclesiæ apparēte deformitate apostolū audis dicentē: Videte vocationē vestrā fratres, quia nō multi sapiētes secundū carnē, nō multi nobiles, sed quæ stulta sunt mūdi elegit deus, vt cōfundat sapiētes, & infirma mūdi elegit deus, vt cōfundat fortia, & ignobilia mūdi & contēptibilia elegit deus, & ea quę nō sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt nō glorietur ois caro in cōspectu eius.

1.Cor.1.

Verum quæ in terris squallens apparet ecclesia, in cœlestis paradisi gloria, & in præmio vitę æternæ pulcherrima & amœnissima est, dicēte dño: Merces vestra copiosa est in cœlis. De qua mercede per apostolū dicitur: Nec oculus vidit, nec aūris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his q diligūt illū. Vnde & psalmista exclamās & admirās: Quàm dilecta (inqt) tabernacula tua dñe virtutū, concupiscit & deficit anima mea in atria domini.

Mat.5. 1.Cor.2.

Deniq; ratione culturæ ecclesia vineæ adsimilatur. Sicut enim vinea multiplici cultura opus habet vt fructificet, ita & ecclesia, imò etiam & vniuscuiusq; fidelis hominis anima. Purgari quippe indiget à spiritis auaritiæ, superbiæ contumacis & duræ lapidibus, à carnis luxuria & omni intemperantia & superfluitate, quasi ab aqueis & inutilibus palmitibus. Opus item habet crebra concisiōne discussione, quasi quadam sarritione circa radicem. Opus habet districtione disciplinæ, quasi quadam ad certos & firmos stipites alligatione. Opus etiā habet irriguo supernæ gratiæ, quasi aëris quadā tēperie, & pluuia opportuna. Pro qua obtinenda assiduis est deo votis supplica-

Vnde vinea purganda.

dũ exẽplo eius, qui ait: Deus virtutũ cõuertere, respice de cœlo & vide, & visita vineam istam, & perfice eam quam plantauit dextera tua. Psal.

Porrò de vinea viri stulti & hominis pigri, quam replent vrticæ, id est, libidinis æstus, & operiũt auaritię cupiditates, quasi quędã spinę, per Esaiã prophetã dñs queritur dicens: Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Ierusalẽ, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam. Quid est quod vltrà debui facere vineæ meæ, & non feci? Et nunc ostendam vobis quid ego faciã vineę meę. Auferã sepem eius, & erit in direptionẽ, diruã maceriam eius, & erit in conculcationẽ, & ponã eã desertam. Non putabitur & non fodietur, & ascendẽt super eã vepres & spinæ, & nubibus mãdabo ne pluant super eam imbrem. Vinea aũt domini exercituum domus Israel est. Ecce de vinea sua domini quęrela iusta, ecce ipsius contra vineã sterilẽ cõminatio metuenda. Hinc nihilominus & ad Ezechielem loquitur, dicẽs: Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorũ, quę sunt inter ligna syluarũ? Nunquid tolletur de ea lignũ vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt depẽdeat in eo quodcũq; vas? Ecce igni datũ est in escã. Et hęc est nouissima vineæ sterilis reprobatio. De qua & in Euangelio loquitur, dicens: Si quis in me nõ manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligẽt eũ, & in ignem mittent, & ardet. D Vinea degenerans iudicanda. Esa. 5. Eze. 15. Ioan. 15.

Circa secundum, quod est patrisfamiliãs cum operariis conuentio sequitur.

Conuẽtione aũt facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam.

Vides hic benignissimã erga homines dei misericordiã. Nã quũ ei debeamus nosmetipsos, hoc est, totum quod sumus & quod possumus, sed & quum ipse bonorum nostrorũ nõ egeat, nihilominus tamẽ cũ operariis cõuentionẽ, id est, pactionẽ facere, & laboris mercedẽ polliceri, sese; quodammodo homini operario suo debitorẽ facere nõ dedignatur. Promittit enim si præcepta sua seruauerimus, daturũ se nobis vitã æternã, dicens: Si vis ad vitã ingredi, serua mandata. Vbi aduertẽdum quẽadmodũ in opere salutis humanę cõcurrãt & iustitia dei, & dei misericordia. Iustitia quidẽ, quia cõuentiõe facta cũ operariis. Nã & si nõ homini, veritati tamẽ suæ pactionis, suæq; iustitiæ voluntarium se debitorem constituit. E Dei erga nos dignatio. Mat. 19. Iustitia & misericordia dei.

Tit.3. Quantopere verò cõcurrat misericordia Apostol⁹ Paulus ostendit, dicẽs: Quum aũt apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũdũ suã misericordiã saluos nos fecit. Vides vt misericordię dei tribuit ꝙ saluamur. Quod & alio loco euidentius ostendens, dicit: Non enim sunt condignæ passiones huius temporis, ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sed & dei gratia est quæ opera nostra (quæ per se ad præmium vitæ æternæ collata nihil & inane reputantur) vsq; adeo coram deo commendat, vt secundũ suã æquitatem ea censeat æterna beatitudine remuneranda. Pondus enim valoris accipiunt penes infinitam spirituſſancti dignitatẽ, q̃ ad ea homini cooperat⁹ est.

Ro.8.

Operũ iustitia vt defenditur.

Et aduerte quemadmodũ huius euangelij authoritate bonorũ operũ iustitia defendatur aduersus huius temporis hæreticos, opera bona blasphemantes, vtpote quibus nulla alia q̃ opera carnis, imò opera diaboli placent. Diaboli (inquam) opera, non ꝙ per se illa faciat, sed ꝙ ea suis hircis in nouissimo die cũ ipso in gehenna partem habituris, suggerat faciẽda. Huiusmodi sunt apud eos assiduæ

Opera perfidorum.

voracitas, temulentia, lusus, perpetua conuiuia, blasphemiæ, sacrilegia, mendacia, doli, fraudes, vsuræ, exactiones violẽtæ, oppressiones pauperũ, adulteria, superbia, & alia his similia, aut certè grauiora. Cum quibus suis operibus omni mola asinaria in immensum grauioribus, in abyssum ignis sempiterni infelices & miseri, nunq̃ tamẽ miserandi, demergẽtur. Opera enim illorũ sequuntur illos.

Apo.14. F

Act.9.

Sed facessat eorum impudens peruersaq; temeritas, & cessent vituperare quod apud deum commendatur. Nam durum est eis contra stimulum calcitrare. Dicit pastor ecclesiæ Petrus: Satagite vt per bona opera, certam vestram vocationem & electionem faciatis. Quasi dicat: Si operibus bonis vacui fueritis, tam vocatio vestra q̃ electio incerta sunt. Sed hæretici beato Petro Apostolo contradicẽtes, phariseos vocant qui piis operibus sunt intenti. Amplius verò mirãdum est eò dementiæ plerosq; iam esse redactos, vt malint credere hæretico, q̃ Christo & Petro.

2.Pet.1.

Hęretici cõfutantur.

Testatur Apostolus Paulus, exheberi nos debere ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Idem ad Hebræos: Non iniustus (inquit) est deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius.

2.Cor.5.

Heb.6.

Etite-

Et iterum alio loco: Reddet(nimirũ Deus)vnicuiq; secundum opera eius. Deniq;,nõ auditores legis iusti sunt apud Deum,sed factores legis iustificabuntur. Quibus & multis aliis in hũc modum testimoniis,bonorum operũ iustitia apertissimè & adstruitur & defensatur. Rom.3

Conuẽtione,inquit,facta cũ operariis ex denario diurno,id est,vt pro labore diei denarium recipiant. Porrò dies ille laboris, totius vitæ hois temp9 est. Quum enì ad vitæ vesperã ventũ fuerit,actũ erit. Neq; enì per noctẽ in vinea laborari solet. Vnde & ipse Christus adhuc mortale corpus gerẽs,ait: Me oportet operari opera eius qui misit me,donec dies est. Venit nox quãdo nemo potest operari. Clausis enì in suprema mortis hora luminib9,nõ est exinde precũ aut meritorũ locus. Vnde etiam ait Psalmista: Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsq; ad vesperã. Itaque dum tempus habemus operemur bonũ ad omnes. Nam quę seminauerit homo,hæc & metet. Tempus enim sementis,est tempus præsens:quod quum transierit,operãdi tempus exinde nõ est. In hunc sensum dicit Augustin9: Nemo se speret quod hic neglexit,quum obierit apud Deum promereri. Nam hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam releuari quispiam, vel grauari. Dies laboris, quousq; Ioan.9 Gal.6.

Porrò nomine denarij æternę vitæ præmium idcirco intelligitur, quia sicut denarius circularis est figuræ (quæ vtiq; non habet finem) ita nec merces operariorum Dei(q̃ denarij nomine hic designatur)vllo fine limitatur. Siquidem merces hæc ipse Deus est,iuxta quod ad Abraham Iouutus est,dicẽs: Noli timere Abram. Ego protector tuus sum,& merces tua magna nimis. Ecce præmium cui labor nullus potest comparari. Quòd si aliqua tametsi longinqua fieri debeat pro tanto præmio cõmutatio, totũ quod homo habet,& quod est,necesse est pro illo expendat. Nimirum merces hæc thesaur9 est, quẽ qui inuenit homo,vadit,& vendit vniuersa quæ habet,vt possideat illum. Qui hunc habet denarium , quodãmodo & virtualiter omnia habet. Sicut enì quicquid homo vult,habet per denarium, ita & merces illa,oĩa continet quę possunt desiderari. Quicquid enì hoc bono fruetur,quicquid volet erit,& quicquid nolet nõ erit. Ibi quippe erũt bona corporis,qualia nec oculus vidit(vt dictum est)nec auris audiuit,nec cor hominis excogitauit. G Denarius, myst. Ceñ.15 Mat.13

Proinde

Proinde non ociosè expressit genus numismatis, nec in cõmuni tantum numisma, sed specialiter denarium. Denarius enim à decem deriuatur. Vnde & Origenes quoddam salutis nomen esse denarium exposuit, q̃ denario illo decem præceptorum seruatorum merces designatur. Quòd autẽ denarius regis habet imaginem, quid aliud significat q̃ perfectam & puram in beatis Dei imaginem?

1.Ioã.2 Scimus, inquit beatus Ioannes, quoniam quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.

2.Cor.3 Tunc enim reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginẽ transformamur à claritate in claritatem

Rom.8 tanquam à Domini spiritu. Quos enim præscivit, & prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui. Et licet hic imaginem Dei in nobis habeamus (siquidem ad imaginẽ Dei homo factus est) ipsa tamen multis vitiis, quasi quodã deformi squallore, tenebris & caligine, obducta est.

H Misit, inquit, eos in vineam suam. Videndũ cuiq; est,

Vineã egrediuntur, q. ne per schisma, aut hæreticã prauitatẽ de vinea S. Ecclesiæ exiens discedat, iuxta quod de quibusdã per beatũ Ioannem

1.Ioã.2 dicitur: Ex nobis prodierunt, sed nõ erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, remansissent vtiq; nobiscum. Videre nihilominus, ne peccãdo male in vinea operetur, velut illi qui vites nõ excoleret sed exscinderet. Hoc enĩ (ipso patre familiãs Deo iudicante) in suum damnum redundaret.

Circa tertium, quod est horarum in opere notãda distinctio, subditur:

Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, et quod iustũ fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autẽ exiit circa sextam & nonam horam, & fecit similiter.

I Forum est, quicquid est extra ecclesiam, sed & mundus hic fori vocabulo nõ incongrue designatur. In hoc foro emendis animabus diabolus & Deus, quasi duo magni negotiatores, versantur. Offert Deus suis operariis pretium,

Qui venales, & q emptores. vitã & felicitatem æternam. Offert diabolus mœrentem am peccati & rerũ labentium voluptatem. Homo autẽ pro arbitrij libertatem seipsum addicit cui vult, id est, vel diabolo per iniquitatẽ, vel Deo per iustitiam: diabolo per culpam, Deo per innocẽtiam. Vnde Ambrosius: Spontaneum sibi

sibi militem eligit Christus, volũtariũm seruum diabolus auctionatur. Neminem enim iugo seruitutis adstrictum possidet, nisi qui se prius peccatorum ære vendiderit.

Aduertendum est autẽ, esse nõnullos qui animas suas in hoc foro vendunt, alios qui perdunt, alios qui impignorant, alios qui dant gratis.

Animas suas vendunt.

Vendũt animas suas diabolo, exiguo vilique pretio, luxurioſi, guloſi, ſuperbi, & honorũ huius ſeculi ambitioſi, & q̃ maximè auari & iniqui, iuxta quod per Salomonem dicitur: Non est iniquius q̃ amare pecuniam, hic enim vendit animas in pabulum gehennæ ignis. Vnde quum eas à venditore in hora mortis efflatas acceperit, ilico mittit in fornacem ignis.

Eccles. 10

Animam perdunt.

Perdunt animas suas seu amittunt, negligenter viuentes, & ociosi, ad virtutẽ & opera salutis inertes, inepti, accidioſi. Hi enim acceperunt in vano animas suas. Huiusmodi quendã, sapientum quidam acerba reprehensione pungit, dicens:

Persius.

Stertis adhuc? laxumq; caput compage soluta
Oscitat hesternum dissutis vndiq; malis?
Est aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum?
An passim sequeris coruos, testaq; lutoq;,
Securus quò pes ferat, atq; ex tempore viuis?
Et post pauca:
Discitecq; ô miseri, & causſas cognoscite rerum,
Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus. Et post pauca:
Quem te Deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re.

K

Animã suã impignorãt.

Impignorãt vero animas suas qui & si has fœneratori diabolo nequaquã prorsus cõsignare velint, attamen vt accipiant cõcupitas in peccatis voluptates, quasi ad tempus impignoratas alienant. Quumq; tandẽ in peccatis senuerint, debiles effecti, pro tantorũ reatu criminũ, quasi debito graui & immenſo, cõdignos pœnitẽtiæ fructus soluere nequeunt. Difficile est enim consueta relinquere: sicq; fit vt tandẽ pignus (id est, animã) perdant, qui illud à principio nõ perdere, sed tantũ obligare intendebant. Impignorãt etiam animas suas (sed longe alio contractus genere) pastores in ecclesia & prælati. Ipsi enim pro animabus subditorũ proprias animas obligant. Putent sibi dici quod scriptum est:

Custo

3.Reg.20 Custodi virũ istum(demonstrato quolibet subditorũ) quẽ si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius.

Animã gratis dant. Deniq; animas suas quasi pro nihilo dant, inuidi, iracundi, desperãtes, sese proprio scelere interficiẽtes. Quum enim lubricus pro damno animę suæ recipiat voluptates, auarus diuitias, superb⁹ & ambitiosus honores: isti omnium miserrimi nihil accipiunt quod delectat, sed amaritudinem tantum quæ cruciat.

Ait ergo paterfamiliãs operariis qui stabant in foro ociosi: Ite & vos in vineam meam. Ite (inquit) liberè, pò coacti. Nemo enim nisi liberè seruiẽs potest Deo placere. Et quod iustum fuerit, dabo vobis. Non pacisci tur de pretij quãtitate, sed tantũ promittit quod iustum fuerit se daturum. Reddet enim vnicuiq; secundum opera sua.

L Et iterum exiens circa sextam & nonam horam, fecit similiter. Vbi Gregorius: Paterfamiliãs ad excolendã vineam suam, mane, hora tertia, sexta, nona, & vndecima, operarios conducit, quia à mundi initio vsq; ad finẽ, ad erudiendam plebẽ fidelium prædicatores congregare nõ desistit. Mane etenim mundi fuit ab Adam vsq; ad Noe. Hora verò tertia, à Noe vsq; ad Abraham. Sexta quoq; ab Abraham vsq; ad Moysen. Nona autem à Moyse vsq; ad aduentum Domini. Vndecima verò ab aduentu Domini vsque ad finem mundi, in qua prædicatores sancti Apostoli missi sunt, qui mercedem plenam & tardè venientes acceperunt. Ad erudiendam ergo Dominus plebẽ suam, quasi ad excolendã vineam suam, nullo tempore desiitit operarios mittere, quia & prius per patres, & postmodũ per legisdoctores & prophetas, ad extremũ verò per Apostolos dum plebis suæ mores excoluit, quasi per operarios in vineæ cultura laborauit: quamuis in quolibet modulo vel mensura quisquis cum fide recta bonæ prædicator actionis extitit, huius vineæ operarius fuit. Operator ergo mane, hora tertia, sexta, & nona, antiquus ille Hebraicus populus designatur, qui in electis ab ipso mundi exordio dum recta fide Deum studuit colere, quasi non desiitit in vineæ cultura laborare. Ad vndecimam verò gentiles vocantur, de quibus & dicitur:

Horæ dici significatio

Circa vndecimam vero exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei: Quia nemo nos

condu

conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam.

Quid, inquit, statis hic tota die ociosi? Qui enim in transacto tam longo mundi tempore pro vita sua laborare neglexerant, quasi tota die ociosi stabant. Sed attendite quid inquisiti respondeant. Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Nullus quippe ad eos patriarcha, nullus propheta venerat. Et quid est dicere, ad laborem nemo nos conduxit, nisi quia vitæ nobis vias nullus prædicauit? Quid ergo nos à bono opere cessantes in excusatione nostra dicturi sumus, qui à matris vtero ad fidem venimus, qui verba vitæ ab ipsis cunabulis audiuimus, qui ab vberibus sanctæ ecclesiæ potum sanctæ prædicationis sumpsimus cum lacte carnis? M Arguũtur ociosi. Gregorius.

Ex dictis patet quomodo huius temporis hæretici, & in plano offendunt, & quasi in meridiana luce cæcutiunt, dum inter hæc blasphemantes dicere audent per tam multa retroacti temporis secula ecclesiam à Deo in erroribus fuisse derelictam, donec iste hæresiarcha vnà cum suo detestando satellitio prosiliisset, quandoquidem hic pateat, q̃ vigilanti studio, q̃ paterna solicitudine, electæ ecclesiæ erudiendæ nullo non tempore doctores (quasi operarios vineæ suæ) destinando intendit. Hæreticorũ error cõuincitur.

Quòd si operarij quoque in Domini vineam missi diiudicandi forent, nõne potius credendum erit hos esse patres sanctos, cuiusmodi fuerũt Augustinꝰ, Chrysostomus, Hieronymꝰ, Cyprianus, Beda, Gregorius, Ambrosius, Hilarius, Bernardus, & similes, quàm hæreticos istos, nempe homines omni scelerum genere contaminatos, in homines iniquos, in Deum & sanctos impios blasphemos, diuini cultus aduersarios, irridendæ quidem stultitiæ, sed detestandæ malignitatis, quorum nec nomina recensere dignum putamus.

Cæterum his omissis possunt (secundum Gregorium) iam dictæ horarum differentiæ etiam ad vnumquemq; hominem per ætatum momenta referri. Mane quippe intellectus nostri, pueritia est. Hora autem tertia, adolescentia intelligi potest, quia quasi iam sol in altum proficit, dum calor ætatis crescit. Sexta verò iuuentus est, quia velut in centro sol figitur, dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autem senectus intelligitur, in qua sol velut ab alto N Ætates mundi.

axe descendit, quia ea ætas à calore iuuentutis deficit. Vndecima vero hora est ætas quæ decrepita, vel veterana dicitur. Quia ergo ad vitam bonã alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in iuuẽtute, alius in senectute, alius in decrepita ętate perducitur, quasi diuersis horis operarij ad vineam vocantur.

O Ociosi q sunt.

Cæterum ociosi sunt, qui nec sibi proficiunt, nec proximis subueniunt, nec Deo seruiunt, nec diabolo resistũt, nec in futurum prospiciunt sibi ipsis.

Quinetiam multam malitiam docuit ociositas, cuius fugiendæ exemplum in omni creatura conspicimus. Verbi gratia: Primum in creaturis sensu & vita carẽtibus, vt sunt stellæ, quæ & nocte & interdiu voluntati conditoris sui obsequuntur. Vnde per Prophetam dicitur: Stellæ dederunt lumen in custodiis suis. Vocatę sunt, & dixerunt: Adsumus. Et luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas. Sed & plantæ atq; arbores, quasi & ipsæ ocium dãnarent, tempore oportuno flores & folia fructusq; producunt.

Item in animantibus brutis exemplum simile vidĕmus, quæ assidue atque indefesse pro victu & fœtibus educandis laborant. Vnde per Salomonem dicitur: Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam. Quæ quum nõ habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.

Prou. 6

Denicq; etiam ipsi angeli sancti ocium exẽplo suo damnant, de quibus per Apostolum dicitur: Omnes administratorij spiritꝰ sunt, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.

Heb. 1.

Quin & propter propositam mercedem laborare nos conuenit. Reddet enim Deus mercedem laborum sanctorum suorum. Porrò bonorum laborum gloriosus est fructus. Qui ergo vitæ æternæ mercedem desiderat, in Dei rebus laborem non recuset. Vnusquisque enim propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Porrò seruus piger eiicitur in tenebras exteriores, seruus autẽ qui in opere iniuncto fidelis fuit, super multa constitutus intrat in gaudium domini sui.

Sap. 10. Sapi. 3. 1. Cor. 3.

HOMI-

HOMILIA ALTERA.

QVum autem sero factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem. Matthæi. 20.

In hac Euangelicæ lectionis parte duo restant considerada. Vnum est, oportuno tempore mercedis redditio. Alterum, Euangelicæ parabolæ notanda conclusio, ibi: Sic erunt nouissimi.

Circa primum sunt tria notanda. Primũ est, per procuratorem ad mercedẽ vocatio. Secundum est, mercedem accipientium prępostерus ordo, ibi: Incipiẽs à nouissimis. Tertium, aduersus patremfamiliãs quorundam murmuratio, ibi: Venientes autem & primi.

Circa primũ dicitur: Quum sero autẽ factum esset. Si per horas vocationis ad vineam diuersas mũdi ætates accipimus, sero mundi consummationẽ designat. Si autem memoratas horas ad diuersas eiusdẽ hois referamus ætates, sero, cuilibet homini suæ vitę finis est. Tunc enim dies vitę præsentis vnicuiq; occidit, ita vt exinde fas nõ sit operari, sed solũmodo mercedẽ operis recipiendi iam tempus adsit. Vnde Chrysostomus: Considera, inquit, q̃ nihil nobis mane datur, sed sero Dominus mercedẽ reddit, quia solum fidelem & perseuerantẽ operarium remunerat. P Sero, myst.

Quum ergo sero factũ esset, dicit dñs vineæ, id est, Deq̃ qui prius noĩe patrisfamiliãs est designatq̃: dicit, inquam, procuratori suo, id est Christo hoĩ, qui ad procurandã generis humani salutẽ à Deo patre missus est, qui & nunc est in dextera Dei vt interpellet pro nobis. Vnde & per b. Ioã nem dicit: Aduocatũ habemus apud patrẽ Iesum Christũ iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Huic procuratori pater omnia dedit in manus. Sed & omne iudicium pater dedit filio, tam retributionis bonorũ, quàm punitionis malorum. Vineæ procurator. 1. Ioan. 2 Ioan. 13 Ioan. 5

Voca, inquit, operarios, non autem ocioſos, ad mercedem. Voca operarios à labore ad requiem, à seruitute in libertatem, à paupertate ad diuitias, ab afflictionibus & ærũnis ad delicias sempiternas. Itaq; beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodo enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Apoc. 14

Sanè vocatio operariorum, erit omnium resuscitatio
1.Cor.15 mortuorũ quę fiet iussu Christi in momento in ictu oculi
in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent
Ioan.5. incorrupti. Vnde ipse ait: Omnes qui in monumẽtis sunt
audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionẽ vitæ, qui verò male egerunt in resurrectionem iudicij. De hac voce magna qua citabuntur vniuersi mercedem secundũ opera sua quisque recepturi, rursus per Apostolũ dicitur: Dominus Iesus
1.Thess.4 in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi.

Felices sanè ac ter quaterq; beati, qui vocantẽ audituri sunt atq; dicentem: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.

Nec solum cõmittit Deus pater homini Christo operarios vocare, sed & promeritã reddere mercedem. Et redde illis, inquit, mercedem. Circa secundũ, quod est mercedem accipientium ordo præposterus, subditur:

Incipiẽs a nouissimis vsq; ad primos. Quum veníssent ergo qui circa vndecimam horã venerant, acceperunt singulos denarios.

Incipiens (inquit) videlicet mercedẽ reddere, à nouissimis, qui scilicet ad opus vndecima hora venerãt, vsque ad primos, qui venerant hora prima.

Quæritur hic quare in vineam operarios vocat Deus pater, quibus tñ ipse mercedẽ non tribuit, sed hoc filio cõmittit. Dicendum, q̃ quia patri omnipotẽtia tribuitur, ideo circo ad eum pertinet trahere homines vel ad vnitatẽ ecclesiæ, vel ad salutarẽ laborem pœnitẽtiæ, dicẽte Christo
Ioan.6 Nemo põt venire ad me, nisi pater q̃ misit me traxerit eum.

Porrò iudicium mercedis reddendæ Christo cõpetit. Primũ, ratione sapiẽtiæ quę filio attribuitur, dicente Apo-
1.Cor.1 stolo: Dei virtus & Dei sapientia Christus. Et iterum:
Col.2. ipso, inquit, sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Rursus iudicium hoc Christo debetur, ne q̃ credat patre minorẽ propter assumptã humanitatẽ, sed vt per omnia patri æqualis ostendatur. Vnde ipse ait: Pater
Ioan.5 nõ iudicat quenquã, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem.

Denarius ergo diurnus primo datur nouissimis, quia
Denarius primo nouissimis datur. (secũdum Augustinum) licet detur oĩbus simul in nouissimo

mo die, illi tamen qui post vnam aut paucas horas ipsum accipiunt, dicuntur hunc prius recipere q̃ illi qui post multas horas hũc expectauerunt, & postea receperunt, & quia (vt dicit Chrysostomus) nimia misericordia ordinem nõ aspexit. Æquale autem accipiunt præmium, vt ostẽdatur ꝙ non ex suis meritis, sed ex gratia omnes saluantur. Vnde Bernardus:

Exaggera quantumuis opera vitę, extolle sudores, sed melior est misericordia Domini super vitas. Ex ea sanè & operis & temporis damna mihi resarcio. Acceperũt itaq; & nouissimi & primi ex prȩcepto patrisfamiliãs singulos denarios, ꝙ nimirũ, vna omnium eademq; in Deo est beatitudo, & nõ modo eadem, sed etiam æqualis, secundũ proportionem videlicet, quilibet enim eorũ secundum sua recipit merita. Eorum autem merita sunt in cœlis præmio coæquata, data illis mensura bona, & cõferta, & coagitata, & superefluente. Capacitas enim desiderij cuiuslibet sic est adimpleta, vt plus nõ appetat. Sanè vasa sunt rationalia & viua, inæqualis quidem capacitatis, sed quum omnia plena sint, nullum eorũ est altero plenius. Ad hũc ergo sensum intellige eundem omnes accepisse denarium.

Denicq; etiam duratione æqualis omnium est beatitudo, videlicet æterna, dicente Apostolo Petro: Deus omnis gratiæ vocauit nos in æternam suam gloriam. 1. Pet. 5

Porrò secũdum Greg. à nouissimo reddere denarium paterfamiliãs præcepit, quia ad paradisi requiem prius latronem q̃ Petrũ perduxit. Quãti patres ante legẽ, quanti sub lege fuerunt? & tamen hi qui in aduentu Dñi vocati sunt, ad cœlorũ regnum sine aliqua tarditate peruenerunt. Eundẽ ergo denarium accipiũt qui ad vndecimã laborare cœperunt, quẽ toto desiderio expectauerũt, qui vel ab hora prima laborauerunt. Æqualẽ enim æternę vitæ retributionem sortiti sunt his qui à mundi initio vocati fuerant hi qui in mundi termino ad fidem venerunt.

Circa tertium, quod est aduersus patrẽfamiliãs quorundam murmuratio, subditur:

Venientes autem & primi, arbitrati sunt ꝙ plus essent accepturi. acceperunt autẽ & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabãt aduersus patremfamiliãs, dicẽtes: Hi nouissimi

vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus?

R Primi in labore videntes nouiſſimos diurnum accepiſſe denarium, arbitrari meritò poterant quòd plus illis eſſent accepturi, quandoquidem vſitato hominum more, plus laborantibus, etiam plus mercedis conferatur.

Eadē fides priſcorū & ſequētium.

Acceperunt tamen & ipſi ſingulos denarios. Nam (vt dictum eſt) ſicut vna eſt fides primorū atq; poſt ſequentium, ita vnus eſt denarius æternitatis. Quod vtique & nobis documēto eſſe debet, ne noſmetipſos cæteris quaſi meriti amplioris, comparemus. Frequenter enim contingit, vt qui longe pōſt ad Dei ſeruitutē veniunt, eos qui ſe præceſſerant feruore ſpiritus & virtutum meritis antecedāt. Quia nec diuturnitas temporum, nec numeroſitas operum, ſed maior charitas meliórque voluntas augent meritum.

Duplex videtur occaſio murmurandi.

Pares, inquiunt, illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus. Duplicem murmurandi cauſſam habere videbantur. Tum quòd in remuneratione eſſent vltimi, qui in labore primi fuiſſent. Tum quòd inæqualiter laborantibus, æquale præmium eſſet datum. Sed omiſſa prima illa murmurādi cauſſa, ſolum murmurant propter ſecundam, dicentes: Hi nouiſſimi, videlicet, qui ad horam diei vndecimam ad laborem venerant, vna hora præcedentes fecerunt.

Horæ vt in ſcripturis accipiendæ. Ioan. 11

Pro intellectu horarum iſtarum, attende eas non eodem ordine computari qua nos eas vulgo computamus. Nam ordo noſtrarum horarum incipit à noctis medio vſque ad punctum meridianum, & à meridie rurſus vſq; ad medium noctis. Aliter autem in ſcriptura ſunt horæ accipiendæ. Quum enim authore CHRISTO duodecim ſunt horæ diei (non quidem diei naturalis, qui dicitur vnà cum nocte complectens, vigintiquatuor horis impletur) ſed diei artificialis, qui à ſolis ortu vſque ad eius occaſum protenditur. Huius, inquam, diei æquinoctialis tempore, duodecim horæ ſunt. Prima accipitur ab ortu ſolis. Duodecima verò & vltima diei hora incipit in ſolis occaſu. Hora tertia tribus horis à ſexta, id eſt, meridie diſtat, & media eſt inter horam primam & ſextam. Hora nona ſicut tribus horis diſtat à ſexta, id eſt, ab hora meridiana, ita etiam æquali interuallo (videlicet ſpatio trium horarum)

rum) ab hora duodecima dirimitur.
Ex quibus patet his qui ad opus vineę vndecima hora venerant, non plus quam vnius horæ ſpatio ſolem luxiſſe. Verum eſt ergo quod dicunt: Hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus. Vbi Gregorius.

Pondus diei & æſtus portauerunt hi, quos à mundi initio, quia diu hîc contigit viuere, neceſſe etiam fuerat longiora carnis tentamenta tolerare. Vnicuiq; enim pondus diei & æſtus ferre, eſt per longioris vitæ tempora carnis ſuæ calore fatigari. Pōdus diei & æſtus.

Sed quæri poteſt, quomodo murmuraſſe dicti ſunt, qui ſaltem ſerò ad regnum vocantur. Cœlorum enim regnum nullus murmurans accipit, nullus qui accipit murmurare poteſt. Sed quia antiqui patres vſq; ad domini aduentum quantumlibet iuſtè vixerint, ducti ad regnū non ſunt, niſi ille deſcenderet qui paradiſi clauſtra hominibus interpoſitione ſuæ mortis aperiret. Eorum ergo hocipſum murmuraſſe eſt, quod & rectè pro percipiendo regno vixerunt, & tamdiu à percipiendo dilati ſunt. Quos enim poſt peractam iuſtitiam inferni loca, quamuis tranquilla ſuſceperunt, eis profectò & laboraſſe fuit in vinea, & murmuraſſe. Itaq; quaſi poſt murmurationē denarium accipiūt, qui poſt longa inferni tempora ad regni gaudia perueuerunt. Nos autem qui ad vndecimam venimus, poſt laborem non murmuramus & denarium accipimus, quia poſt mediatoris aduentum in hoc mundo venientes, ad regnum ducimur mox vt de corpore eximus, & illud ſine mora percipimus, quod antiqui patres cum magna percipere dilatione meruerunt. Quid horū ſit murmuratio.

Cæterum, ſi cuipiam minus æquum forte videatur, vt æqualem recipiant mercedem, & qui plurimum, & qui modicum laborauerint, atq; hinc rationabiliter eos murmuraſſe, qui hora diei prima, id eſt, manè, ad laborem vocati ſunt, attendant quòd iſta retributio iuſta pariter & miſericors eſt. Iuſta quidem ad præcedentes, quia datur eis conuentum pretium, miſericors verò eſt, quoad ſequentes, qui pro breui labore æqualem cum prioribus mercedem accipiunt. Non igitur iniuſtè cum primis agitur, ſi vltimis miſericorditer diſpenſatur.

Sed nec menſuratur præmij magnitudo (vt dictū eſt) ex operibus, ſed ex feruore charitatis, fieri autem poteſt,

Maius meritũ in quo sit.

vt qui minus operantur æqualem cum iis charitatem habeant qui laborant multum, quo fit, vt non iniuste æquale cum illis, vel certè maius præmium consequantur.

Cæterum & si denarius iste (id est, beatitudo electorum) æqualis sit duratione, non tamen est æqualis in valore. Nam in patrisfamiliâs domo mansiones multę sunt.

1. Cor. 15. Alia est enim claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Verum quia diuinæ misericordiæ placuit tantundem mercedis nouissimis dare, quantũ ipse pactus fuerat primis, attende quid murmurantibus primis paterfamiliâs respondeat. Sequitur enim:

At ille respondẽs, vni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum est & vade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?

T Rationabili patrisfamiliâs responsione murmur sedatur. Et primo facit hoc amicabili ratiocinatione. Amice (inquit) non facio tibi iniuriam, quæ locum non habet vbi est mera gratia, sed vbi quod iure debetur, negatur.

Murmur vt placat. Quòd autem non facit ei iniuriam ostendit, quia pactam ei reddit mercedem. Nonne (inquit) ex denario conuenisti mecum? Quod si ita est, vtique ex pacto non plus tibi debeo, quapropter, tolle quum tuum est & vade, contentus quia mercedem promissam recepisti.

Secundo, eiusdem murmuris rationem tollit, dum se dicit sic voluisse. Volo (inquit) huic nouissimo dare, sicut & tibi. Quod autem vult, licet ei facere. Sicut enim solus voluntas eius caussa est productionis omnium rerum, ita eadem sua voluntas caussa & mensura est omnis iustitiæ & æquitatis. Vnde & iustum necesse est esse mercedis modum, quem ipse statuit. Quoniam ergo regni cœlestis perceptio, eius est bonitas voluntatis, rectè dicit: An non licet mihi quod volo facere? Et vtique licet, quum voluntas sua sit inobliquabilis regula æquitatis, iuxta illud: Voluntas eius, pondus æquum. Non enim locum habet apud eam cuiuslibet affectus malitiæ. Stulta autem est quæstio

Iob. 11. Gregor.

hominis

hominis contra benignitatem dei. Conquerendum quippe esset, non si non daret alicui quod non deberet, sed si non daret quod debuerit. Vnde subdit:

Stulta contra deū querela.

An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Vbi tertio tollit murmurationem, hanc dignè redarguens, quòd ex inuidia procedere videatur. Tunc enim oculus mentis nequam esse dicitur, quando ex alterius bono conspecto, dolore cruciatur. Quur autem oculus eius nequã fit ostẽdit, quum dicit: quia ego bonus sum, videlicet huic pro breui labore tantum conferendo præmiũ, quantum tibi qui diutius laborasti. Et hinc oculus tuus per inuidiam nequam est. Sed nemo se de opere, nemo de tempore extollat.

Ad pleniorem eorum quæ dicta sunt intelligentiam, quæstio paulò antè mota clarius est elucidanda. Quum enim constet beatos esse qui denarium istum acceperunt, quos certum est de illorum omnium qui gratia & misericordia dei saluantur, gaudere salute, nec vllum apud eos inuidiæ, odio, vel murmurationi esse locum, quid sibi velit quòd hic aduersus dei misericordiam murmurare perhibentur, & non quomodocunq; murmurare, sed iniquè, ita vt propter hoc à patrefamilias grauiter obiurgari meruerint, & audire: An oculus tuus nequam est, quod vtiq; non modicum adiicit difficultatis.

V

Quam difficultatem nequaquàm soluunt, qui putãt per hanc murmurationem admirationem diuina bonitate esse intelligendam. Sed hoc textus literæ non admittit. Ob solam enim admirationem de oculi nequitia nõ fuissent reprehensi. Aduertendum itaq; præter paulò ante recitatam b. Gregorij expositionẽ, Christum hic parabolã dixisse, & in parabolis (vt dicit Chry.) nõ oportere nimia in singulis verbis curã perangi, sed quum quid per parabolam intendat didicerimus, inde vtilitate collecta, nihil vlterius anxiore conatu inuestigandum. Quæ vtiq; in explicandis intelligendisq; allegoriis regula est non parui pendenda.

quid de hac murmuratione tenẽdum.

Aduertendum proinde parabolas à Christo traditas non per omnia & singula verba nobis conferre, sed in finem tantum in quem adducũtur, quòd euangelicis exemplis libet commonstrare. Vno videlicet, villici illius quem dominus ex iniquitate commendat, & prudenter fecisset. Vbi b. Augu. sentẽtia est, ne quis hinc discat iniquè agere,

Luc. 15.

ficut ille villicus fecit, eò ꝙ parabolis non ex omni parte vti debeamus, sed iis tantum articulis propter quos illos induxit Christus, hoc est, vt disceremus nobis faciendos amicos de mammona iniquitatis.

Luc. 7 Mat. 25. Luc. 19. Alterius parabolæ exemplum simile est apud Lucam de fœneratore duos habente debitores. Accedit nihilominus apud Lucam pariter & Matthæũ exemplum hoc, quo seruum ignauum dominus suus grauiter increpat de neglecta talenti vsura, quod potuisset vsurario tradere, vt cũ lucro illud suus dominus reciperet. Hinc enim nemo licitum esse putet vsuram ex mutuo recipere, dicente alio loco ipso eodem domino: Date mutuum, nihil inde sperantes, sed vt hinc discamus donis diuinæ gratiæ nequaquam inerti ocio abuti, sed ad dei gloriam & proximi vtilitatẽ vigilanter in illis nos exercere debere.

Luc. 4. Luc. 15. Eiusdem rei simile est exẽplum apud Lucã, vbi solennius conuiuium filio prodigo pater instruxit reuerso, ꝙ seniori fratri, qui semper apud patrem manẽs, mandatum eius nunquam præterierat.

Nota. Porrò secundum Chry. ad hunc intellectum induxit dominus horum parabolam murmurantium, non vt inuidiæ tabo morderi ostenderet, sed vt tanto illos postremò venientes ostenderet honore decorari, quantus ad inuidiam cæteros impellere sufficere potuisset. Vult itaq; nõ hanc parabolæ esse conclusionem, ꝙ nouissimi primi, & primi nouissimi forent, sed hoc intendens, quo modo admiratione dignum erat illud, quod nemo credidisset inæquales operarios, æqualem recepturos esse mercedem, ita hoc non minus admirandum, quòd nouissimi facti sunt primi, & primi nouissimi.

X Alia parabolæ expositio. Sed & aliam huius parabolæ expositionem literæ (vt videtur) viciniorem quidam inducũt, quæ talis est: Constat Iudæos in vineam domini primum vocatos, postremò gentes. Et mane quidem incœpisse laborare Iudæos, dicente Psalmista: Notus in Iudæa deus (nõ enim erat alius in vniuersa terra qui sicut Israel propitium haberet deũ) verũ quãdo placitũ fuit deo, etiã gẽtes ad sui notitiã & cultum vocare, quæ nihil boni prius operatæ, quasi tota die steterant ociosæ, murmurare cœperũt Iudæi, rati gentiles qui postremũ ad Christi cognitionẽ veniebãt, nõ debere integrã accipere diurni laboris mercedẽ, hoc est, gratiam & dona sanctiſpiritus, quibus hos indignos Iudæi plane repu-

Iudæorum murmurcõtra gentes.

reputabant, adeó vt ipse Petrus quoq; immundos & indignos qui Euangelicam susciperent gratiam, iudicaret. Donec ostensa sibi cœlitus visione, qua lintheum immundis plenum animalibus vidit, & vocẽ audiuit dicentem: Occide & manduca, quod quum recusaret, rursus audiuit: Quod deus purificauit, tu commune ne dixeris. Vnde & Cornelio credenti, tametsi adhuc gentili, à Petro dicitur: Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo accedere ad alienigenam. Act. 10.

Hæc enim sunt Iudęorum aduersum gentes in principio nascentis ecclesiæ murmura. Vnde & commoti sunt aduersus Petrum Iudæi, quoniã Cornelium baptizasset, dicentes: Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis? Defendit autem se aduersum hęc Petrus per ostensam sibi cum oraculo cœlitus visionem, addens & dicens: Si ergo eandem gratiam dedit illis deus sicut & nobis qui credidimus in dominũ Iesum Christũ, ego quis eram qui possem prohibere deum? His auditis tacuerunt, & glorificauerunt deum, dicentes: Ergo & gentibus pœnitentiã dedit deus ad vitam. Vides sanè vt murmuraueruñt ex Iudæis legi primum subiectis ad Christi fidem quasi ad opus vineæ domini, primi vocati, aduersus gentiles magna dei misericordia ad eandem fidei gratiã & eandem nihilominus mercedem cũ illis inuitatos. Et quia nonnihil inuidiæ in huiusmodi intercedebat, ob collatam gentilibus gratiã murmuranti merito dicitur: An oculus tuus nequam est quia bonus sum?

Circa secundum principale dicitur:

Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.

Hic infertur Euangelicæ parabolæ notanda conclusio. Vbi duo sunt consideranda. Vnum est, Dei dispositio insolita, sed iusta. Alterum est, sententia vera, & metuenda, ibi: Multi enim sunt vocati.

Circa primum dicitur: Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Quod si de Iudæis & Gentibus dictũ intelligimus, manifestum est. Iudæi enim primi fuerunt ad dei fidem & notitiam vocati, nempe populus deo peculiaris. Vnde Psalmista: Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, post pauca subiecit: Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis Iudæi vocatione primi Deu. 32.

tatis eius. Et vnde rursus in Exodo loquente domino scri-
Exo.4. ptum est: Filius meus primogenitus Israel. Gentes autem
quæ contemptæ habebantur postremò venientes, factæ
1.Pe.2. sunt genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, po-
Ro.9. pulus acquisitionis. Vnde & per Apostolum Paulum dici-
tur: Gentes quę non sectabantur iustitiam, apprehenderũt
iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est. Israel verò sec-
tando legem iustitiæ, in legẽ iustitiæ non peruenit. Sicq;
factum est vt Iudęi, qui prius erant in capite, facti sint in
caudam, & gentes quæ in cauda erant, in capite facti sunt.

Potest autem quod hic dictũ est Erunt nouissimi pri-
mi, & aliis modis ad ædificationem intelligi, videlicet:
Nouissimi primi. Primo de nouissimis ratione dilationis, qui scilicet longè
post alios ad deum conuertuntur. Nouissimi quidẽ erant,
sed quoniam feruore bonæ voluntatis se præcedentes su-
perant, vti superius dictum est, de nouissimis primi fiunt,
quo modo nonnunq; qui tardius ad iter exeunt, gradien-
di velocitate moram compensantes, eos qui se præcesse-
rant, non modo consequuntur, sed etiam antecedunt. Vn-
de Grego. Quid sit hodie aspicitis, sed quid cras futurus
sit vnusquisq; nescitis. Plerumq; etenim & qui post nos ve-
nire cernitur, per agilitatem nos boni operis antecedit, &
vix eum cras sequimur, quem hodie præire videbamur.
Ecce quum Stephanus pro fide moreretur, Saulus lapidã-
tium vestimenta seruabat. Omnium ergo manibus ipse
lapidauit, qui ad lapidandum omnes exertos reddidit, &
tamen eundem ipsum in sancta ecclesia laboribus ante-
cessit, quem persequendo martyrem fecit. Hinc quisq; vi-
deat vt proximum quem fortasse iacere in vitiis conspi-
cit desperare non audeat, quia diuinæ misericordiæ diui-
tias ignorat. Hæc Gregorius.

Alia expo- Secundo potest quod dictum est intelligi de nouis-
sitio. simis ex parte propriæ reputationis. Nam qui propria re-
putatione per humilitatem mentis nouissimos omnium
se constituunt, eiusdem humilitatis merito ante deum pri-
mi fiunt. Sicut enim qui se exaltat humiliabitur, ita &
qui se humiliat exaltabitur.

Expositio Tertio quoq; potest intelligi de nouissimis humanæ
tertia. existimationis. Plerumq; enim contingit, vt qui homini
reputatione primi habentur, iudicãte deo nouissimi fiant,
& econuerso, qui mundo despicabiles sunt & nouissimi,
iusta dei retributione fiant primi.

Diues

Diues quondam in deliciis epulo iudicio mundi primus, & mendicus ille vlceribus plenus fuit nouissimus. Sed vtriusque morte rebus repente mutatis, nouissimus primus, & primus nouissimus effectus est. Vnde & de electis stupentes reprobri sunt dicturi: Nónne hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinẽ improperii? Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Hinc etiam per Apostolum dicitur: Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapiẽtes, & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Luc. 16. Sap. 5. 1. Cor. 1.

Sed & sæpe contingit (vt dicit Gregorius) vt qui humano iudicio stare videntur, iam in conspectu diuini iudicij iaceant, & qui hic coram hominibus iacent, iã in conspectu Dei stẽt. Vnde & hæc parabola posita est, vt qui tardè conuertuntur, non desperent, sed fiant auidiores, quoniam nullius est in hac vita pœnitentia tam sera, quin possit è tanto feruore procedere, vt multis mereatur prioribus, non sic feruentibus anteferri. Nullus ergo quàm diu viuit homo desperationi locus est. Verum quoniam in omnibus ætatibus hora mortis incerta est, semper quisque debet esse paratus, ne fortè si quando potest, bonum operari non vult, tunc illud incipiat velle, quãdo nõ erit posse. Circa secundum, quod est Domini sententia vera & metuenda, subditur: Nota. Chrysost.

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Quia & ad fidem multi veniunt, & ad cœlestẽ regnũ pauci perducuntur, Deus enim qui vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, variis modis vocat auersos. Z Vocatio triplex. Gregor.

Vocat enim per salutares bonarum cogitationum immissiones, quasi ad ostium cordis pulsando. Vnde in Apocalypsi: Ego, inquit, sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum. Sed de multis iam verificatur, quod dicitur per Ieremiam prophetam: Non audierunt neque inclinauerunt aurem 1. Tim. 2. Apoc. 2. Iere. 11.

aurem suam, sed abierunt vnusquisque in prauitatem cordis sui.

Vocat signo Esa. 11.

Secundo vocat signi ostensione. Vnde per Esaiam dicitur: Leuabit Dñs signū in nationes, & cōgregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. Quo signo Christi crucifixi venerādum corpus intellige, signū vtiq; tricolor, albū, vestibus nudatū, rubeū, sanguine pretioso perfusum, & tandē à morte et cruce liuidū. Aggregemur ergo ad signum hoc per albedinem castitatis, per ruborem charitatis, & nihilominus per austeritatem vitæ, & pœnitentiæ salutaris pallorem.

Vocat nuntio. Esa. 50.

Tertio vocat nuntiorum destinatione. Nō enim cessat nuntios reuocandis errantibus mittere, & angelos vi delicet & prædicatores. Sed pauci volunt audire vocantem. Vocaui, inquit, & nō fuit qui audiret. Et rursus: Quis cæcus nisi seruus meus, & quis surdus, nisi ad quē misi nūtios meos? Et vnde ex ipsius persona vir sanctus: Seruum meū vocaui, & non respōdit mihi. Vocat nihilominus tribulatione malorum & dolore. Nā mala quæ nos hic premunt, ad deum ire cōpellunt. Multi ergo & multiplicites sunt vocati, pauci verò electi. Vbi Gregorius:

Vocati vt fugiunt. Tit. 1. Iac. 2.

Multi hodie conuenimus, ecclesię parietes implemus, quis tamen sciat quàm pauci sunt, qui in illo electorum Dei grege numerentur. Ecce vox omnium Christum clamat, sed vita omnium non clamat. Plerique Deum vocibus sequūtur, moribus fugiūt. Hinc etenim ad Titū Paulus dicit: Cōfitentur se nosse Deū, factis autē negāt. Hinc Iacobus ait: Fides sine operibus mortua est. Hinc & per Psalmistā dominus dicit: Annūtiaui & locutus sum, multiplicati sunt super nnmerū. Voçāte autē Domino sup numerum multiplicātur fideles, quia nōnunq; etiā hi ad fidē veniūt, qui ad electorū numerū non pertingūt. Hi enim fidelibus per cōfessionem admixti sunt, sed propter vitam reprobam numerari illic in sorte fidelium nō merentur.

Hœdi cum agnis.

Hoc ouile sanctæ ecclesiæ hœdos cum agnis recipit. Sed adtestante euangelio quum iudex venerit, bonos à malis separat, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Neque etenim possunt qui hic carnis suæ voluptatibus seruiunt, illic in ouium grege numerari. Illic eos à sorte humilium iudex separat, qui se hic in superbiæ cornibus exaltāt. Cōlorum regnum percipere nequeunt, qui hic in cœlesti fide positi, toto desiderio terrena quærunt. Et multos tales intra eccle

tra ecclesiã cernitis, sed eos nec imitari, nec despicere debetis. Hæc Gregorius.

AA Quurpauci saluantur. Matt. 7.

Quòd autem pauci saluantur, non aliunde prouenit, quàm ex hominũ nequitia. Nam lata porta est & spaciosa via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrãt per eam. Angusta verò porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Sanè viã illã spaciosam pergũt, qui voluptatũ carnis suæ amatores sunt magis quàm Dei. Quibus per Apostolũ dicitur: Si secundum carnẽ vixeritis, moriemini. Secundũ carnis autẽ desideria viuẽtium hominũ (etiã Christianorũ) lõgè maxima pars est. In cuius rei typũ, Plures fuerũt filij Ismael qui secundũ carnem natus est, quàm Isaac qui natus est secundũ spiritum. Et inundante diluuio, pauci (id est, octo homines) inuenti sunt vita digni. Sed & in quinque ciuitatibus Sodomorum, non sunt decem viri boni reperti. Similiter & nunc, etiã in omni hominũ genere, plurimos esse cõstat libidine carnis deprauatos, quàm propter Christi imitationem carnis suæ domitores. Vnde Augustinus: Eò dilapsa est humana peruersitas, vt pro viro habeatur, nõ qui libidinis est victor, sed qui à libidine fuerit superatus.

Rom. 8. Figuræ paucitatis saluandorum. Gen. 23. Gal. 4. Lib. de io. cordis.

Proinde non secundũ carnem tantũ, sed & secundum mentẽ, humanũ genus grauiter nimis corruptũ est, et erga Deum, & erga suæ cõsortes naturæ. Pauci enim inueniuntur Deũ timẽtes, pauci Deo ex animo seruiẽtes, pauciſſimi Deũ sinceriter diligẽtes. Passim est iã cernere, indignè sacra tractantes, Dei præcepta cõtemnentes, ea quę Dei sunt vilipendentes, & quod his omnibus est grauius, Deum & sanctos blasphemantes. Plures olim erant cum peruerso Absalon, quàm cum Dauid. Et nunc plures cernũtur obsequi peccato quàm Deo. Sed & erga proximum adeo nũc corrupta est humana mentis affectio, vt meritò iam locũ habeat, quod per quendam dicitur:

Hominum genus vt de prauatum. 2. Reg. 15.

Viuitur ex rapto, non est hospes ab hospite tutus,

Ouid.

Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est.

Rara sanè est fraterna dilectio, rara fides, iustitia rara, rara benignitas, rara erga pauperes miseratio, veritas rara, iuxta quod per Osee dicitur: Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum & mendaciũ, furtum, homicidium, & adulteriũ inundauerunt. Vigent odia, schismata, sectę, hæreses, contentiones, rixæ, discordiæ, inuidiæ, detractiones, fraudes, doli, violentæ

Osee. 4.

violentæ pauperum oppressiones, vsuræ sine vlla legũ reuerentia vbique passim effusis habenis dominatur.

Adfectio duplex cõmodi & iustitiæ

Philip. 2

Sane quum in humana volũtate gemina sit adfectio, commodi, videlicet, & iustitiæ, sola nunc adfectio cõmodi regnare conspicitur, affectione iustitiæ ferè prorsus exploſa. Omnes, inquit Apostolus, quæ sua sunt quærunt, nõ quæ Iesu Christi. Et vnde per Ieremiam prophetam dicitur; A minore vsque ad maiorem, omnes auaritiæ studẽt, à propheta vsque ad sacerdotem, cuncti faciunt dolum.

Iere. 6.

Esa. 59.

Et per Esaiam: Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit. Quia corruit in platcis veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuione, & qui recessit à malo, prædæ patuit. Quæ quum ita se habeant, quis miretur perpaucos saluari? Si enim vix iustus

1. Pet. 4.

saluabitur, impius & peccator vbi parebũt? aut quis finis eorum qui non credunt Euangelio? Licet tamẽ numerus electorum simpliciter & absolutè (id est, secundum se consideratus) sit maximus, iuxta quod Ioãnes in Apocalypsi

Apoc. 7.


vidit turbam (nempe electorum) magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, et populis & tribubus & linguis, stãtes ante thronum Dei, & iuxta quod

Gen. 15.

Abrahæ Dominus promisit, dicens: Suspice cœlum & numera stellas si potes, sic erit semen tuum, quo semine electi intelliguntur, attamẽ comparatione multitudinis reproborum, hi qui salui fiunt, pauci sunt. Et ad hunc sensum intelligendum est quod hic dicitur: Multi sunt vocati, pauci verò electi.

Dominica in se-

& XAGESIMA.



Vum turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Iesum. Luc. 8.

Præsens sancti Euangelij lectio, tria summatim comprehendit. Primum est, Verbi cœlestis gratiosa dissiminatio. Secundum est, recipiendi diuini verbi semine varia in audientibus dispositio, ibi-

Et dum

Et dum seminat. Tertium est, discipulis sciscitantibus parabolæ expositio, ibi: Interrogabant autem eum.

Circa primum tria sunt consideranda. Primum est, turbæ plurimæ ad Christum cõfluxio. Secundum est, ad turbas Christi parabolica loquutio, ibi: dixit per similitudinem. Tertium est, suum serentis semen benigna egressio, ibi: Exiit qui seminat.

Circa primũ est præmittendum, quur dominica præsens, dominica in sexagesima vocetur. Sed huius rationẽ dominica proxime præcedenti adsignauimus. Nam qua ratione illa dicta est dominica in septuagesima, & ista dominica in sexagesima est appellata. Ab vltima enim septẽ dominicarum quæ suis officiis mysticam humani generis captiuitatem (quæ ab Adam prothoparente incipiens, in principio scilicet primæ ætatis mundi, & in septima mundi ætate est terminanda, præfigurata nihilominus per septuagenariam illam filiorum Israel siue Iudaicæ gẽtis in Babylone captiuitatem) ab vltima inquã septem harum dominicarum, dominica præsens est ordine sexta, sicut & præcedens est septima. Et sicut illa initium primæ ætatis videlicet ipsum Adam, ita & dominica præsens secundam mundi contemplatur ætatem, quæ videlicet initium habuit à Noë, quod vtique præsentis diei matutinales lectiones insinuant.

A Sexagesimæ ratio.

Porrò captiuitatẽ hanc nõ modo prothoplastus Adã, sed & vniuersum genus humanum incurrit, nec ab ea nisi in septima illa & beata ætate liberatur. In primæ ætatis initio Adã ipse ob præuaricationis culpã è paradisi deliciis in ærumnas multas, & moriendi ineluctabilem necessitatem (quasi in captiuitatem) iratο sibi Deo pellitur.

In initio autem secundæ mundi ætatis (prout in huius diei officio, vt iam dictum est, recolitur) propter nefanda hominum peccata mundo impiorum diluuium superinduxit, & demptis octo animabus per arcã saluatis, deleuit vniuersos.

Licet autem & ipsa præsentis temporis ecclesia mortalitati corruptioniquε subiecta, necdum ad æternæ vitæ, fœlicitatem, libertatem vtique gloriæ filiorum Dei (quasi in terram suam à longo postliminio) sit regressa, attamen ei huiusmodi regressionis spes per Dei misericordiam aperitur, & hoc tam in officio iam dictæ præcedentis Dominicæ, vbi pro vitæ æternæ mercede per denari-

um promissum designatæ, operarij in opus Dei vocantur, quàm in officio Dominicæ hodiernæ, vbi sub parabola sparsi seminis designato Dei verbo, piè pœnitentes, vt in opere ad quod vocati sunt, fortiter perseuerent, quasi ad cibum vitæ (cibum vtique huiuscemodi operarijs necessarium) inuitantur. Clamante ipsomet Domino & dicente: Qui habet aures audiendi audiat.

B His præmissis ad Euangelicam lectionem est accedendum, in qua (vt dictum est) primum notatur turbæ pluri mæ ad Christum confluxio. Quum turba, inquit, pluri-
Matt. 13. ma conueniret. Vnde apud Matthæum: In illo die exiens IESVS de domo, sedebat secus mare, & congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in littore. Vbi Hieronymus.

Non poterat, inquit, populus domum IESV intrare, nec esse ibi, vbi Apostoli audiebant mysteria, ideo miserator & misericors Dominus egreditur de domo sua, &
Benigna Christi solicitudo. sedet iuxta fœculi huius mare. Porro benignam lucrandis animabus domini solicitudinem ante lectionis huius initium etiam Lucas ostendit, dicens: Iter faciebat per ciuitates & castella prædicans euangelium regni Dei, & duodecim cum illo. Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ ab spiritibus malignis, & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene, de qua dæmonia septem exierant, & Ioan-
Beda. na, vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis: fuit enim Iudaicæ consuetudinis, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, vt mulieres de substantia sua victum atque vestitum præceptoribus ministrarent. Hoc quia scandalum facere poterat in nationibus, Paulus se abiecisse
1. Cor. 9. memorat, dicens: Nunquid non habemus potestatem, sorores mulieres circumducendi, sicut & cæteri Apostoli faciunt?

Ministrabant autem Domino de substantia sua, vt meteret earum carnalia, cuius ille spiritalia metebant. Nõ quomodo indigeret cibis Dominus creaturarum, sed typum ostenderet magistrorum, quòd victu atque vestitu ex discipulis deberent esse contenti.

Quum turba plurima cõueniret. Aduerte quòd quoties in Euangelio turbæ vocabulum interseritur, sicut diuersitas

uersitas hominum, ita & diuersitas intimatur voluntatum. Itaque turba hæc multitudo erat è variis hominibus congregata, qui non vno animo, neque vna voluntate conuenerant, sed aliis alia intentio, alius sensus & alius affectus erat. Quidam enim venerant vt sanarentur, quidam vt instruerentur, curiosi quidam vt stupenda ipsius opera mirarentur, quidam vt ipsius (si quo modo possent) aut verba calumniarentur aut facta. Turba intentione varia

Hæc animorum in turba varietas in sequentibus apparet, vbi parabolicè ostenditur eundem Christi sermonem, alios negligenter, alios inconstanter, alios malignè, alios benignè excepisse.

Circa secundum, quod est Christi ad turbas parabolica loquutio, subditur:

Dixit per similitudinem.

Apud Mathæum habes. Et loquutus est eis multa in parabolis. Dominus in parabolis more suæ prouidentiæ loquebatur, vt qui cœlestia capere non poterant, per similitudines terrenas audita percipere potuissent. Et quoniam turba non vnius sententiæ est, sed diuersarum in singulis volũtatum, loquitur ad eam in multis parabolis, vt iuxta varias voluntates, diuersas reciperent disciplinas. C

Et notandum quòd non omnia loquutus est eis in parabolis, sed multa. Si enim dixisset omnia in parabolis absque emolumento, populi recessissent. Perspicua igitur miscet obscuris, vt per ea quæ intelligunt, prouocentur ad eorum notitiam quæ non intelligunt.

Videns itaque Dominus maximam hominum multitudinem non modo de villis, & vicis, & agris, & castellis, sed & de ciuitatibus ad se conuenisse, ingenti charitatis suę feruore, prædicat eis per similitudinem.

Loquebatur sanè per similitudines, Primo, vt attentiores faceret auditores. Consueuerunt enim homines exercitari in obscuris & manifesta contemnere. Cur loquitur in parabolis.

Secundo, vt indignis celaretur sententia, iuxta quod in sequentibus testatur, dicens: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, id est, vobis manifestè, cæteris obscurè, qui quoniam intellectis non acquieuerunt, maius de intellectis peccatum haberẽt. Vnde Chrysostomus.

Qui sanctum dat canibus, canes non sanctificat, &si mar

Sanctũ nõ detur canibus.

& si margaritas des porcis, nequaquam ex his nutriũtur, sed magis canes sanctum inquinant, & porci margaritas confringunt, aut sordidant, ita si hominibus malis & indignis cœlestia mysteria tradideris, illos non illuminat, sed ipsi blasphemando veritatis testimonia coinquinant.

Tertio loquebatur Dominus in parabolis, propter sententiæ dignitatem, quæ congruis verborum exemplis velanda erat, quo modo vel pretiosæ margaritæ, vel sanctorum quorumlibet venerandæ reliquiæ, propter earum solent dignitatem inuolui.

Quarto, vt notæ rei similitudine auditi verbi sensus & efficatius audientium mentes penetret, & tenacius hæreat memoriæ.

Denique, vt studiosis daretur occasio, labore pio sententiam parabolæ inuestigandi, & sapientiæ cœlestis thesaurum (quasi in altum fodiendo) reperiendi, dicẽte Christo: Scrutamini scripturas. Porrõ (teste Psalmista) beati qui scrutantur testimonia eius.

Ioan. 5.

Circa tertium quod est, suum semen serentis benigna egressio, subditur:

Exiit qui seminat, seminare semen suum.

D Christus ipse vtsemina tor exiit. Beda.

Ipse Dominus in sequẽtibus significationem seminis exposuit, quis autem sit is qui seminat, nobis quærẽdum reliquit. Sed satorem istum nullum melius quàm ipsummet Dei filiũ intelligere possumus, qui de sinu patris quo creatur, non erat accessus egrediens venit in hunc mundum, ac verbum veritatis quod apud patrem vidit, humano generi & per seipsum, & per eos quos ipse ad hoc elegit seminauit, iuxta quod in eius laudibus per Abacuc prophetã dicitur: Egressus es in salutem populi tui. Vel certè exiit ad seminandum, quum post vocatam ad fidem suam partem synagogæ electam, ad collectionem quoque gentium, gratiæ suæ dona diffudit. Quod etiam suo itinere

Matt. 12.

designauit, quum post prædicationem domi habitam ad mare docturus exiit.

Denique in domo prædicans quosdam ob blasphemiæ suæ scelus irremissibile deseruit, quosdã ob deuotionem pietatis, matrem suam appellauit & fratres. Quod differentiam manifestè Iudaicæ gentis exprimit, in qua multi Domino rebelles, nonnulli sunt diuina adoptione condigni.

Chrysost.

Exiit ergo qui vbique est, exiit inquam, non localiter, sed

ter, sed quia per amictum carnis nobis propinquauit. Decenter autem aduentum proprium Christus exitum nominat. Eramus enim excluſi à Deo, ſicut rebelles regi condemnati & electi ſunt. Quicunque verò reconciliare vult eos, exeundo ad ipſos extrà cum eis loquitur, donec dignos iã factos aſpectu regio eos introducat. Sic enim fecit Christus.

Exiit autem nunc, non vt agricolas perderet, aut cõbureret terram, quo modo alibi loquens, dicit: Rex autẽ quum audiſſet iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccẽdit igni, nõ inquam, exiit perdere neque iudicare, quomodo exiturus eſt iudicare viuos & mortuos, ſed exiit ſeminare. Sæpe enim agricola qui ſeminat, ob aliam cauſam exit, & non ſolum vt ſeminet. Matt. 22.

Exiuerũt ſanè & alij nonnulli à patria cœleſti, nempe angeli, qui & ad homines deſcenderunt, non tamen vt ſererẽt. Neque enim ſatores erant, ſed adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi. Moyſes etiam & prophetæ, non ſeminauerunt hominibus myſteria regni cœlorum, ſed retrahendo inſipientes ab errore nequitiæ & cultu idolorum, quaſi colebant animas hominum, & in noualia rediegebant. Solus autem omnium ſator verbum DEI exiuit euangelizare noua ſemina, myſteria ſcilicet regni cœlorum. Euſebius. Heb. 2.

Exiit autem ſeminare ſemẽ, non alienum, ſed ſuum. Non enim accepit verbum quaſi mutuatũ, quũ ipſe naturaliter ſit verbum Dei. Non ſic ſuum proprium ſemen ſeminauit Paulus, ſiue Ioannes, ſed quod acceperant ſeminauerunt. Chriſtus autem proprium è ſeipſo ſemen protulit, non aliunde accepꝛum. Vnde & Iudæi mirantes dicebant: Quomodo hic literas ſcit, quum non didicerit? Ioan. 7.

Porrò ſator iſte cęleſtis triplicem legem quaſi triplex ſemen ſuper bonos, & ſuper malos, ſuper beneuolos & ſuper induratos, quaſi ſuper omne genus terræ, ſeminauit, id eſt, legem naturæ primum, deinde legem figuræ, nouiſſimè legem gratiæ. Per primam dedit homini prudentiam diſcernẽdi inter bonũ & malum, iuſtũ & iniquum, ita vt etiã gentiles q̃ aliã legẽ non acceperũt, peccãdo ſint inexcuſabiles, quũ omnia diuinæ legis præcepta (quæ decalogum dicimus) in eorum & quorumlibet hominũ cõſcientiis ac iudicio rationis, ſint indelebiliter exarata. Per le- E Lex triplex q̃ſi triplex ſemen.

gem verò figuræ, id est, legem Moysi, præcepta legis naturæ declarauit, & ad hominum actus applicuit, promissiones etiam in ea & comminationes seminauit, iuxta quod in ea loquente per Moysen Domino scriptum est: En propono vobis hodie benedictionem & maledictionem. Deut. 11. Benedictionẽ, si obedieritis mandatis Dñi Dei vestri quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri. Denique etiam legem Euangelicæ gratiæ (quæ vtique est lex amoris) seminauit. Vnde ipse ait: Si diligitis me mandata mea seruate. Hanc humana carne indutus (vt dictum est) exiit seminare. Vnde & dixit: Exiui à patre & veni in mundum. Et rursum alibi: Quia & aliis, inquit, ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Ioan. 14. Luc. 4.

Hanc tantam filij Dei dignationem præuidens prophetа: Quare, inquit, quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus, & fortis qui non potest saluare? Exiit ergo quasi colonus, & vtique ad labores, non ad ocium exiit. Non enim coloni est ociari. Laborauit Dominus in operando generis humani salutem in medio terræ. Vnde & in Euangelio legitur, quoniam IESVS fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Et notanter ait: Sic, id est, fessus, ieiunus, famelicus & sitibundus, adeo vt à muliere hausturn aquæ peteret, quẽ tamen ei illa negauit. Vnde ait ex eius persona Augustinus. Iere. 14. Ioan. 4.

O homo, cum esses inimicus patri meo reconciliauite per me, laborauí, sudaui, caput meum spinis oppositi, manus meas clauí perforauerunt, lancea latus meum aperuit, sanguinem meum fudi, animam meam posui, vt cõiungerem te mihi, & tu diuideris à me. Et quia (iuxta sententiam Apostoli) fideles Dei agricultura sunt, intelligamus satorẽ hũc, in eorum mẽtes gratię semẽ vsq; adhuc, & semp, seminare. Seminat enim in eos semẽ pię cõpunctionis, semẽ salutaris cognitionis in intellectu, semẽ bonę voluntatis in adfectu, & semen bonæ operationis in effectu. Lib. contra 3 hæreses. 1. Cor. 3. Semen triplex.

Huius exemplo à peccatis & vitiis, quin & ab huius seculi amore, fideles quique exire non dubitent, seminaturi & ipsi tã opcrũ bonorum semẽ, q̃ sermonũ. Nã de iis q̃ in piis seminãt operibus per Salomonẽ dicitur: Seminãti iustitiã merces fidelis. Vnde & Apls monet, dicens: Dum tẽpus habemus, operemur bonũ ad oẽs, maxime autẽ ad

F Quid nos conueniat seminare.

domesti

domesticos fidei. Et subit: Bonum autem facientes nō de- Ephe. 6.
ficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes. Et
iterum alibi: Nolite errare, deus non irridetur. Quæ enim Ibidem.
seminauerit homo hęc & metet. Qui enim seminat in car
ne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem semi-
nat in spiritu, de spiritu & metet vitam æternam. Sapien-
ter feliciterq; seminauerant, de quibus per Psalmistam di-
citur: Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Veniē
tes aūt veniēt cum exultatione, portātes manipulos suos.

Sed & seminare decet fideles semen doctrinæ saluta-
ris. Vnde & Paulus Apostolus semini verbius ab Athe-
niēsibus est appellatus Huius semētis seminatori dicitur: Act. 17.
Agrum tuum non seres diuerso semine. Cuius contrariū Leu. 19.
faciunt, qui semini cœlestis verbi, permiscere non cessant Diaboli se-
errores & hæreticam suam prauitatem, nempe semen dia- mē caue.
boli, qui designatur in Euangelica parabola per inimicū
hominem, qui quum dormirent homines, superseminā- Mat. 13.
uit zizania in medio tritici. Et hoc quidem strennuē per
suum satellitiū (videlicet pseudoprædicatores) exequitur.
Et quum sit ipse diuinorum operum peruersus ęmulator,
in intellectu humano seminat cæcitatem, in adfectu seu
voluntate seminat malitiam, in effectu verò seminat ope-
rum iniquitatem, vt homo per opera mala fructificet mor Ro. 6.
ti. Siquidem stipendia peccati mors.

Porrò doctrinæ sanæ seminator (vtiq; sator boni se- G
minis) si quod seminat non statim oritur & crescit, non Longani-
propter hoc quasi qui operam perdat pusillo fiat animo, mis sit præ-
nam (vt in consequentibus patebit) etiam ipso dei filio se- dicator.
minante, tantum quarta pars seminis profecit in fructū,
cæteris tribus pereuntibus sine vtilitate. Quum ergo vi-
det ex semine doctrinæ salutaris paucos ad correctionē
morum ædificari, deq; committat, tantum curet ne hoc cō
tingat sua culpa, ne ipsum illa comminatio quæ in lege
scripta est cōprehendat, qua dicitur: Sementē multūm ia- Deu. 28.
cies in terrā, & parū inde cōgregabis. Vnde & per Esaiam Esa. 5.
dicitur: Triginta modij semētis faciēt modios tres. Quin
& Paulus ipse magister & doctor gentiū in vanū sępe prę-
dicauit, Quapropter & ad prędicationis suę cōtemptores
Iudęos dixit: Vobis oportebat primū loqui verbū dei, sed Act. 13.
quoniā repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ
vitæ, ecce conuertimur ad gentes.

Attamen propter hoc (vt iā dictū est) non debet fide-

Iis prædicator sanctæ prædicationis opus intermittere, quàm diu sunt qui sanæ doctrinæ aures accommodant.

Eccls. 11. Audiat dicentem: Manè semina semen tuum, & vespere non cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur, hoc, aut illud, & si vtrumq; simul, melius erit. Nescit enim vbi gratiam suam largiturus sit deus. Sed & ipse (quicquid de auditoribus contigerit) sua mercede apud deum non ca-

Psal. rebit. Ait propheta sanctus non exauditus à domino orans pro indignis: Oratio mea in sinu meo cõuertetur,

HOMILIA SECVNDA.

ET dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Lu. 8.

In hac Euangelicæ lectionis parte duo restant consideranda. Primum est, recipiendo diuini verbi semine varia in auditoribus dispositio. Alterum est, discipulis sciscitantibus Euangelicæ parabolæ expositio. Ibi: Interrogabant autem eum.

Circa primum tria describuntur. Primum est, dispositio in quibusdam vitiosa. Secundum est, in paucis dispositio conueniens & virtuosa. Ibi: Et aliud cecidit in terram bonam. Tertium est, Christi exclamatio pia & adfectuosa. Ibi: Hæc dicens.

A Euse. Duobus modis semen recipitur.

Circa primum notandum est, duo esse genera eorum qui semina satoris huius cœlestis recipiunt. Primum est, eorum qui digni habiti sunt vocatione cœlesti, sed labuntur à gratia propter negligentiam & torporem. Secundum est, multiplicantium semen in fructibus bonis. Oscidit autem in Euangelio secundum Matthæum tres differentias in quolibet gradu. Nam primi, id est, qui corrumpunt semen, non similem habent perditionis modum. Et secundi, id est, qui ab hoc semine fructificant, non æquam recipiunt copiam. In aliis enim centesimum, in aliis sexagesimum, in aliis centesimum fructum adfert. Porrò quo ad eos penes quos cœleste semen ad fructum non peruenit, ait: Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud.

Mat. 13.

Non

Non dixit, quòd seminans proiecit aliud secus viam, sed quia semen cecidit vel secus viam, vel super petram, vel inter spinas. Nam CHRISTVS verbum vitæ seminans, docet quidem rectum salutaremq; sermonem, sed isdem sermo diuersimode cadit in audientes, vt quidam eorum via dicantur, quidam petra, quidam spineta, quidam verò terra bona. Theophil.

In hoc autem apparet mira diuinæ pietatis clementia, quòd sic verbum suum spargere dignatur, vt cadat nõ solum in terram bonam, sed etiam secus viam, & in petrosa, & inter spinas, quandoquidem non incertus præsciret, quia non fructificaret nisi in terra bona. Cur verbũ cõicatur tã indignis q̃ dignis.

Sed quia rationales mentes sunt & liberum habentes arbitrium, quæ hic siue per viã, siue per petram, siue per spineta designantur, & per eandem arbitrij libertatem adminiculante gratia dei terra bona possunt fieri, qui nunc terra bona non sunt, ipse qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem venire veritatis, nulli verbum negauit, sed iustitiæ solem oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Vnde Chry. Increpandus esset agricola qui super sensibiles spinas, & petrã, & viam seminaret. Non enim possibile est petram terram fieri, & viam non esse viam, & spinas non esse spinas. In rationalibus verò secus est. Possibile est enim petram conuerti in terram pinguem, & viam non conculcari, & spinas dissipari. 1. Tim. 2. Mat. 5.

Porrò quòd ad expositionem huius parabolæ spectat, quæ dominus exposuit pia fide, & reuerenter suscipiẽda sunt. Quæ autẽ tacita nostræ intelligentiæ dereliquit, prout ipse donare dignabitur sunt exponenda. Semen quod secus viam cecidit duplici læsura disperiit, & à viantibus scilicet conculcatum, & à volucribus raptum. B Beda.

Via ergo cor est assiduo malarum transitu cogitationum attritum atq; arefactum, ne verbi semen excipere ac germinare sufficiat. Atq; ideo quicquid boni seminis vicinia talis viæ contingit, pessimæ cogitationis meatu, conculcatum, à dæmonibus eripitur, qui volucres cœli (quia per aëra volitant) appellantur. Itaq; quidam audientes verbum non retinent, quia diabolus cui per malas cogitationes eorum cor peruium atq; occupatũ est, ita illud tollit, vt illius amplius non recordentur, veluti si cadat semẽ secus viam, & aues illud tollant. Vnde per sapientem dici- Semẽ quod secus viam.

Eccli. 21. Rom. 8. 1. Cor. 2. Prou. 18.

tur: Cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit. Nam & qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Et animalis homo non percipit quę sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, videlicet hæc audire. Sed nec recipit stultus verba prudentię, nisi dixeris ea quę versantur in corde eius. Sequitur:

Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem.

C

Beda. Semen supra petrã. Mat. 25. 1. de consi. c. 2. Cor durũ.

Petram rectè hic dicit durum & indomitum cor, ac nullo veræ fidei vomere penetratum. Hoc est autem humor ad radicem seminis, quod iuxta aliam parabolam oleum ad lampadas virginum nutriendas, id est, amor & perseuerantia virtutis. Porrò cor durum (vt ait Bernar.) est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis indurat, ingratum ad beneficia, ad consilia infidum, ad iudicia velox, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non præuidens. Et infra: Et vt breuiter (inquit) duri cordis malа complectar, ipsum est, quod nec deum timet, nec homines reueretur.

Ephe. 4. Iob. 25.

Verum quia neminem sic præterit misericordia dei, quin ei aliqua detur gratia secundum mensuram donationis Christi, iuxta quod in Iob scriptum est: *Super quem non surget lumen illius?* credendũ est quia *interdum* non nihil vel auditi extrinsecus, vel intrinsecus inspirati verbi diuini vel salutaris compunctionis, huiusmodi hominis menti incidit, quia tamen nullum habet stabilitatis propositum, nullum spiritualis gratię nutrimentum (quasi quo nutriatur humorem) in fructum boni operis conualescere non potest, sed arescit. Sequitur:

Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud.

D

Semen inter spinas.

Hic designantur hi in quibus per auaritiam & appetitum voluptatum, & sollicitudines mundanas (quas spinas Christus nuncupauit) immissum verbi semen suffocatur. Et quidem hæ spinæ in præsenti mẽtem acriter pungunt, in futuro autem paratur ex eis ignis, quibus anima peccatrix

trix incēdatur. Et simul exortæ spinæ insult. Sunt quippe nonnulli qui & ex audito dei verbo cōmoniti, & benè volunt facere, & nihilominus suis vitiis inseruire, quod quia nequaquàm fieri potest, benè adiecit: Suffocauerunt illud. Sicut enim spinæ non permittunt oriri semen, sed ex sui condensatione suffocant immissum, sic vitæ præsentis sollicitudines, spirituale semen fructificare non sinunt. Licet enim ad verbum prædicationis (vt dictum est) secum meliora proponant, dum tamen rebus mundanis longè maiori cura intendunt, dei verbum quod iam in eis ortum fuerat, quasi pungentium curarum densitate suffocatur. Chry.

Attende quòd primum semen non germinat, sed cōculcatum abiicitur. Secundum germinat, sed nō multum erigitur, quia non habet humorem. Et sicut apud Marcum dicitur, non habuit terrā multam, & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ. Porrò altitudo terræ quæ competenter exculta verbi semen debuerat excipere, probitas est animi disciplinis cœlestibus exercitati, atq; ad auscultandum obediēdumq; diuinis eloquiis regulariter instituti. Tertium autem semen iam eleuatur in stipitem, sed non fructificat, quia (vt iam dictum est) suffocatur à spinis. Beda.

Circa secundū, quod est recipiendo semini dispositio conueniens & virtuosa, subditur:

Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum.

Bona igitur illa terra est, quæ est exculta, nec ipsa via est, quæ nō colitur, bona terra est quæ à lapidibus obstinationis est purgata, & spinas seculariū desideriorum nō habet. In huiusmodi terra bona, cœleste semen primò figit radicē per credulitatem & fidem, germinat per pium desiderium & bonam voluntatem, erigitur in stipitem per rectam intentionem, floret virtutibus, fructificat operibus sanctis. Ortum (inquit) fecit fructum centuplum. Vbi per centenarium magna perfectio designatur, iuxta quod de illo qui sua pro domino terrena relinquit, dicitur: Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Nam quisquis pro dei nomine temporalia atq; terrena contemnit, & hic perfectionem mentis recipit, vt iam ea non appetat quæ contempsit, & in sequenti seculo ad æternam vitæ gloriam peruenit. E Semen in terra bona. Beda. Mat. 19.

Terra

Terra ergo bona fructu centuplo fœcundatur, quãdo cor docile, virtutum ſpiritalium perfectione donatur.

Circa tertium, quòd eſt Chriſti exclamatio pia & adfectuoſa, ſubditur:

Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat.

Ioan. 7. Clamor iſte magni adfectus indicium eſt, ſicut & ille de quo Ioannes ait: In die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus & clamabat: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. De Chriſti clamore Auguſtinus.

9. confeſ. c. 12. Intonuit (inquit) dominus Ieſus Chriſtus clamans F dictis, factis, morte, vita, deſcenſu, aſcenſu, vt redeamus ad eum. Clamat ſurdis vt audiant, clamat dormientibus vt

Quib⁹ clamat Chriſtus. euigilent, clamat tranſeuntibus vt attendant, clamat ignorantibus vt intelligant, clamat errantibus vt redeant, clamat peccatoribus vt pœniteant. Clamauit quidem prædicando, clamauit orando, clamauit tandem moriendo. Quotidie adhuc è cœlis clamat, iuxta quod per Pſalmiſtam dicitur: Intonuit de cœlo dñs, & altiſſimus dedit vocẽ ſuã. Et quidẽ hęc ſua vox eſt: Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. & tantos adhuc clamores contemnimus. Quid aũt clamauerit aduerte.

Mat. 11.

Beda. Qui habet aures audiendi, audiat. Quoties hæc admonitiuncula vel in Euangelio, vel in Apocalypſi Ioannis interponitur myſticũ eſſe quod dicitur, quærendum⁹q; à nobis intentius oſtenditur. Omnes ſanè qui illic aderãt aures corporis habebant. Sed qui cunctis aures habentibus hæc dicit, proculdubio aures cordis requirit.

Gręg.

Iere. 22. Hinc etiã per Ieremiã clamat dicẽs: Terra, terra, terra, audi ſermonẽ dñi. Nam & ſi homo eſt qui hunc loquitur, ſermo tamẽ dñi eſt. Vnde ad prædicatores ſuos loquitur dicẽs: Qui vos audit, me audit. Et qui vos ſpernit, me ſpernit. Quibus etiã in cœlũ aſcendẽs præcepit, dicẽs: Euntes in mundũ vniuerſum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ. Quod vtiq; ipſius præceptũ vniuerſis vſq; in finem ſeculi ouiũ ſuarũ paſtoribus iniunctũ eſt, ipſi viderint vt in aduẽtu dñi fideles inueniãtur. Quòd ſi ſacerdoti præcipitur vt prædicet, cõſequens eſt vt & populo præceptũ ſit vt attendat. Vnde & eccleſiaſticis decretis ſancitum eſt, vt qui ſacerdote in eccleſia verbum dei prædicãte, verbi contemptor de oratorio egreſſus fuerit, excommunicetur.

Luc. 10. Mar. vlt. Prædicare quibus iniunctum.

c. ſacerdote de cõſo. d. 1

Cibus

Cibus enim mentis est sermo Dei. Non enim in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Et quasi acceptus cibus stomacho languēte reiicitur, quando audit9 sermo in vētre memoriæ non tenetur. Sed quis quis alimenta nō retinet, huius profecto vita desperatur. Æternę ergo mortis periculū formidate, si cibum quidem sanctæ exhortationis accipitis, sed verba vitæ, id est, alimēta iustitiæ in memoria non tenetis. Grego.

Porrò tribus modis circa cibū animæ, id est Dei verbum, à plerisq; delinquitur. Sunt enim qui id audire prorsus refugiunt, similes ægrotis qui iam nullum cibū admittunt, quorum profecto salus est desperanda. De quibus per Psalmistā dicitur: Omnē escam abominata est anima eorum, & adpropinquauerunt vsq; ad portas mortis. Quib9 & per semetipsum in Euangelio Dominus loquitur, dicēs: Qui est ex Deo, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. G Tribus modis circa verbū deliquis Ioan. 8

Sunt & alij, qui verbum quidē audiunt, sed nō credūt: vel si audiunt & credūt, paruipēdunt tamen, & mittunt in obliuionem. Illis non dissimiles ægrotis, qui sumptū mox reiiciunt cibū, de quibus iam beati Gregorij verbis est dictum. Quibus ad culpam imputatur non quod verbū auditum retinere per labilitatem memoriæ nō potuerūt, sed quod hoc retinere contempserunt.

Sunt denicq; qui verbū & audiunt & credūt & per memoriam retinent, sed nihil operātur. Illis ægrotis comparandi qui sumptū cibum retinent, sed propter caloris defectū digerere hunc minime prævalent. Et quia cibus indigestus & crudus in languente stomacho hærēs corrumpitur, nequaquā eo nutritur æger, sed grauatur. Sic & is qui Dei verbū percepit, sed diuinę dilectiōis in eo calor extinctus nihil operatur: & dum quod faciendū audiuit nō exercet in opere, ad acriorē cōscientiæ stimulū & grauiorē culpam quod didicit ei imputatur. Nam scienti bonum & nō facienti, peccatū est illi. Tales erāt quibus in Euāgelio à Christo dicitur: Sermo meus nō capit in vobis, quia nō estis ex ouibus meis. In illis enī Dei sermo nihil capit, qui ab eo ad bona opera non capiuntur. Estote ergo factores verbi & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Iacob. 4. Ioan. 8 Iacob. 1.

Circa secundum principale dicitur:

Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ

quæ esset hæc parabola.

Hic ponitur Euangelicæ parabolæ discipulis scisciţibus expositio. Vbi tria sunt considerãda. Primum est, intelligendæ parabolæ discipulorũ scisciţatio. Secundũ est, dignorum ab indignis notãda discretio, ibi: Quibus ipse dixit. Tertium est, edisserente Domino parabolæ explanatio, ibi: Est autem hæc parabola.

H Beda. Circa primum aduerte, non mox finita parabola discipulos hæc interrogasse, sed (vt Marcus ait) quum esset singularis interrogauerunt eum ij qui cum eo erant duodecim, parabolas. Nam vt ait Chrysostom⁹. Cupiẽtes scire, oportet interrogare, maxime vbi aliquid obscurum & difficile proponitur à magistris, ideo discipuli non intelligentes parabolam seminantis interrogauerunt, quærentes expositionem, præsertim quia clamauerat, dicens: Qui habet aures audiendi audiat.

Vt Dei ꝟbũ intelligam⁹

Interrogant autem Dominum non in tumultu turbarum, sed in domo soli cum illo. Vbi & ipsi instruimur, vt si diuinorum eloquiorũ intelligentiam adsequi volumus, sepositis curis mundi, domum sacræ scripturæ soli cum solo Domino meditando & orãdo, intremus. Vnde per sapientem dicitur: Sapientiam scribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, sapientiam percipiet, quia sapientia replebitur.

Eccl. 38

Itaque discipuli interrogantes docẽt auditores, vt nõ erubescant neque pigritentur quærere quod ignorant. Porrò Dominus interrogantibus benignè respondẽs, doctoribus & ipse formam præbet vt discant benignè respõdere quærentibus.

Circa secundum, quod est dignorum ab indignis notanda discretio, subditur:

C

Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.

I Quib⁹ veri sensus absconditur. Mat. 21

Vobis (inquit) qui fidem adhibetis auditis, nõ pharisæis & incredulis, datum est, sanè donũ magnum, videlicet, nosse mysterium regni Dei, id est, intelligentiam rectam habere scripturarũ, qua illi erant indigni quibus dicitur: Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus

eius

eius. Quid enim eis cũ claue scientiæ qui nõ solum nõ introierunt, sed & introire volẽtes prohibuerunt? Quis enĩ det sanctũ canibus, aut spargat margaritas ante porcos? Mat. 7

Sed vobis (inquit) humilibus corde, vobis, obaudire paratis, vobis, mihi dilectis, vobis, mundo propter me abiectis iuxta quod alibi ait: Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, quia abscõdisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Mat. 11

Cęteris, inquit, in parabolis. Rectè enim in parabolis audiunt, qui clausis sensibus cordis non curant cognoscere veritatem, obliti eius quod Dominus dixerat: Qui habet aures audiendi audiat.

In parabolis, inquit, vt videtes nõ videant. Videre enĩ se putãt pleriq; qui cæci sunt, & audita intelligere, sed non intelligunt. Propterea hæc eis CHRISTVS abscõdit, ne maius eis præiudicium generetur, si postquã nouerint mysteria Christi contempserint. Qui enim intelligit, & postmodum spernit, grauius punietur. Theoph.

Vt videntes, inquit, nõ videant. Notandũ in his Domini verbis, q̃ nõ solum ea quæ loquebatur, verumetiam q̃ faciebat parabolæ fuerunt, id est, rerum signa mysticatũ, quum dicuntur illis quibus in parabolis omnia fiebãr, neque quæ videbãt, neq; quæ audiebãt ad intellectũ potuisse perducere. Quid enim obstaret intuentibus ne ea quę viderant eius facta, vel itinera intelligerẽt, si nõ his aliquid amplius q̃ carnis oculis patebat spiritaliter vellet intelligi? Illis ergo qui foris sunt neq; adpropinquant pedibus Domini vt accipiant de doctrina eius in parabolis omnia fiunt, & facta scilicet & verba Saluatoris. Quia neque in his quæ operabatur virtutibus, neque in eis quæ prædicabat arcanis, eum cognoscere Deum valent. Ideoq; ad remissionem peccatorum, quæ per gratiam fidei ipsius obtinenda est, non merentur attingere. Vnde ipse in Euangelio: Ego, inquit, in iudicium veni in hunc mũdum, vt qui nõ vident videant, & qui vidẽt cæci fiant, id est, qui videre se in suæ carnis sapientia putant, ad contuenda ea quæ verè sunt bona fiant & stulti & cæci. Beda. Etiam facta Christi parabolas fuisse. Ioan. 9

Potes autem per videntes, seculares philosophos per solum naturalis rationis lumen omnia inuestigare volentes, accipere, qui sic tamen CHRISTI diuinitatem videre non potuerũt, sed quoad huiusmodi, obscuratum est insipiens cor eorum. Videntes & audientes,

Per au

Per audientes verò, Iudæos, qui audierunt quidem & vaticinia prophetarũ de Christo, & ipsum Christũ loquentem, cuius tamen verba intelligere nec potuerunt, nec voluerunt. Viderunt quidẽ foris ipsius humanitatem, sed sub humanitatis velamẽto diuinitatem (etiam se exterius per opera soli Deo possibilia manifestantẽ) intelligere nolue: runt. Circa tertium quod est, edisserente Domino parabolæ explanatio, subditur:

Est autem hæc parabola: Semen est verbum Dei.

K Parabolam hãc Dominus ideo discipulis exposuit, vt & se mysticè loqui ostenderet, & mysticè exponendi scripturas exemplũ daret, & vt ex hac ipsius expositione, etiã alia discamus intelligere quæ ipse non exposuit.

Cur dei verbum semen vocetur.

Semen, inquit, est verbum Dei. Congrua sanè similitudo. Sicut enim abscondi necesse est in terra semen vt fructificet, ita & recondere oportet in corde verbum Dei, vt ille qui ait: In corde meo abscondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi. Rursus sicut semẽ in agro iactum solis eget beneficio & cęlesti fauore vt germinet, ita & Dei verbum in mente receptum opus habet irriguo gratiæ cœlestis, & viuifico calore charitatis vt ad perfectionẽ bonorum operũ quasi ad messem vsq; virtute perseuerantiæ matureſcat. Præterea, sicut semen terrã fœcundat, sic & mentem humanam Dei verbum à sterilitate vindicãs, pietatis erga deum & homines feracem facit. Et licet hoc semen apud nõnullos diu lateat in corde, aliquãdo tamen posi decursum nõ modici tẽporis, in opere sancto germinare cõspicitur.

Deniq; sicut semen omne virtutẽ habet simile sibi producendi, ita & Dei verbum fideli corde receptũ, in anima Dei similitudinem restituit & refo mat. Nõ enim nisi per Dei verbũ datur conformes fieri imaginis filii Dei, iuxta quod B. Petrus fidelibus loquitur, dicens: Renati nõ ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbũ Dei viui, & permanentis inæternum. Sequitur:

1. Pet. 1

Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus & tollit verbũ de corde eorum, ne credentes saluti fiant.

Beda. L Seminati secus viam.

Ex hoc manifestè docetur eos circa viam seminatos, qui verbũ quod audiunt, nulla fide, nullo intellectu, nulla

saltem

saltem tentandæ vtilitatis occasione percipere dignãtur. Quorũ indisciplinatis ac duris cordibus mandatum verbum confestim immundi spiritus quasi viæ tritæ volucres semen eripiunt. Isti ergo & si verbũ aure corporis percipiunt, diabolo tamen irruente illud sibi eripi facile sinũt, & loco eius suggestiones ipsius suscipiunt, sicq; fit, vt nec credant, nec ex fide saluentur.

An non quasi via publica sunt corda rumoribus secularib⁹, & malis cogitationib⁹ assidue trita? Et quum præparandũ sit Deo cor ab huius vitę tumultibus liberũ, ecõtra tamen plerisq; prædicationẽ verbi cœlestis audituri, do nec sermo sumat exordium, fabulis occupãtur ociosis, palam ostendẽtes, curiositate vel cõsuetudine potius q̃ deuotione ad audiendũ conuenisse. Ait quidam sapiens:

Quidam veniunt tantũ vt audiant, nõ vt discant, sicut in theatro, voluptatis causa, ad oblectãdas aures. voce vel factis, ducimur. Magnam hominũ partem videbis, quibus philosophi schola diuersorium ocij fit, nec illud agunt vt aliquid de vitio deponant, vt aliquã vitæ legem accipiant, qua mores corrigant suos, sed vt aurium oblectamentis perfruantur. Seneca epistola. 10

In Regũ historia huiusce rei exemplũ legim⁹. Quum enim ad præceptũ Helisæi vnus de filiis prophetarũ missus in castra, vnxisset Iehu principẽ exercitus in regem Israel, illo vnde venerat ocius abeunte, hi qui aderãt ignorantes quod in penetralibus actũ erat, dixerũt ad Iehu: Quid venit insanus iste ad te? Insani quippe etiam tũc reputabantur, qui propter Deum terrena cõtemnebant. Et Iehu: Nostis, inquit, hominẽ, & quid loquut⁹ sit? Aiunt: Falsum est, sed magis narra nobis. Quumq; illis cuncta narrasset, & magnopere arrideret eis quod fuerat actum, iam nõ vt insanum & mendacẽ, sed vt prophetã habuerunt. Similiter Athenienſium plurimi prædicantẽ Paulũ audituri, confluxerũt (ad nihil enĩ aliud vacabãt Atheniẽses, nisi vt vel nouã audirẽt vel dicerẽt) perpauci verò crediderũt. Sequitur 4. Reg. 9

Act. 17

Nam qui supra petram hi sunt, qui quum audierint cum gaudio suscipiunt verbum, & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

M Beda.

Apud Marcũ habes: Et aliud cecidit super petrosa, & in idem redit. Petrosa loca quę tenui cõtecta cespite, fusce prum semen cito germinare queunt, sed vim radicis figen dæ nõ habent, illa nimirũ sunt præcordia, quę nullis disci plinæ studiis erudita, nullis tentationum probationibus emollita, dulcedine tantũ auditi sermonis ac promissis cę lestibus ad horã delectantur, sed ideo ad fructum iustitiæ peruenire non valẽt, quia parũ eis ineſt desiderij salutaris quod semen vitę concipiat, & multũ ineſt duritiæ nocen tis, quod fructui salutis obsistat. Itaq; auditi quidẽ verbi, & vtilitatẽ probant, & desiderium gustãt, sed ne ad id ꝙd probant perueniant, huius vitæ cos vel aduersa terrendo, vel prospera blandiendo retardant. Contra quæ vtraque damna semen quod acceperat tutari curabat, qui ait: Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam, & igno bilitatem, per infamiam, & bonam famam, vt seductores, & veraces.

2. Cor. 6

Seminati in petrosa.

Cadit proinde cœlestis verbi semen super petram cũ inuenit mentẽ per voluptates carnales iam obstinatam in malo, & vsqueadeo per has induratã, vt spirituales impref siones recipere nequeat. Sicut enim delitiis spiritualibus mens pia aduersum vitia indurescit (prout de beata virgi ne Agatha, turpissima quædã matrona quę diebus trigin ta pudicitiam virginis sanctæ incassum tentauerat coram iudice perhibuit, dicens: Facilius possent saxa mollir, & ferrũ in plumbi molliciem conuerti, q̃ vt mens huius puel læ ab intentione Christiana reuocetur) sic econtra, mens carnalibus occupata delitiis, ne spiritualium rerũ sensum admittat, obduratur & excæcatur. Cuius rei exemplũ in Salomone apparuit, qui post sublimis sapientiæ percepta dona, quum iam senuisset, per amorẽ fœminarum depra uatus, mente cæca adeo induruit, vt & idola illarum, exæ dificatis phanis coleret, & in idolatria vitã finiret infelix.

Delitiæ vt mentẽ indu rant.

3. Reg. 11

Similes quoq; nõnullos videmus, qui quum ex audi tu verbi etiam ad lachrymas vsq; compuncti fuerint, mox carnali amore superati, quasi contra voluntatẽ, per volun tatem tamen, ad ea quæ defleuerãt reuertuntur. Vnde & qui voluptatis gratia vxorẽ duxerat, ad cęleste cõuiuium inuitatus ait: Non possum venire. Vnde & b. Augustinus:

Lib. cõfess.

Peruersa, inquit, volũtate facta est libido, seruitur libi dini, facta est cõsuetudo. Et dum cõsuetudo inualuit, facta est necessitas delinquendi. Et eo tandẽ plerũq; deuenitur,

vt Dei

vt Dei verbum ab his nec cogitari possit, nec audiri. Ioannes baptista homo missus à Deo quo inter natos mulierũ nõ surrexit maior quia adulteria reprehendit Herodis, in carcere decollatur. Margaritas porcis sparserat, & dederat sanctum canibus. Vnde factũ est, vt & à porcis illæ cõculcarentur, & à canibus ipse morte dirumperetur. Mar. 6.

Sequitur:

Quod autẽ in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocãtur, & nõ referunt fructum.

Mirum, quõ Dñs spinas diuitias interpretat? sit, quum illæ pungant, istæ delectent. Et tamen spinæ sunt, quia cogitationum suarũ punctionibus mentẽ lacerant, & quum vsq; ad peccatum pertrahũt, quasi inflicto vulnere cruentant. Quas bene hoc in loco, alio Euangelista testãte, nequaquã Dominus diuitias, sed fallaces diuitias appellat. Fallaces enim sunt, q̃ nobiscũ diu permanere non possunt. Fallaces sunt, quę mentis nostræ inopiam nõ expellũt. Solę autem verę diuitiæ sunt, quæ nos diuites virtutibus faciunt. N Grego. Seminati inter spinas.

Notandũ verò est, quod exponẽs Dñs dicit, quia sollicitudines & voluptates, & diuitiæ suffocant. Suffocãt enĩ, quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant, & dum bonũ desiderium ad cor intrare nõ sinunt, quasi aditũ flatus vitalis vetant. Notandũ etiã q̃ duo sunt quę diuitiis iungit, sollicitudines videlicet & voluptates. Quia profecto & per curã mentẽ opprimũt, & per affluentiam resoluunt. Re enim cõtraria possessores suos & afflictos & lubricos faciunt. Sed quia voluptas cõuenire cum afflictione nõ potest, aliq̃ quidẽ tempore per custodiæ sollicitudinem affligunt, atq; alio per abundantiam ad voluptates emolliunt.

Ad hęc, exceptis etiã cæterorũ vitiorũ punctionib⁹, diuitiarũ cupido plurimũ mentẽ deuastat, ac securã esse nõ sinit. Quũ enĩ quisq; sollicit⁹ iuigilat q̃ ordine siue arte ea q̃ nondũ habet acqrat, q̃ rursum prouidẽtia ea q̃ acquisierat cõseruet, qua deniq; gloria aç dignitate acquisitorũ copia perfruatur, quãtis necesse est misera mens per horas singulas curarũ stimulis exulceret? Vnde apte dñs in expositiõe spinarum noie appellatur⁹ diuitias, prẽmisit æi ũnas dicẽs: O Diuitiæ vt pungant,

Mar. 4. Et alij sunt qui in spinis seminãtur, hi sunt qui verbum audiunt, & ærumnę seculi & deceptio diuitiarę, & circa reliqua cõcupiscentiæ introeuntes, suffocant verbũ, & sine fructu efficitur. Ærumnę, inquit, seculi & deceptio diuitiarũ. Quemcũq; enim superuacuus diuitiarũ decipit appetitus, necesse est, vt mox curarũ ærumna continuarũ comitãs, siue etiam præcurrẽs, affligat. Quid enim ærumnosius illis, qui quãto plus habent, tanto plus egent, & minus sibiipsis habere videtur? iuxta quod poëtarũ quidam philargiros deridens, ait:

Iuuenalis. Interea pleno dum turget sacculus ore,
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Felices diuitiarum contemptores. Quanto feliciores sunt, nõ solum appetitu verarũ diuitiarum, verũetiam ipso contemptu falsarũ, qui se esse veraciter fatentur tanquã nihil habẽtes, & omnia possidentes? Et bene quum dixisset, & ærumnę seculi & deceptio diuitiarum, addidit. Et circa reliqua cõcupiscentiæ. Nam iusto iudicio cõtingit auaro, vt quantum circa reliqua concupiscit, tantum longe absit ab illo pauperũ spiritu desiderio, q̃ cupiunt dissolui & esse cum Christo. Quin potius timet miser (quod reuera euenturum est ei) dissolui ab hac vita, & esse cum diabolo.

Nota. Sicut enim qui Dei verbũ affectu cordis percipit, terrenam cupiditatẽ amittit, sic corda cupiditate plena, idem verbũ affectu cordis percipere nõ valent. De quibus benè

Aspis surda auarus. per Psalmistã dicitur: Furor illis secundũ similitudinẽ serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.

Aspis enim quum ceperit incantatorem pati, qui eam quibusdam carminib⁹ euocat, ipsę ne dulcedine cantus alliciatur & exeat, aurem alterã terræ fortiter adstringendo claudit, cauda alterã obturat, etiam vocẽ incantãtis nõ audiens, in casses eius non egreditur. Incantator iste qui sapienter incantat, verbi cœlestis prædicator est. Auarus autem quasi aspis est, qui & amore terrenorũ, & spe vitę longioris quasi quadam cauda, dum timet in futurum egere (si auaritiæ studia derelinquat) ad prædicantis vocem obsurdescit.

P Chrysost. Proinde vbi spinæ crescunt, ibi terra & frigida, & caliginosa est, & amara, ideoq; in locis eiusmodi spinosis, nõ est habitatio nisi serpentum. Sic nimirum vbi spinæ solici-

tudi-

tudinũ sunt, seu diuitiarũ, aut voluptatũ, ibi ab amore Dei & proximi animus refrigescit, quandoquidem nemini sit amicus qui auarus est, quem etiam nõ pudet exigui quęstu lucri interdũ etiam vtrunq; in se cõmouere parentem, fratres simul & sorores. Quin & Deũ ipsum posthabet pecunię, & oĩno vbicũq; auaritia est, ibi nec fides nec amor est.

Spineto, mẽs auari similis.

Pręterea, sicut in spinis semper caligo est, sic & auaris neq; sol splendet, neq; luna, nec quicquam amatur, nisi argentum & aurũ. Hæc enim mauult auarus quàm omnes reliquas totius mundi creaturas. Deniq;, tacere non possunt quàm acerbæ & amaræ sint diuitiæ, earumq; cupiditas auaritia, adeò vt quum insatiabilis habendi voluptas & possidendi libido auari hominis præcordia obsederint, diuitiis ipsis vti non audeant.

Cõmodissimus diabolo locus.

Quo fit vt cõmodior habitandi locus diabolo nõ sit vllus, quàm sub eiusmodi frigido, amarulẽto, & auaro pectore. Et licet sibi pœna sit omnis animus quocunque vitio inordinatus, magis tamen vnã auaritiam spinis Christus comparauit, quàm vitium aliud quodcunque. Magis enim prę omnibus aliis vitiis hominis animũ auaritia distinct, torquet, excruciatq;.

Quibusdã Dei verbũ advitã, aliis ad pernicię.

Ex dictis patet quemadmodum diuini verbi semen à triplici hominũ genere in vanũ recipitur, nec vsq; ad fructum salutis valet peruenire. Excipiuntur autẽ hinc gentiles, qui ne audire quidẽ verba vitę merẽtur. Cæteris autem oĩbus dat Dñs verbi sapiẽtiam affluenter, sed q; hinc pleriq; nõ proficiunt ad salutem, ipsorũ vitio contingit.

Nam sicut idẽ sol splendoris sui radios æqualiter vbique diffundit, vnde tamen nõnulla desiccantur & arescũt, vt fœnũ, nonnulla liquescũt, vti cera, quędam indurantur, vt lutum, quæ tamen effectuum diuersitas nequaquam ex parte solis est, qui idem est & vniformiter operatur, sed ex parte eorũ quę solis radios in se recipiunt, nam & inæqualiter etiam illuminat sol tabulas, quarum altera lignea, altera aurea est, sic vtiq; idem sol iustitiæ Christus, radiis suę sapientiæ in verbo vitæ, in diuersis diuersimode operatur. Nam quidam hinc illuminãtur, quidam cæcantur, nõ quidem verbi vitio (quod absit) sed suo. Vnde ipse ait: Ego in iudicium veni in mundum, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.

Ioan. 9

Q Crego.

Iraq; magnopere nobis curãdum est, vt accept9 sermo in cordis aure remaneat, ne semẽ iuxta viam cadat, ne ma-

Exhortatio generalis.

lignus ſpiritus veniens à memoria verbũ tollat, ne petroſa terra ſemen excipiat, & fructũ boni operis ſine perſeuerantiæ radicibus mittat. Multis enim libet quod auditũ, boni operis initia proponunt, ſed mox vt fatigari aduerſi tatibus cœperint, inchoata derelinquunt. Petroſa terra humorẽ non habuit, quia hoc quod germinauerat, ad fructũ perſeuerantiæ non perduxit. Multi nanq; quum verbum contra auaritiam audiunt, candẽ auaritiam deteſtãtur, rerum oĩm contemptũ laudant, ſed mox vt viderit animus quod concupiſcit, obliuiſcitur quod laudabat.

Multi quum verbum cõtra luxuriam audiunt, opera carnis non ſolum perpetrare non appetunt, ſed etiam perpetrata erubeſcunt, ſed mox vt carnis ſpecies eorũ oculis apparet, ſic mens ad deſiderium rapitur, ac ſi adhuc ab ea nihil ſit contra hæc eadem deſideria deliberatum. Sæpe etiam contra culpas compungimur, & tamen poſt fletum ad culpas redimus. Sic Balaam Iſraelitici populi tabernacula contemplatus fleuit, eisq; ſe ſimilem fieri in morte depoposcit, dicens: Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia. Sed mox vt hora cõpunctionis tranſiit, in auaritiæ nequitiam exarſit. Nam ob promiſſa munera in eius populi mortem conſilia dedit, cuius morti ſe ſimilem fieri optauit, & oblitꝰ eſt quod planxerat, quum extinguere noluit, quod per auaritiam ardebat.

Balaam qd optauerit. Nume. 23

Sequitur:

Quod autẽ in bonã terram, hi ſunt qui corde bono & optimo audientes verbũ retinent, & fructum adferunt in patientia.

R Cor bonum, terra bona: cor optimum, terra optima eſt. Eſt autem cor bonum, quod Dei verbum audire intendit, vt illud intelligat: optimum verò cor eſt, quod intẽdit ſecundum auditum verbum operari. Hi ſunt, inquit, qui in corde bono & optimo audientes verbũ, contra eos qui nec etiam aure corporis verbũ audire dignantur.

Verbi ſemẽ vt fructificat.

Audientes (inquit) verbum retinẽt, videlicet, fideliter memoriæ commendatũ, ad differẽtiam eorũ qui ſeminati ſunt ſecus viam, & venit diabolus, & tollit verbum de cordeorum. Et fructum adferunt, videlicet operum bonorum, ad differentiam illorum, quorum mens plena eſt ſpinis ſuffocantibus verbum Dei ne in fructum proficiat. Fructum (inquit) adferunt in patientia, fortiter ſuſtinẽtes quam-

quamcunq; vel tribulationem vel tentationem, longè differenter ab his, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

Ex quibus patet quòd bona terra omnibus tribus terræ nequam varietatibus contraria facit, & libenter videlicet semen verbi suscipiendo, & quod suscipit inter aduersa & prospera patienter ad fructus vsq; tempora seruãdo. Terra bona vt terræ malæ opponitur.

Dominica in QVINQVAGESIMA.

ASsumpsit Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam. Luc. 18.

Præsens sancti Euangelij lectio duo comprehendit. Vnum est, propinquæ redemptionis Christo prænuntiante mysterium. Alterum, Illuminationis humanę desideratum beneficium. Ibi: Factum est autẽ quum adpropinquaret Ierico. De quo homilia sequenti. Circa primum tria sunt consideranda. Primũ est, ipsa passionis Christi prænuntiatio. Secundum est, eorum quę passur⁹ erat per singula explicatio. Ibi: Tradetur enim gentibus. Tertium est, horum quæ dicebantur, intelligentiæ, absconsio. Ibi: Et ipsi nihil horum intellexerunt.

Circa primum ☉ost præmittendũ, quòd dominica præsens simili ratione dominica in quinquagesima est appellata, qua & præcedens dominica in sexagesima, & quæ illam præcedit, in septuagesima dicitur. Quinta enim est ab illa vltima, quæ lætis sui cantus præconiis, captiuitatis nostræ (quæ à prima mundi ætate vsq; ad initium septimę est duratura) finem adnuntiat. Porrò, sicut dominica præcedens initium secundę ætatis respicit, quæ est à Noe, ita & hęc, tertiam mundi ætatem (videlicet ab Abraham) cõtemplatur, sicut nocturnum diei huius officium attendentibus ostendit. A Quinquagesimæ ratio.

Et quidem ad beatæ vitæ gaudia, quasi ad patriam redeundi, præcedentibus duabus dominicis spes nobis ostensa fuit (vt ibi dictum est) videlicet vel in domini vinea laborando, vel mente fideli recipiendo verbum dei. Verum dies hæc longè maiorem spem captiuitatis filiis (qui in hac misera moribunda q; vita quasi super flumina Babylonis sedentes flent, dum recordantur patriæ suæ cœlestis & beatæ Sion) etiam vel nomine isto, quod est quinquagesima, subministrat.

Numerus remissionis

Numerus enim quinquagenarius remissionem designat. Vnde & in lege quinquagesimus annus, remissionis erat, in quo & ad pristinos possessores hæreditas alienata redibat, & dimittebantur debita, & serui sese vendicabant in libertatem.

Et quia peccatorum remissio non nisi per passionem & mortẽ fit redemptoris, idcirco & longè antequàm ipsa mundo conferretur figurali exemplo in immolatione Isaac dilecti atq; vnigeniti magni patriarchæ Abrahæ filij, fuit typicè præmonstrata, prout in huius diei officio recolitur & de proximo iam futura, in Euangelio præsenti, ab ipsomet redemptore, non iam in vmbra figuræ, sed mox sequutura, luce clarius est prænuntiata. Quibus præmissis, ad expositionem sacræ lectionis est accedendum. Vbi primò notatur ipsa passionis Christi prænuntiatio.

Adsumpsit (inquit) duodecim, nimirum Apostolos suos. Apud Matthæum habes. Adsumpsit duodecim discipulos suos secretò. Seorsum de imminente iam passione sua dominus cum discipulis confert. Non enim oportebat hũc sermonẽ pluribus diuulgari, ne turbarentur.

Chry.

B

Passionem suã Christꝰ multoties prædixit.

Multoties autem passionem suam & mortem dominus discipulis prædixit. Primò (vt Matthæus refert) quum Petrus confessus fuisset ipsum esse filium dei viui. Exinde (inquit) cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Ierosolymam, & multa pati, & occidi, & tertia die resurgere.

Mat. 16.

Secundo hoc idem prædixit eis post sui in monte trãsfigurationem, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.

Mat. 17.

Tertio, quum vnxisset sacrum caput eius recumbentis mulier sancta. Nam & quum hinc proditor ipsius inuidia stimulatus murmuraret, ipse ait: Mittens hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

Mat. 26.

Apud

Apud alium euangelistam dicitur. Quod habuit hæc fecit, præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Et apud Ioannem: Sinite (inquit) illam, subaudis, reseruare quod supereſt vnguenti, nec cogatur illud vendere, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. Quid de morte sibi imminente prænuntiaret manifestius? Mar.14. Ioan.12.

Quarto, hoc ipsum discipulis suis prædixit, vbi ait: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur? Nouissimè verò vbi ait: Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscum anteq̃ patiar. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecũ est in mensa. Luc.22.

Plures sanè ob causſas futuram suam passionem discipulis prænuntiauit. Primò, vt conferẽdo cum chariſſimis sibi, secretũ cordis sui de sua morte familiari & amicabili colloquio reuelaret, iuxta quod per Salomonem dicitur: Cauſſam tuam tracta cum amico tuo iugiter. Prou.25.

Secundo, quia futuram passionem suam & mortem crucis, acerbissimam sanè, & non minus ignominiosam, ipse iugiter mente versabat. Vnde & ait: Baptismo habeo baptizari, & quo modo coarctor vsq; dum perficiatur? Et quum ex abundantia cordis os loquatur, quis miretur si de passione sua sæpe commemorabat? Credendum sanè nullum vnquàm fidelium atq; sanctorum adeò assiduam eiusdem passionis memoriam mente versasse, vti qui hanc se nouerat perpessurum. Quur se passurum Christus prædixit. Luc.12. Mat.12.

Tertio, vt discipulos in fide suæ diuinitatis confirmaret. Vnde Grego. Præuidens ex passione sua discipulorũ animos perturbandos, eis longè antè & eiusdem passionis pœnam, & resurrectionis gloriam, prædicit, vt quum morientem sicut prædictum est cernerent, etiam resurrecturum non dubitarent, & minus de eius passione & morte perturbarentur. Nam tribulatio quæ superuenit expectantibus, tollerabilior est illa quæ obruit inopinantes.

Quarto, vt ex hoc innotesceret non modo inuitum, sed vltroneum passionem mortis adiisse, & ne forte dicerent stupore concussi, & mutuò conquerentes: Qualiter in manus hostium incidit, qui nos promittebat saluare? Manifestum est autem voluntariè eum mori, qui de mortis periculo non incertus, quum fuga mortem vitare potest, fugere non vult, sed insuper inimicis offert semetipsum. Vadens enim ad passionis locum, futuram passionem præuidens, seriatim hanc prænuntiauit. Voluntariè Christum passum.

C Quinto, vt suam nobis charitatem (cui parem nemo habet) commendaret, quandoquidem instante iam lætissima atq; lautissima Iudęorum paschali solennitate, ad hanc à Galilæa Ierosolymam ascendens, quò ex tota regione innumerabilis hominum conuenerat multitudo, ob nostram salutem in ea ciuitate vbi sui secundum carnem progenitores cum gloria regnauerãt, vbi etiam ipse multoties docendo & faciendo miracula probauerat se Dei virtutem esse & Dei sapientiam, legittimus ipse Dauidici regni hęres, mortem crucis pati dignatus est. Vnde Bernar. Super omnia (inquit) reddit te mihi amabilem Iesu bone calix passionis quem bibisti, opus redemptionis nostrę quod peregisti, hoc super omnia amorem meum totum facile sibi vendicat. Hoc est enim quod nostram deuotionem & blandius allicit, & arctius stringit, & iustius exigit, & adficit vehementius.

Hom. 9. sup can.

Sexto, futuram passionẽ suã dominus discipulis suis sæpe prędixit, vt doceret eos nos assiduè debere reminisci. Vnde quum sanguinis sui calicem discipulis sumendum traderet, dixit: Hoc facite in meam commemorationem. Et in canticis cãticorum: Pone me (inquit) vt signaculum super cor tuum, vt signum super brachium tuum, quia fortis est vt mors dilectio. Et quidem iustè sui memoriam à nobis requirit, qui & ipse nostri non obliuiscitur. Vnde & ad iniquam illam querelam dicentis, dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei, ipse protinus respondet: Nunquid potest mulier obliuisci infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamẽ non obliuiscar tui. Ecce enim in manibus meis descripsi te. In manibus meis (inquit) quas vti q; tua gratia, clauis transfigendas super lignum crucis extendi.

Passionis Christi reminiscere.

Luc. 22.

Can. 8.

Esa. 49.

Deniq; propter nostram imitationem, futuram passionem suam crebrò commemorauit, vt ad ipsius imitationem intelligamus nos inuitari. Vnde, transfigurationis suæ gloriam in monte sancto ostensurus tres tantum discipulos ad hanc contemplandam assumpsit, ad passionis autem proficiscens ignominiam adsumpsit secum vniuersos, quos etiã ad passionis suæ sectãda vestigia inuitabat, dicens: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Sed pauci modo sequuntur inuitantem. Vellent quidem omnes Christum sequi in gloriam suam, verum ad passionem mortis

Vt Christũ passum sequamur.

Mat. 17.

Mat. 16.

tis euntem non ira.

Quum multiplicatis mirabiliter panibus & piscibus turbas satiaret, multos secum habuit, quum vero iam cõprehensus & ligatus ad passionem duceretur, relicto eõ, omnes fugerunt. Amplectimur quod ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Sed illud ferè omnes refugiunt, quod idem ipse dicit: Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Quid est aliud, non est me dignus, quàm non est dignus vt meis vulneribus sanetur, vt morte meâ viuat, vt aspersione sanguinis mei ab operibus mortuis ipsius conscientia emundetur? Ioan. 6. Mat. 26. Mat. 11. Mat. 10.

Ecce (inquit) ascendimus Ierosolymam. Vides certè in mortem suam properare dominum. Vnde & alibi se prophetis connumerans. Non capit (inquit) prophetam perire extra Ierusalem. Quum autem dicit: Ecce ascẽdimus Ierosolymam, passionem suam ascensum appellat. Siquidem passione sua exaltatus est, iuxta quod ait Apostolus: Eum qui modicò quàm angeli minoratus est, videmus IESVM propter passionem mortis gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem, quam gustando & opus redemptionis humanæ peregit, & de superato principe tenebrarum victoriæ insignis reportauit triumphum. Vnde & cum Nicodemo de mysteriis fidei differens, mortem suam exaltationẽ sui vocauit, dicens: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Et rursus alibi: Ego (inquit) si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. D Passione Christi vt exaltati. Luc. 13. Heb. 2. Ioan. 3. Ioan. 12.

Proinde, quia Ierusalem locus erat sacrificij figuralis, necesse erat vt magnus & æternus mediator & sacerdos CHRISTVS vnicum illud suum sacrificium, sacrificiis typicis eatenus præfiguratum, pro mundi salute ibidem & non alibi, moriendo offerens, vaticinia de se Prophetarum impleret. Vnde & mox subiecit:

Et consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. E

Siquidem passione CHRISTI verificatæ sunt quæ de ipso erant scripturæ Prophetarum, prout in cruce accepto iam aceto extremum trahens spiritum perhibuit, dicens: Consummatum est. Passiõe sua Christus prophetias impleuit.

Lex

Lex enim (quæ figuralis et vmbratilis erat) per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum CHRISTVM facta est.

Quæ scripta sunt (inquit) de filio hominis. Nam secundũ eam naturam qua homo erat conueniebat sibi pati.

Verum altiori ratione (vt ait Beda) perhibuit implenda omnia quæ de se scripta fuerant per prophetas. Præuidens enim quosdam hæreticos in ecclesia futuros, qui dicerent Christum legi prophetisq; docuisse contraria, aliumq; veteris testamenti, atq; alium noui deum esse credendum, ostendit prophetarum præsagia, non alio magis quàm ad suæ dispensationis quam pro nobis temporaliter suscepit, intendisse mysterium, adeò vt consummatio sit prophetiæ suæ passionis & posterioris gloriæ celebrata perfectio. Nec non & paganorum dementiam, qua eius crucem deridet, apertissimè confutat, quando proximæ suæ passionis & tempus quasi futurorum præscius ostendit, & locum quasi mortis intrepidus, adit

De impletione eorum omnium quę de seipso scripta & dicta fuerant per prophetas, ipse iam à morte reduuus ait: Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos, quum adhuc essem vobiscũ, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & psalmis, de me. Luc. vlt.

Et consummabuntur (inquit) omnia. Iam enim impletæ erant scripturæ prophetarum de incarnatione saluatoris, de eius natiuitate, de prædicatione Euangelij, de miraculis, vnum suæ passionis restabat mysterium, quo peracto omnes completæ forent quę de ipso erant scripturæ prophetarum.

Circa secundum principale dicitur:

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquàm flagellauerint occident eum, & die tertia resurget.

F Hic ponitur eorum quæ passurus erat dominus per singula explicatio. Tradetur (inquit) gentibus. Iudęi enim quia potestatem non habebant occidere quenquam, Christum tradiderunt Romano præsidi Pontio Pilato, gentili. Traditur ergo gentibus tanquàm extraneus & alienus, iuxta quod in eum prædixerat Psalmista: Extraneus factus sum fratribus meis.

Vbi

Vbi est aduertendum Christum fuisse traditum & à Deo, & ab hominibus, licet valde differenter. Nam primo tradidit eum Deus pater, sed dispensatiuè tantũ propter humani generis salutem, iuxta quod per Apostolum dicitur: Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Christus variè traditus. Rom. 8.

Secundo, ipse Christus tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Ephes. 5.

Vnde & per Esaiam dicitur: Tradidit in mortem animã suam, & cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit, vt nõ perirent. Esa. 53.

Sed & benignitate spiritus sancti ad nostram sanctificationem traditus est, dicẽte Apostolo: Per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, ad emũdandam conscientiam nostram ab operibus mortuis. Heb. 9.

Tertio, tradidit eum Iudas principibus sacerdotum, exiguæ pecuniæ precio, sacrilega ductus auaritia. C

Quarto, tradiderunt eum Iudæi Pontio Pilato præsidi (vt iam dictum est) inuidiæ liuore perciti. Vnde in Euangelio dicitur: Sciebat enim (nimirum Pilatus) quia per inuidiam tradidissent eum.

Pilatus verò tradidit eum militibus suis crucifigendum, non vt adimpleret beneplacitum voluntatis diuinę, sed vt morem gereret inuidiæ Iudæorum, dicente Euangelista: Iesum flagellatum tradidit voluntati eorum

Et illudetur, inquit, quasi insanus, is in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Et flagellabitur tanquã reus & seruus, qui est Dominus & princeps libertatis. Et conspuetur, tanquam immundus & abominabilis, dicente in eum Psalmista: Posuerunt me abominationem sibi.

Sed nondum satis pœnarum Iudaicæ inuidiæ & crudelitati datum. Nondum furor atrox tot & tantis innocẽtis Domini contumeliis saturatur. Sed quid? Et postquã flagellauerint, inquit, occident eum. Heu fratres, inquit Bernardus, libertas captiuorum traditur, gloria angelorum illuditur, omnium Dominus flagellatur, & speculũ sine macula & candor lucis æternæ conspuitur, & occiditur omnium vita.

Et tertia die resurget, nempe Dominus vitæ & victor mortis, habens potestatem ponendi animam suam, & iterum sumendi eam.

Vbi mira

Vbi mirari est dementiam quærentium, quur Chri-
Christi intra triduũ resurrectio Isidorus.
stus ante triduum resurrexit. Si enim resurgeret tardius quàm prædixerat, impotentię esset, celerius verò resurgere est summæ indicium potestatis. Si quẽ enim contigerit quum spoponderit suo creditori post triduum persoluere debitum, hoc ante triduũ elapsum soluere, vt veridicum eum mirabimur. Sed nec dixit se resurrecturum post tres dies, sed die tertia. Habes parasceuen, habes sabbathum, vsque ad solis occasum, & post sabbathum resurrexit.

H

Illusum Christo qualiter.

Sed eas quas Dominus se passurum prænuntiat iniurias attẽtius cõsideremus. Tradetur, inquit, gẽtibus & illudetur. Quemadmodum si phreneticus cõprehendat hominem sapientẽ, & ei illudat, sic à vere phreneticis & insanis illusum est in passione sua Christo.

Illuserunt autem ei non vno genere illusionis. Nam primo illuserunt eius sapientiæ, quando velabant faciem
Luc. 22.
eius, & percutientes eũ dicebant: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?

Secundo, illuserũt eius innocẽtiæ & mãsuetudini. Vn
Luc. 23.
de in Euãgelio dicitur: Spreuit autẽ illũ Herodes cũ exercitu suo, & illusit indutũ veste alba, & remisit ad Pilatum.

Tertio, illuserunt ipsius regiæ dignitati, quando tanq̃ regnare volentem & non valentem induerunt purpura, & spinea corona capiti eius imposita, loco sceptri arundinem ei in dextra dederunt, & genu flexo ante eum illude-
Ioan. 19.
bant ei dicentes: Aue rex Iudæorum, & spuebant in faciem eius, & dabant ei alapas.

Quarto, illuserunt eius omnipotentię quando in nostræ naturæ infirmitate in cruce pendenti blasphemantes
Matt. 27.
improperabant, dicẽtes: Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce & credimus ei.

C

Sed & variè fuit flagellatus, videlicet, in corde, & in corpore. In corde, de timore, de scandalo, de fuga & dis-
Eccli. 23.
persione ac persequutione discipulorum, sicut per Sapientem dictum est: Superposuerunt in cogitatu meo flagel-
Ioan. 19.
la. Item flagellatus fuit in corde furiosis clamantium vocibus, & dicentium: Tolle, tolle, crucifige eum. In corpore
Ioan. 19.
verò toto crudeliter et nimis indigne, à Pilato flagellis cæsus est.

Porrò veneranda Christi facies in quam desiderant etiam angeli prospicere, sputorum sordibus nimis indi-

gno sce

gno scelere fuit exhonorata, primum quidē in domo principis sacerdotum à pontificum ministris Iudæis, deinde à gentibus, id est, militibus præsidis in prætorio Pilati, quū iam esset morti adiudicatus. Matt. 26. Matt. 27.

Circa Christi post hæc omnia occisionem, Attende quemadmodum mansuetum (qui quasi ouis ad occisionē ductus est) atrocissimi & furibundi, innocentem, imò sanctum sanctorum, Dei filium, omnium hominum sceleratissimi, legitimū suum regē proditores & rebelles, coloni mali & impiissimi homicidæ, filium magni patrisfamiliās incomparabili sacrilegio interfecerunt. Vnde & in euangelica parabola scriptum est: Agricolæ videntes filium eius, dixerunt intra se: Hic est hæres. Venite occidamus eum, & habebimus eius hæreditatem. Occisionis Christi indignitas. Matt. 21.

Sed ignominiosæ morti, gloriosa succedit resurrectio, in qua rebus præter impiorum expectationem repente mutatis, summa Christi ignominia, in summam & sempiternam gloriam est commutata. Nam ei qui ad passionem mortis fuerat traditus, resurgenti, pater tradidit gentes. Vnde ad ipsum in Psalmo loquitur dicens: Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. &c. quæ sequuntur. I Iniurię christi vt compensatæ.

Et qui ei illuserant, & ipsi in hoc delusi sunt, quòd inferorum & mortis victorem intra clausi & signati custodiq; sepulchri angustias arctari posse stulti putauerunt, impleta scriptura quæ dicit: Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. Prou. 3.

Proinde, qui indignè ab impiis flagellatus fuit, postquam resurrexit à mortuis, & in cœlum ascendit, flagellum graue sui flagellatoribus superinduxit, vt qui Dominum suum flagellandum Romanæ genti tradiderant, ipsi à Romanis graui bello (quasi flagello durissimo, flagello de funiculis facto) cæsi, captiui, & ligati, & pecorum more diuendendi è Dei templo, & ciuitate ac regno eiicendi, captiui ducerentur in omnes gentes. De quo flagello Esaiæ prophetæ vaticinio fuerat lōge ante prędictum: Flagellum inundans quum transierit, eritis ei in cōculcationem, quandocunque pertransierit, tollet vos. Esa. 28.

Deniq;, qui ludæorum conspuitionibus fuerat fœdatus, velut flos pulcherrimus, resurrexit. Vnde per Psalmistam dicit: Refloruit caro mea, Et nihilominus qui

fuit

fuit occisus, immortalis resurrexit. Vnde & per Apostolū
Rom.6. dicitur: Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Ecce vt lapis quem reprobauerunt ædificantes, preciosus & electus, à Deo honorificatus est. Vtique à Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.

Circa tertium principale dicitur:

Et ipsi nihil horum intellexerūt. & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.

Cur discipuli hæc nō intelligunt.

K Hic ponitur eorum quæ dicebantur intelligentiæ abscon sio. Et ipsi, inquit, duodecim, videlicet discipuli, nihil horum quę dixerat de sui traditione, illusione, flagellatione, conspuitione, occisione, resurrectione intellexerunt. Et ratio nem subiungit, dicēs: Erat enim verbum istud absconditum ab eis, dispensatione enim agebatur, vt ista prædicatio illis esset abscondita, ne videlicet ante tēpus de Christi morte nimia tristitia absorberentur. Et ideo non intelligebant quæ dicebantur, quia verbum istud, id est, verbi sensus, eo tempore, dispensante Deo, eis abscondebatur.

Luc.24. Quomodo & illis duobus discipulis accidit, de quibus in Euangelio dicitur: Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent.

Sed quæsieris: Quare illis Christus prædicebat, quæ nolebat eos intelligere? Sanè, vt quum viderēt pati Christum, verborum quæ eis prædixerat recordati, tum ea rē cognoscerent & intelligerent, quia omnia illa futura prę uidissent.

Iudæi cur apostolis p= spicatiores.

Sed iterum quæritur, qui fieri potuit vt Iudæi Christum de sua morte etiam obscurè loquentem mox intelligerent, discipuli verò hinc manifestè prænuntiantem nō intelligerent quæ dicebantur? Audientibus Iudæis dixe=
Ioan.12. rat: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Quum mox Iudæi respondērēt: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu
Beda. dicis: Oportet exaltari filium hominis? Quid est ergo quòd discipuli toties sibi replicatum dominicæ passionis arcanum intelligere nequeunt, & Iudęi ad vnum verbum & tam obscurè positum, vt hoc expositiõe dignum ducat Euangelista, dicens: Hoc autē dicebat, significans qua mor te esset moriturus, mox quia crucis exaltatio significetur

intelligunt

intelligunt, nisi quia discipuli cuius vitam maximè videre desiderabant, eius mortem audire non poterant? Et quem non solum hominem innocentem, sed & Deum verum sciebāt, hūc nullatenus mori vel posse putabāt. Et qa per parabolas eū sæpe loquentē audire consueuerāt, quoties aliquid de sua passione dicebat, hoc non ita vt sonabat intelligendum, sed amore dictante, ad aliud quid allegoricè referendum esse credebāt. Iudæi verò quia in eius necem iam conspirauerant, quicquid de sua passione vel cruce loquebatur, intelligebant. Hoc enim loquebatur, quod ipsi summopere & fieri optabant, & satagebant perficere. Sicq; miro & inusitato more, idem subeūdæ crucis sacramentum, quod fidelibus amor abscondit, infidelibus inuidia pandit.

Verum inter hæc quis miretur discipulos adhuc rudes & futurorum passionis Christi mysteriorum prorsus ignaros, ipsius de eadem passione sua loquentis verba nō intellexisse, quandoquidem & modo ij pro quibus passus est, idipsum vel obliti ignorant, vel si non ignorant, se tamen id scire dissimulant? Quoniam ergo inter huius seculi gaudia (in luctum vtique conuertenda) tam passionis Christi quàm suæ salutis plerique obliuiscuntur, præsertim hoc tempore quo se ad faciendos dignos pœnitentiæ fructus accingere deberent, consulto dominicæ passionis tam singularem commemorationem hodierna die suis filiis ecclesia sancta proponit. Et hoc quidem plures ob causas. L Christiano rum ingratitudo.

Primo propter Christi erga nos charitatem qua maiorem nemo habet, vt videlicet (quemadmodū ipse fecit) animam suam ponat quis pro amico suo, & ipsi hunc redamemus. Ipse enim prior dilexit nos. Domine (inquit vir sanctus) dilexisti me pluſquam te, quia mori voluisti pro me. Tam charo precio redemisti me, de supplicio æterno saluasti me, de seruitio peccati retraxisti me, vt memoriale tuum semper esset mecum, & non recedat vnquā de corde meo. Vnde & tantæ charitatis suæ memoriam inter veneranda corporis & sanguinis sui mysteria nos habere volens, ait: Hoc facite in meam commemorationem. Et quis nisi ingratissimus imò & saxeus, ac per hoc, salute per Christum conciliata indignus, huius tantæ solúmque diuinæ charitatis obliuiscatur? Quum enim adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo per sangui- Passionem Christi cur ecclesia cō memorat Augusſt. Luc. 22.

Rom.5. Apo.1. nem filiũ eius,qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

M Vt ardua se cteris.

Secundo proponitur nobis huiusce rei memoria vt ad resistendum vitiis,& pœnitentiæ labores subeundum, animemur. Vnde & ipse Dominus ad sui imitationẽ nos exhortans(quod supra citatũ est)ait:Qui vult venire post me,abneget semetipsum,& tollat crucẽ suam & sequatur me, videlicet ad regnum,quo per suam crucẽ ipse peruenit. Alioqui,qui non accipit,inquit,crucem suam & sequitur me,non est me dignus.

Mat.10.

Quis enim iam vereatur se humiliare sub potenti manu Dei,quum sit ipse puluis & cinis, vbi se Dominus omnium humiliauit factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis? Quis non ignoscat iis qui in se deliquerunt,vt & sibi ignoscatur, vbi innocens Dei filius pro sui interfectoribus in cruce moriens patrem exorauit? Quis non iiunctis salutaris ieiunij gratia,ad horã esuriem perferat, vbi non pro se, sed pro nobis Christus in deserto ieiunans esurijt,& in cruce pendẽs sitiuit. Ille felis & aceti poculum in cruce gustauit, & tu breui tempore à carnibus & splendidioribus epulis abstinere recusabis? Ille cum clamore valido & lachrymis,imò & cum sudore sanguineo,pro te patrem etiam in oratione nõnunquam pernoctans, orauit, & te pro tuorum remissione peccatorum Deum orare pigebit? Orat iudex,& reus orare dedignabitur? Ille vitam suam pro te dedit, & tu pro redemptione animæ tuæ,quod tibi superest eleemosynam dare pauperibus detrectabis? Si te pudet vel errata cõfiteri,vel pro his agere pœnitentiã,memẽto redemptoris tui q pro te sustinẽs opprobriũ nudus in patibulo qua: si reus inter latrones pepẽdit. Si Christi passio ad memoriam reuocetur,nihil est quod nõ quo animo toleretur.

Phil.2.

Heb.12.

Hortatur nos Apostolus,dicens: Recogitate eum qui talẽ aduersus semetipsum à peccatoribus sustinuit contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes.

N Voluptatũ sectatores arguuntur. Sap.2. Philip.3.

Sed prohdolor contraria prorsus ingrediuntur,qui voluptatum carnis suæ amatores magis quàm DEI, dicunt intra se:Fruamur bonis quæ sunt. Quos Apostolus Paulus deplorans,ait:Multi ambulãt,quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum DEVS venter est, & gloria in confusione, eorum qui terrena sapiunt. His

Christus

CHRISTVS crucifixus positus est in signum, sed in signum cui contradicunt. De quibus idem Apostolus alio loco dicit: Rursum sibi crucifigentes filium Dei, & ostentui habentes. Luc. 2. Heb. 6.

Quum ascenderet Dauid montẽ Oliueti fugiẽs à facie Absalõ, flens operto capite, & nudis pedibus incedens, & omnis populus qui erat cũ eo & ipsi plorantes ascenderent, ecce egrediebatur vir de cognatiõe domus Saul nomine Semei filius Gera, procedebat egrediens, & maledicebat regi, mittebatq; lapides contra Dauid, & cõtra vniuersos seruos regis Dauid. 2. Reg. 16. Christi contempti typꝰ

Mysticè, Dauid quem expulit de Ierusalem filius suus Absalon, CHRISTVS Dei filius est, de semine Dauid factus homo, quem Iudæi (populus quondam Deo peculiaris) extra eandem ciuitatem eiectum, ad mortem vsque persequentes interfecerunt.

Porrò Semei, seruus quidem Dauid, sed iam acerrimus persequutor & hostis, de cognatiõe domus Saul (qui vel caput fuerat omniũ inimicorũ Dauid, & rectè diaboli typum gessit, cui & ipse traditus fuerat diuexãdus) de cognatione, inquam, domus Saul, i. de satellitio diaboli, peccatorem quemq; in sua malitia obstinatũ (qui tamen hominis Christiani vocabulo censetur) mysticè designat.

Expellitur Christus & nũc à plerisq; diabolo locũ intra p̃cordia sua prę̃stãtibus. Expellitq; inquã, à filiis, q vtiq; à Christo Christiani appellãtur. Proh nefas indignũ. Cæterũ ille pro p̃ctis nostris suo sanguine & morte delẽdis, ascẽdit Ierosolymã, ascẽdit aũt nudis pedibꝰ & flẽs, nõ obsua, sed nostra delicta, quẽ & nunc imitantes oc̃s qui cũ eo sunt, & ipsi gemẽtes & flẽtes simul ascẽdunt, dicente Apl̃o: Qui aũt sunt Christi, carnẽ suã crucifixerũt cũ vitiis & cõcupiscẽtiis. Quum interim procedit vtiq; oĩbus vbiq; cõspicuus & obuiꝰ p̃tõr quis obstinatꝰ & impudẽs, tã mortis Christi q̃ pœnitẽtię cõtẽptor, & nõ modo Christi cõtemptor, sed etiã piorũ & pœnitẽtiã ꝑ delictis suis agentiũ osor, p̃sequutor, derisor, q Christi seruos cõtumeliis lacessẽs, Christũ ipsum & lacescere & p̃sequi conuincitur. Iste quoties aut verbis aut factis Christi seruis i. bonis & piis hoĩbus, molestꝰ est, & scãdala obiicit, toties cõtra Christũ ipsum et seruos suos quasi lapides mittit. An nõ lapides cõtra Christũ et suos mittit, q hęretica insania deprauatꝰ, qc quid vel erga deũ vl erga dei sanctos est pietatis, imo et ip- Gal. 5. Hæreticus procedit in sultans.

ſam immaculatã ſanctæ eccleſiæ fidẽ impiè blaſphemat.

Tertio paſſionis Chriſti memoriam ſancta mater ec-
O Vt Chriſto militaturi adunantur. cleſia ſuis hodie filiis ingerit, vt per hanc pñ ab impiis di-
ſcernantur. Nam ſicut diſperſi milites ad ſigni noti ſeu ve-
xilli eleuationem congregantur, coadunatis reparatiſq; & animis & viribus cõtra hoſtes fortiter pugnaturi, ſic & modo eleuat Dominus ſignum ſuum, id eſt, volũtariè cru-
cẽ pœnitentiæ in omni loco, vt qui hoſti cedere vifi, & per peccata errores, & diſſenſiones ſeu odia, diſperſi fuerãt, ad ſeruandam exhinc vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis, depo-
ſitis odiis, pro corona regni cœleſtis, ſpectatore Deo, fort-
iter peccato & diabolo reſiſtant. Nam ſicut iam ex Apo-
Gal. 5. Ro. 8. ſtolo dictum eſt: Qui ſunt Chriſti (id eſt, qui ſpiritum ha-
bent Chriſti) carnẽ ſuã crucifixerũt cũ vitiis & cõcupiſcẽ-
tiis. Siquis autẽ ſpiritũ Chriſti nõ habet, hic non eſt eius.

Eleuat nihilominus etiã diabolus ipſe ſigna ſua, vti-
Diaboli ſatellites vt cõgregãtur que diuinorum operum peruerſus æmulator, ad quę ni-
mirũ hi q ſunt ex parte eius concurrunt. Signa ipſius ſunt carnis voluptas, ſuperbiæ vanitas, odij ſimultas, inexple-
bilis auaritiæ cupiditas, peruerſitas hæreticæ prauitatis. Sub his & ſimilibus diabolicæ militiæ vexillis pro ſtipen-
dio mortis, vniuerſum diaboli ſatellitium, contra Chri-
ſtum ipſum & ſanctam eius eccleſiam cęca mẽte incaſſum decertat. Quotquot igitur ſignum Chriſti abiiciunt, dia-
bolicæ militię ſignum adſumunt, cũ illo vtique & cõdem-
nandi, & in ignem æternum mittẽdi, ſicut Ezechieli pro-
phetica viſione fuit à Domino reuelatum.

Quũ enim oſtẽdente Dño vidiſſet in ſpiritu abomi-
Abominationũ figura. Ezech. 9. nationes plurimas atq; grauiſſimas, quas à maiore vſq; ad
minorẽ, à viro vſq; ad mulierẽ, tã in ciuitate, q̃ in ipſo tem-
plo, in Dei cõtumeliã exercebãt, audiuit Dñm dicentẽ: Ego & ego faciã in furore meo, nõ parcet oculus meus, nec miſerebor. Et quum clamauerint ad aures meas voce ma-
gna, nõ exaudiã eos. Et clamauit in auribus meis voce ma-
gna, dicẽs: Appropinquauerũt viſitatiões vrbis. Et eccẽ ſex viri veniebãt, & vniuſcuiuſq; vas interitꝰ in manu eiꝰ. Vir quoq; vnus in medio eorũ veſtitus erat lineis, & atramen-
tariũ ſcriptoris ad renes eius. Et vocauit Dñs virũ qui in-
dutus erat lineis, & dixit ad eũ: Trãſi p mediã ciuitatẽ in medio Ieruſalẽ, & ſigna Thau ſuper frõtes virorũ gemen-
tium & dolentiũ ſuper cũctis abominationibꝰ quę fiũt in medio eiꝰ. Et illis dixit audiẽte me: Trãſite per ciuitatẽ ſe-

quentes

quentes eũ & percutite. Non parcat oculus vester, neq; mi
sereamini. Senẽ, adolescẽtulũ, & virginẽ, paruulũ & mulie
res interficite vsq; ad internecionẽ. Oẽm autẽ sup quẽ vi:
deritis Thau ne occidatis, & à sanctuario meo incipite.
Cœperũt ergo à viris senioribus qui erãt ante faciẽ tẽpli.

Ciuitas hæc vna cũ tẽplo mystice ecclesia est, quæ ni: P
mirũ ex clero cõstat & populo. Porro in vtroq; statu abo: Figuræ ap:
minatiões horrẽdę, et crimina innumera irã dei, puocãtia plicatio.
indesinẽter spectãte Deo ppetrantur. Cõtra quę oĩa in scri
pturis ipse clamat, & pctõres deterrere atq; coercere vo:
lens, venturã proculdubio pœnã denũtiat. Armabitur au:
tem creatura ad vltionẽ inimicorũ, creatura, inquã, nõ mo Sapien. 5.
do & angelica & humana, & dæmones ipsi, qui vtiq; sunt Eccli. 39.
spiritus ad vindictã creati, sed & elemẽta ipsa, & creatura
alia insensibilis, quãdo ita placet Deo, quæcunque sit illa.

Præmittitur autẽ ante vltrices potestates, voce prędi: Signo
cantis diuinę clemẽtiæ præmonitio, vt si pœnitẽtiã agẽtes Thau, quis
ipsi sese vt dignũ est diiudicauerit, vltionẽ diuinę districti: frontes si:
onis effugiant, quę per virum indutum lineis designatur, gnat.
qui frontes gementium & dolentium, signo Thau notare
iubetur, quo solo possent tuti esse à gladiis vltorum.

Vocat & nũc per prædicatores suos, nec vocare cessat Esa. 22.
deus pctõres ad fletũ & ad planctũ, ad caluitiũ & ad cingu
lum sacci, sed audiũt pauci. Vnde post præmissa mox sub:
iungit. Et ecce gaudiũ & lętitia, occidere vitulos, & iugu:
lare arietes, comedere carnes & bibere vinũ. Comedamus
& bibamus, cras enim moriemur. Quasi dicãt (vt iã dictũ
est) fruamur bonis quæ sunt, dũ voluptatibus nostris ex
plendis præsentis vitæ tempus arridet.

Qualis autẽ esse debeat præco cœlestis verbi, in hoc Qualis esse
viro ostenditur. Debet enim in primis per constantiã vir debet prędi
esse, nõ mollis ac flexilis adulator, q loquatur hoibus pla: cator.
centia, effœminatus & blandus, arundo sanè vento agita:
ta, sed vir, indeclinabiliter retinens tramitem iustitiæ &
veritatis. Debet item esse vita purus, & opinione inconta:
minatus, quasi lineis, id est, veste munda indutus. Denique
necesse est, vt diuinæ legis sit scientia prædituș, vtique scri
ba doctus, qui proferre possit de thesauro suo noua & ve
tera, & si opus fuerit resistentes conuincere. Quod vtique
in eo designatur quod vir iste atramentariũ scriptoris ha:
bebat circa renes suos.

Porro signũ Thau quod vtiq; figuram crucis habet,

euangelicã crucem, id est carnis mortificationẽ et voluntariam pro peccatis pœnitẽtiam designat. Et quia nõ sat est hanc cogitare, proponere vel promittere in futurum, sed eam necesse est opere palam exhibere, vt qui peccatis manifestis alios scãdalizauit, iã pœnitẽs et correctus, eos ędificet, rectè signum Thau non quacunq; corporis parte, aut sub veste et in occulto, sed in aperta et nuda fronte, quæ cunctis est conspicua poni iubetur.

Luc.13. Quod autem sine delectu occisi sunt qui signo Thau caruerunt, quid aliud sibi vult quàm quod in Euangelio Dominus loquitur, dicens: Dico vobis si non pœnitẽtiam habueritis, omnes similiter peribitis.

Matt.3. Quod autem signo Thau signati saluantur, illud nimirũ est, quòd eisdem verbis in Euangelio, & Ioannes primum & postea Christus prædicauit: Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.

Peccatum ideo vitandum Quarto, passionis Christi memoria proponitur, vt eius contẽplatione peccata vitemus, attendẽtes quantũ deo peccatum displicuit, qui pro illius expiatione vnigenitũ filium suum in quo sibi bene cõplacuit, tradidit ad mortẽ crucis, & intellige q̃ grauiter offendis, quem post tãtę dilectionis indicia, peccãdo cõtemnis, cuius filiũ (quantũ in te est) rursum tuis vitiis & peccatis crucifigis. Ait vir sanctꝰ.

Bernar. Ex magnitudine remedij, periculi mei æstimo quãtitatẽ. Filius dei iubetur occidi, vt precioſi sanguinis sui balsamo peccatorũ meorũ vulneribus medeatur. Formidabile est quod per Apostolũ dicitur:

Heb.10. Voluntariè peccantibus nobis post acceptã noticiã veritatis, iã nõ relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis autẽ quædã expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ cõsumptura est aduersarios. Irritã quis faciens legẽ Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamẽti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit.

HOMILIA ALTERA.

FActum est autem quum appropinquaret Ierico, cęcus quidam sedebat secus viam mendicans. Luc.18.

In hac euangelicę lectionis parte tria notãtur. Primum est, cæci mendicantis clamosa deprecatio. Secundum, est

dum, miranda cæci per Christum illuminatio. Ibi: Stans autem Iesus. Tertium est, ad illuminationem cæci digna consequutio. Ibi: Et sequebatur illum magnificans deum.

Circa primum tria sunt attendenda. Primum est, mendicantis cæci scisitatio. Secundum est, clamosa cęci deprecatio. Ibi: Et clamauit, dicens. Tertium est, cæci clamantis increpatio. Ibi: Et qui præibant increpabant eum.

Circa primum dicitur: Factum est autem quum adpropinquaret Iesus Iericо. Ciuitatem latrocinio insigniter notatam benignus & misericors dominus clementer visitare dignatus est, qui vult omnes homines saluos fieri. Voluit enim illic Zachæum publicanum (vtrq; ouem quæ perierat) pastor bonus saluum facere. A Iericо Iatronib⁹ infamis.

Adhæc, Multi latrones (inquit Hieronymus) erant in Iericо, qui egredientes & descendentes de Ierusalem interficere, & vulnerare consueuerant. Idcirco dominus venit Iericо cũ discipulis suis, vt liberet vulneratos, & multam turbam secum trahat. Et (vt dicit Theophilactus) ne incessus domini esset inutilis in via, fecit in illuminatione cæci miraculum. Documentum hoc discipulis relinquens, vt in omnibus simus proficui, & nihil sit nobis ociosum.

Cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Moraliter, cæcus iste peccatoris figuram tenet, iuxta quod scriptum est: Excæcauit eos malitia eorum. Vnde & per Esaiam dicitur: Quis cæcus nisi qui venundatus est vt faciat mala. Excæcauit sanè mentem furor & iracundia. Conturbatus est (inquit) in ira oculus meus. Excæcat auaritia. Vnde & in lege dicitur: Non accipias munera quæ excęcant prudentium oculos. Excęcat fraternum odium, sicut scriptum est: Cæci & claudi odiebant animam Dauid. Excæcat luxuria. Vnde scriptum est: Quia angeli peccauerunt in Sodomis viros libidine furentes, cæcitate. Cæcus mo raliter. Sap. 2. Esa. 44.

Cæcus iste prope Iericо sedisse scribitur. Porrò Iericо, luna interpretatur. Et quia luna nunquàm in eodem statu permanet, nunc enim plena, nunc semiplena, nunc parua, nunc magna, cernitur, nunc esse videtur, mox non esse, mundi huius vanitatem rectè significat, vbi creatura vanitati subiecta est, & nihil est permanens sub sole, præterquàm ipse defectus. Proni enim semper sunt mortales, vt à gratia dei & opere bono deficiant. Exo. 23. 2. Reg. 5. Gen. 19.

Sedet autem, nempè ab operibus bonis ociosus. Secus viam sedet, non autem in via mandatorum dei, dicente Psalmista: Non enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulauerunt.

Sed & secus viam sedens mendicabat. Mendicus qui circumiens quærit, nec tamen impletur neq; ditatur, pec-

B Peccator vt mendicus.

cator est, qui nec voluptatibus suæ carnis, nec quibusuis rebus transitoriis saturatur. Cupit quidem implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducant, id est, de immundis voluptatibus & gaudiis impuris, sed prohibente deo non potest adipisci. Non enim saturatur oculus visu,

Eccēs.1. nec auris auditu impletur.

Cæcus est interim vt nec ante se prospiciat quæ ventura sunt, nec videat post se, eorum quæ gessit recordan-

Anima cæca. do, à dextris non videt, quomodo ipsum decipit mundi prosperitas, à sinistris etiã cæcutit, vt non intelligat quemadmodum probet eum aduersitas, nõ videt supra se quid perdidit, subtus se quid promeruit, sed nec videt quid facere deceat, nec quid conueniat vitare, iuxta quod per

Sopho.1. Prophetam de peccatoribus dicitur: Ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Cadunt enim nunc in lutum immunditiæ & coinquinationis, nunc in lapides odij & obdurationis, ac tãdem in foueam desperationis.

Et quidem corporaliter cæcum esse, multò præstat q̃ esse mente cæcum. Ille enim cæcitatem suam fatetur, iste

Cæcitatem suam vt difitetur. quo cæcatior est, eò magis se videre contendit. Ille ducem quærit. Iste confidit se esse ducem cęcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium. Vnde & Dominus in Euangelio: Cæci sunt (inquit) & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum

Mat.15. Mar.3. præstet, ambo in foueam cadunt. Hinc apud Marcũ scriptum est: Circumspiciens eos Iesus cum ira contristatus est super cæcitate cordis eorum.

C Rursus: Cæcus oculis ducem non cæcum, sed videntem efflagitat, mente cæcus, ducem cæcum potius habere

Esa.30. cupit quàm videntem, iuxta quod per Esaiam dicitur: Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel. Sed & visum desiderat, qui corpore cæcus

Palpare cęcus vt recusat. est, vbi is qui mente cæcus est lumen verbi dei quo posset illuminari refugit ac contemnit. Deniq; & si corpore cæcus nihil videat, palpat tamen, iste autem nec videt parata

sibi

sibi in futuro supplicia, sed nec has palpare vult, id est, experiri per pœnas & ærumnas vitæ præsentis, cogitando videlicet & meditando si intollerabile iam esset vel vnius digiti adustionem sustinere, quomodo poterit in futuro habitare cum igne deuorãte, aut habitare cum ardoribus sempiternis. Esa.33.

Porrò cæcus iste (vt ait Grego.) rectè & iuxta viam sedere, & mendicans esse describitur. Ipsa enim veritas dixit: Ego sum via. Ergo qui æternæ lucis claritatem nescit, cæcus est, sed si iam in redemptorẽ credit, iuxta viam sedet. Si autem iam credit, sed vt æternam lucem recipiat, rogare dissimulat, atq; à precibus cessat, cæcus quidem iuxta viam sedet, sed minime mendicat. Si verò & credit & exorat, & iuxta viam sedet cæcus & mendicat. Sequitur: Ioan.14. Secus viã.

Et quum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, q̃ Iesus Nazarenus transiret.

Magna sanè turba, non tamen paribus votis, nec vno consilio, nec eadem mente dominum sequebatur. Quorũ omnium qui erant optimi, idcirco sequebantur, vt doctrinæ suæ verbo pascerentur. Quorũ vtiq; multitudo ipsius doctrinam commendabat. Sicut enim testimonium studiosi agricolæ est messis fœcũda, ita & assidui doctoris signum est ecclesia plena. Vnde per Salomonẽ dicitur: Vbi non sunt boues præsepe vacuum est, vbi autem apparent plurimæ segetes, manifesta est fortitudo bouis. Boum nomine prædicatores designantur, plurimæ segetes, multi dociles & attenti auditores sunt. D Prou.14.

Interrogabat autem cæcus quum audiret quam videre non poterat turbam prætereuntem, quid hoc esset. Interrogabat, quia scire desiderabat. Sunt enim plerique qui non interrogant, quia scire non curant. Porro boni est discipuli libenter interrogare. Dixerũt aũt ei q̃ Iesus Nazarenus transiret. Et oculati quidẽ secundũ opinionẽ loquebantur, dicentes transire Iesum Nazarenũ, cæcus aũt vera clamabat. Ergo, alia docetur, & alia prædicat, prout patet per hoc quod clamabat. Et quidẽ Iesus multis transit, iis scilicet quibus salutis tempus transit sine salute. Propter quod dicit Apostolus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Circa secundum, quod est clamosa cæci deprecatio, subditur: Cæcus videntes interrogat. Chry. 2.Cor.6.

Et clamauit dicens: Iesu fili Dauid miserere mei.

E Cæci huius clamor desiderij magnitudinem prodit. Quis hominem hũc docuit filium Dauid esse IESVM? Non perlegerat libros priuatus luminibus. Vnde ergo nouit lucem mundi, quam legisperiti non videbant? Verè dominus illuminat cæcos. Ego (inquit) in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident videant, & qui videntes cæci fiant. Nihilominus tamen in Iudaismo nutritus cæcus iste, non ignorabat quòd de progenie Dauid Deus secundum carnem nasceretur, & ideo vt Deo loquitur, dicens: Miserere mei.

Ioan. 9.

Cyril.

Quatuor hęc, spem exauditionis augẽt.

Sanè quatuor explicat oratione breui cæcus iste, quæ spem exauditionis suggerunt deprecanti. Primum est, pium nomen saluatoris, quum dicit, Iesu. quod significat saluatorem. Cuius nominis rationem cœlestis angelus, scilicet Ioseph in Euangelio reuelauit, dicens: Vocabis nomen eius IESVM. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum, frustra autem saluatoris nomen haberet, si salutem non conferret. Sed & gratuitò saluat,

Mat. 1.

Tit. 3.

dicente Apostolo: Quum autem apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

Dauid misericordia.

Secundum est exemplum Dauid regis, quum dicit: fili Dauid. Dauid enim non modo post grauia peccata misericordiam à Deo fuit cõsequutus, sed & misericors fuit etiam suis inimicis. Cuius misericordiæ vel vnum illud exemplum cæteris quàm plurimis prætermissis libet commemorare. Quum enim Saul cum tribus milibus virorũ etiam per deserta & montium præcipita inuestigaret Dauid, & ille lateret in spelunca, fortè accidit vt purgandi ventris gratia in eandem speluncam Saul ipse diuerteret. Quum'q; serui Dauid dicerent: Ecce dies de qua loquutus est dominus ad te, ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis, dixit ad eos: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo christo Domini, vt mittam manum meam in eum. Bene ergo cęcus iste misericordiam postulans, Iesum filium Dauid appellat. Quasi dicat: Quia Dauid insigni fuit misericordia, te qui eius es filius decet à paterna clementia non

1. Reg. 24.

degẽs

degenerare. Ergo Iesu fili Dauid miserere.

Tertium, quod orans explicat est connaturalis & inseparabilis Dei proprietas, quũ dicit, miserere. Deo enim propriũ est misereri semper & parcere. Misereri enim, & gratis misereri, soli Deo cõuenit & semper. Nã & si homo misereatur homini, magnã hinc cõsequitur vtilitatem, iuxta quod scriptum est: Fœneratur domino qui miseretur pauperis. Deo autem qui nullius eget, ex eo quòd misereretur nihil adcrescit.

F Deo proprium misereri. Pro. 19.

Quartum est, miseriæ suæ qualitas, quum post præmissa subiungit mei, id est, miseri, qui cæcus sedeo iuxta viam mendicans. Triplex erat huius miseria. Vna, cæcitas, altera, infirmitas, quæ innuitur, in eo quòd sedebat, quasi qui stare non posset. Reliqua, paupertas, quia mendicabat. Et hæc triplex miseria moraliter inuenitur in peccatore. Cæcus est enim mente, infirmus & mendicus, vti paulò antè ostensum est. Circa tertium, quod est cæci clamantis increpatio, subditur:

Et qui præibant increpabant eum vt taceret.

Si hæc increpatio referatur ad eos qui in illa turba Christo inuidebant, idcirco increpant cæcum vt taceat, quia acerbè audiunt quòd ipsi negabant, videlicet Iesum esse filium Dauid, id est, Messiam de Dauid stirpe venturũ. Potest etiam dici, q̃ ideo volebant vt taceret, ne de suis miserabilibus Christus à quoquam glorificaretur.

G Turba cupit cæcum increpat.

Quòd si increpationẽ hãc ad eos referas qui credebãt, ideo increpabãt quia strepitu clamoris eius quominus loquentẽ dominũ intelligerẽt impediebantur, vel quia mauluissent appellari Christũ filiũ Dei q̃ Dauid, vel quia fatua hominũ sapientia existimat iniuriam pati magnos viros, si à pauperibus honorantur. Quis enim pauper audet diuitem salutare? Superbi enim cum fastidio & indignatione pauperum audiunt salutationes.

Chry.

Sed quid mysticè isti designant qui Iesum venientem præcedunt, nisi desideriorum carnalium turbas, tumultusq; vitiorum, qui priusquàm IESVS ad cor nostrum veniat, tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, & voces cordis in oratione perturbant? Sæpe namq; dum conuerti ad Deum post perpetrata vitia volumus, dum contra hæc eadem exorare vitia quæ

Beda.

Orantem quid impedit.

quæ perpetrauimus conamur, occurrunt cordi phantasmata peccatorum quæ fecimus, mentis nostræ aciem reuerberant, confundunt animum, & vocem nostræ deprecationis premunt. Sed is quem turba increpat vt taceat, magis ac magis clamat, quia quanto grauiori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Tali cõstantia orabat qui dicebat: Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi. Sapientia sanè est non exigua, fortiter in orando persistere, quoadusq; tandem exaudiri mereamur. Sed quid increpatio hæc profecerit, aduerte. Sequitur:

Ipse vero multo magis clamabat, fili Dauid miserere mei.

H Cyril. Per inhibitiones ergo non impediebatur eius audacia. Nouit enim fides omnibus repugnare, & in omnia triumphare. Vtile enim est pro diuino cultu pudorem deponere. Nam si pecuniæ causa nonnulli impudentes sunt, nónne pro animæ salute bonã induere decet impudentiã?

Chry. Fides pressa crescit. Ambro. Sanè talis est natura fidei, vt quanto vetatur, eò accendatur amplius. Propter quod serui Dei in persequutionibus non vincuntur, & ita virtus fidei in periculis secura est, & in securitate periclitatur. Oportebat ergo tamdiu clamare, donec resistentis sibi strepitum turbæ vinceret, id est, tam perseueranter orando, pulsandoq; intendere, quoadusq; consuetudinem desideriorum carnalium, vel etiam ipsorum hominum carnalium turbam spiritualia studia impedientem fortissima intentione superaret.

Fides ab hæresi sic differt. Ipse (inquit) multo magis clamabat. Hoc ipsum ecclesiam fidelium fecisse cognoscimus, quandoquidem Iudæis simul ac gentium tyrannis inuocationem nominis Christi prohibere conantibus longè fœlicius CHRISTI fides succreuit. Quod nequaquàm inter hæreticos inuenias. Quamuis enim eorum initia ferueant, adeò vt nullus etiam possit hæresim struere, nisi qui sit ingenij ardentis, habeatq; dona naturæ, quæ ab artifice Deo sunt creata, nihil tamen horum diuturnum est & constans. Et sicut vniuersæ veterum hæreses desierunt, ita etiam certum est temporum istorum hæreses finem sortituras.

Circa secundum principale dicitur:

Stans

Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et quum adpropinquasset, interrogauit illum dicens: Quid tibi vis faciam?

Hic ponitur mirãda cæci per Christum illuminatio. Vbi tria notantur. Primum est, Benigna Iesu interrogatio. Secundum est, Desiderati visus electio, ibi: At ille dixit. Tertium est, Ad Christi imperium visus recuperatio, ibi: Et Iesus dixit illi.

Circa primum dicitur: Stãs autem Iesus, iussit illum adduci ad se, quod verisimile est per Apostolos factũ fuisse. Ipsorũ enim erat ad fidei lumen mẽte cæcos adducere. Stans, inquit, Iesus. Sistit Christum vox inuocãtis in fide. Inuocãtes enim in fide respicit. Cuius fidei merito cęcum vocat & accedere iussit, vt qui prius eum iam fide tetigerat, adpropinquaret & corpore. Nota q̃ Christus transeundo audit, stãdo sanat, quia secundũ eam naturam eius quæ in motu fuit & transitu, id est, naturam humanã, quę vtiq; mutabilitati fuit subiecta nobis compassus est, secundum eam verò naturã in qua manet stabilis, gratiam conferendo nos sanat. I Cyrill.

Stans, inquit, iussit illum adduci ad se. Quia nec ad Christum cęcus accedere, sed nec sequi poterat, stat Dominus. Ecce stat qui ante transibat. Quia quum adhuc turbas phantasmatũ in oratione patimur, Iesum aliquatenus transeuntem sentimus. Quum verò orationi vehementer insistimus, stat Iesus vt lucẽ restituat, quia Deus in corde figitur & lux amissa reparatur. Grego.

Et quum appropinquasset corpore qui mẽte prius adpropinquans fide Christum tetigerat, interrogauit illum dicens: Quid tibi vis faciam? Non interrogat quasi ignorans cui etiam sola nostra desideria sine voce patescunt. Sed interrogat vt sciant adstantes, q̃ nõ quasi ab homine cæcus hic pecuniam efflagitat, sed diuinam efficaciam, vt à Deo. Item interrogat, vt dum cæci Christum esse Dei filium cõfitentur, confundãtur videntes, qui ipsum hominẽ tantum, putant. Interrogat cæcũ Christus, vt publica non occulta sua sit petitio, ne credatur Dominus aliud illi dare q̃ peteret. Sed & ideo interrogat vt rogetur, qui & hoc à nobis vult peti, quod ipse nobis præstare disposuit. Importunè nanq; ad orationẽ nos admonet, & tamen dicit: Scit pater vester quid opus sit vobis antequã petatis eum. Cur cęcum Christ⁹ interrogat. Grego.

Ad hoc

Ad hoc ergo requirit, vt petatur. Ad hoc requirit, vt cor ad orationem excitet. Denicp ad hoc interrogat, vt creda mus nisi confitentē non posse saluari. Ad hæc, ne calum niatores veritatis Iudęi possent dicere quod de cæco nato,

Chryso. Nō est ipse, sed similis eius est, voluit vt cæcus ipse prius o: stenderet defectū naturę, & tunc tam ipse quàm illi cogno scant gratiæ maiestatem. Circa secūdum, quod est de siderati visus electio, subditur:

At ille dixit: Domine, vt videam.

Greg. K Lux maxie petenda. Ecce cæcus nō aurum à Domino, sed lucē quærit. Paruipen dit extra lucem aliquid quærere. Quia & si habere cæcus quodlibet potest, sine luce videre non potest quod habet. Itaq; huius imitatione quem & corpore audimus & mēte illuminatū, discamus nō falsas diuitias, non terrena dona, nō fugitiuos honores à Domino, sed lucē postulare. Non lucem quę loco clauditur, quę tempore finitur, quæ noctiē um interruptione variatur, quæ à nobis communiter cū pecoribus cernitur, sed lucem quæramus quam videre cū solis angelis possim⁹, quam nec initium inchoat, nec finis anguſtat. Ad quam profectò lucem fides via est. Vnde re: ctē & illuminando cæco protinus respondetur.

Sequitur enim:

Et IESVS dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit.

L Geñ. 1. Efficacia ꝙs bi Christi. De sacram. IESVS, inquit, dixit illi. Vticp eiusdem potentiæ verbo quo in rerū primordio dixit deus: Fiat lux, & facta est lux, cæcus iste amissum oculorum lumen accepit.

Respice, inquit. Verbum breue, sed viuum & efficax. Nam (vt ait Ambrosius) operatorius est sermo Dei vt sicut creat, ita & creata immutet. Fides tua te saluum fecit. In fide enim credētium verbū Dei operatur, iuxta quod per Psalmistam dicitur: Rectum est verbū Domini, & omnia opera eius in fide. Sequitur:

Et confestim vidit.

Nimirum, verbum CHRISTI verbum est verę lucis, & ideo vox eius in lucem videntis conuersa est. Considera nunc & mirare in ista cæci sanatione, medici benignitatem, quia statim. Ipsius largitatem, quum dicit: Quid tibi vis faciam? Considera sanandi facilitatem: Respice. Considera medicinæ nobilitatē: Fides tua te saluum fecit. Con

fidē

fidera ſanitatis celeritatem, quia confeſtim vidit.

Hoc redundat in crimen perfidiæ Iudæorum. Quis enim prophetarum talia dixit? Aſpice tamen quid aſſumat medicus ab eo cui collata eſt ſanitas Fides, inquit, tua te ſaluum fecit. Pro fide enim venduntur beneficia. Diffunditur enim gratia quam ſuſcipit fides. Et ſicut ab aliquo fonte hi quidem paruis vaſis modicũ aquæ hauriunt, hi verò maioribus multum, fonte non diſtinguẽte menſuras, & ſecundum feneſtras quę aperiuntur, magis vel minus ſolis ſplendor infunditur, ita ſecundum capacitatem intenſionis hauritur gratia. Chryſoſt. Iudaica pertet perfidia

Circa tertium principale dicitur:

Et ſequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Hic oſtẽditur quid ad illuminationem cæci ſit ſequutum. Non ſufficit lumen recepiſſe niſi etiam lucem (id eſt, Chriſtum ipſum) ſequatur, ne ambulet in tenebris. Ergo cæcus iſte & ante beneficium fidem oſtẽdit feruidam, & poſt beneficium beneuolentiam obſeruauit. Vnde patet eum à duplici, videlicet tam mentis quàm corporis cæcitate fuiſſe liberatum. Non enim ſequeretur magnificans Deum, niſi iam verè vidiſſet. Sed & aliis factus eſt occaſio Deum glorificandi. M

Sed quæritur hic quur CHRISTVS dæmoniacum quidem curatum ſequi volentem prohibet, cæcũ autem illuminatũ ſequentem nõ prohibet. Sed vtrunque rationabiliter fecit. Illum enim mittit præconem vt ex ſua liberatione benefactorem prædicet, dicens: Redi in domũ tuam, & narra quãta tibi fecit Deus. Erat enim excelſum miraculum videre furioſum ſanę mentis effectum. Cæcũ verò permittit ſequi, quia Ieroſolymam aſcẽdebat per crucem altum myſterium perfecturus. Vt recentem habentes miraculi mentionẽ, non exiſtimarent eum infirmitate potius q̃ miſericordia pati. Chryſoſt. Luc. 8 Cur cæcus Chriſtũ ſeq̃ permittit.

Et oĩs plebs vt vidit, dedit laudẽ Deo. Nõ ſolũ cæcus, ſed & plebs mẽte illuminata eſt, vt Chriſti cognoſceret diuinitatẽ. Dedit autẽ plebs laudẽ Deo, nõ ſolum pro impetrato munere lucis, ſed & pro merito fidei impetrantis.

Dedit

Beda. Dedit laudē Deo, quia & Iesum vidit misericorditer acpo tenter lucem restituisse roganti, & obstinatę fidei clamorē quæ iustè quæsierit, mox consequi posse cognouit. Vnde notandum, quia Dominus in carne apparens, omnia quæ verbis docuit exemplis firmauit. Qui enim nobis præce:

Mat. 5 pit: Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videāt opera vestra bona, & glorificēt patrem vestrū qui in cœlis est, & ipse in vniuersis quę cœpit facere & docere, nō suam ab hominibus, sed patris gloriam quærebat.

Grego. Videt & sequitur, quis. Moraliter. Videt & sequitur, qui bonū quod intelligit operatur. Videt & nō sequitur, qui bonum quidem intelligit, sed bene operari contemnit. Itaq; si nostrę peregrinationis cæcitatem agnoscimus, si credendo in redemptoris nostri mysterium iuxta viam sedemus, si exorādo quotidie ab auctore nostro vitæ lucē petimus, si eandem lucē iam per intellectū vidēdo illuminati post cæcitatē sumus, Iesum quē mente cernimus, opere sequamur. Aspiciamus qua graditur, & eius vestigia imitādo teneamus. Hinc eni

Ioan. 12 ipse admonet, dicēs: Qui mihi ministrat, me sequatur. Cō sideremus ergo qua graditur, vt sequi mereamur.

Dominica prima QVADRAGESIMÆ.



VCtus est Iesus in desertum à spiritu, vt tētaretur à diabolo. Matthæi. 4.

In hac sancti Euāgelij lectione tria comprehenduntur. Primum est Christi in deserto ieiunatio. Secundū est, ieiunantis in deserto per diabolū tentatio, ibi: Et accedens tentator. Tertium est, tentatoris per Christū victoriosa superatio, ibi: Qui respondens, dixit: Scriptum est.

Circa primum tria notantur. Primum est, Christi in desertum secessio. Secundū est, secessionis istius ratio, ibi:

Vt ea

Vt tentaretur. Tertium est, Christi post ieiunium esuri-
tio, ibi: Et quum ieiunasset.

Circa primũ dicit Euangelista: Tunc ductus est Iesus in desertum à spiritu, videlicet, mox quum baptizatꝰ fuisset à Ioanne in Iordane. Vbi Gregorius: A Luc. 4

Dubitari à quibusdam solet à quo spiritu sit Iesus ductus in desertum, propter hoc quod subditur: Et assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. & rursus: Adsumpsit eum in montem excelsum valde. A ꝙ spiritu ductus est IESVS.

Sed verè & absq; vlla quæstione cõueniẽter accipitur, vt à sancto spiritu in desertũ ductus credatur, vt illuc eum spiritus suus duceret, vbi hunc ad tentandũ malignus spiritus inueniret. Ideoq; cõsultè Lucas præmisit quia Iesus plenꝰ spiritu sancto regressus est ab Iordane. ac deinde intulit: Et agebatur in spiritu in desertũ. Ne quid cõtra eum valuisse spiritus putaretur ĩmundus, qui plenus spiritu sancto quò volebat gradiendo, quæq; volebat, agebat. Nam & infra vbi manifestè à diabolo adsumptus siue statuꝰ asseritur, nõ eius imbecillitas sed inimici superbia, qui volũtatem saluatoris ne cessitatẽ putat, arguitur. Nõ ergo virtute spiritus mali Iesus agitur in desertum, sed voluntate sui spiritus boni, locũ certaminis quo aduersarium sternat, de victoria certus ingreditur. Beda.

Et quidẽ Dominus Deus qui tulit hominẽ quem formauerat, & posuit eum in paradiso voluptatis vt operaretur & custodiret illum, præcepitq; ei dicens: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, & permisit eum tentari vt manifesta fierent & angelis & omnibus superuenturis seculis quæ erant in corde eius: ipse, inquam, Deus hũc secundũ hominem, quẽ de ventre virgineo formauerat, tulit siue (vt Marcus scripsit) expulit in desertum, expulit (inquam) tanquam reum, & illius primi hominis portãtem reatum, quia ipse posuit in eo iniquitates omnium nostrum, vt inciperet vapulare & exoluere ieiunando, quicquid in illo vno comedente omnes peccauerunt. Cur Iesus in desertũ agitur.

Itaq; idem spiritus cuius virtute facta fuerat ipsius in vtero virginis conceptio, qui super baptizatum apertis descendens cœlis in specie columbæ, mansit super eum, non coactum, sed spontaneum & liberum duxit, seu agebat (secundum Lucam) vel expulit (secundum Marcum) Christum Dominum in desertum.

Rom.8 Sed & iuxta Apostolum, quicũq; spiritu Dei aguntur,
1.Cor.3 hi filij Dei sunt. Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas.
Beda. Si ergo nos arbitrio proprio nostram vitam disponimus, qui fieri potuisset vt ille traheretur inuitus? Quod ergo apud Lucam dictum est ꝙ agebatur in spiritu, idem est ac si diceretur: Sponte talem elegit conuersationem. Vbi nobis pariter ordinẽ rectè conuersandi præmonstrat, vt post acceptam videlicet in baptismo remissionem peccatorum, spiritusq; sancti gratiam, arctius contra nouas antiqui hostis insidias accingi, mente seculum deserere, & (quasi manna deserti) sola æternę vitæ gaudia discamus esurire.

Quocirca quæritur, quare non semper exinde Dominus in deserto permansit, sed postmodũ elegit inter homines conuersari? Sed conueniebat CHRISTVM eam in hoc mundo vitã ducere quæ operi à se intento quadraret. Quo opere consummato ad patrem loquens ait: Pater manifestaui nomen tuum hominibus, opus cõsummaui quod dedisti mihi vt facerem. Vnde & in cruce nouissimum trahẽs spiritum, quum iam accepisset acetum, dixit Consummatum est.

B
Cur iter homines Iesus versatur.
Ioan.17

Venit autem ipse in mundum. Primo, vt veritatẽ manifestaret, prout sub Pontio Pilato perhibuit, dicẽs: In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundũ, vt testimonium perhibeam veritati. Ergo non debebat in priuato occultus degere, sed in publicum prædicãdo prodire. Vnde etiam ait ad illos qui volebant eum detinere ne discederet ab eis: Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ad hoc missus sum.

Ioan.19
Ioan.18
Luc.4.

Secundo, venit in mundum vt homines à peccato saluaret, dicente Apostolo: Christus IESVS venit in hunc mundũ peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Et alio loco ait se venisse vocare peccatores ad pœnitentiam. Et licet in vno loco consistendo posset omnes ad se suamq; attrahere prædicationẽ, maluit tamen de loco ad locum proficiscendo requirere peruentes, quomodo medicus accedit ad languidos, & perditam pastor bonus quærit ouem.

1.Tim.1
Luc.5.

Tertio, venit in mũdum vt mediator fidelis quinos Deo reconciliaret, & vt per ipsum accessum habeamus ad Deum. Vt ergo per ipsum fiduciam haberemus ad Deum, conueniebat ipsum familiariter & benignè cum hominibus

Rom.5
Fiduciæ fulcimẽtum,

bus conuersari. Alioqui minor homini fiducia relicta esset ad ipsum cõfugiendi. Hinc in Euangelio scriptum est: Factum est discumbẽte eo in domo, ecce publicani & peccatores venientes discumbebant cũ Iesu & discipulis eius. Mat.9. Vbi Hieronymus: Videant peccatores publicanos à peccatis ad meliora cõuersos locũ inuenisse pœnitentiæ. Et ob id etiam ipsi non desperent salutem.

Nihilominus tñ interdũ turbas declinãs ad loca solitaria se recipiebat. Vnde & tria legitur habuisse refugia, quoties à turbis cõprimebatur, nauim videlicet, montẽ, & desertum. Nimirũ vt futuris sui verbi prædicatoribus exemplo esset, vt non semper in publico ipsi versarẽtur. Proinde interdũ ad tempus secessit à turbis, vt fatigatũ corpus paulisper quiescendo ad laborẽ repararet. Vnde apud Marcum legitur dixisse discipulis: Venite seorsum in desertũ locũ, & requiescite pusillũ. Erant enim qui veniebãt & redibant multi, & nec spatium manducãdi habebat. Item propter orationem. Vnde apud Lucam dicitur: Exiit in montem solus orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Vbi dicit Ambrosius, quòd ad præcepta virtutis suo nos informat exemplo. Christi à turbis tria refugia. Mar.6 Luc.6

Deniq; secedebat à turbis vt ostẽderet prædicatoribꝰ humanos fauores esse vitandos. Vnde apud Matthæum legitur, q̃ videns turbas ascendit in montẽ, vt per hoc q̃ nõ in ciuitate, nõ in foro, sed in monte & solitudine sedit, erudiret nos, nihil ad ostẽtationẽ facere, & à tumultibꝰ abscedere, maxime quum de necessariis oportet disputare. Mat.5

Quòd si quis rursum quærat, quur Christus non duxerit semper vitam rigidam & austeram vt Ioannes, sed nec semper ieiunauit, sed mãducauit & bibit, etiam interdum cum publicanis & peccatoribus?

Attendat oportere eum qui cum aliis conuersatur, se se illis in his quæ licita sunt conformare. Vnde & Apostolus ait: Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerẽ saluos. CHRISTVS igitur qui propter hominum salutem dignatus est cum hominibus conuersari, vt omnes lucrifaceret, humanè & misericorditer hominibus in conuictu, in cibo & potu, atq; vestitu, condescendit. Nam sicut laudabilis est eius vita qui ab hoĩm consortio segregatus seruat abstinentiam, ita & illius vita commendatur, qui cum hominibus ædificationis gratia manducat & bibit. C Vitã populare cur duxit Christꝰ. 1. Cor.9

Nō enim vel abstinētia ipsa cibi & potus, vel eius indulgē-
Rom. 14. tia, per se pertinet ad salutē, dicente Apostolo: Nō est enim
regnum Dei esca & potꝰ, sed iustitia & pax, & gaudium in
spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet deo
& probatus est hominibus.

Proinde hæc ratio Christū à Ioānis austera cōuersatio-
ne distinguebat, quia nō Ioannes, sed Christꝰ vniuersis tā
perfectis saluandis venerat q̄ imperfectis.

Locꝰ tenta- Secundū, id est secessionis Christi in desertū ratio, de-
tori oportu- signatur vbi dictū est: Vt tentaretur à diabolo. Non ergo
nus. ductus est à spiritu neq; in vrbem, neq; in forum, sed in de-
sertum, vt illic diabolo tentandi occasionem offerret. Eos
enim vel maxime adgreditur, quos segregatos ab aliis, so-
los viderit.

Hoc modo Euam quoq; solā inuentā tentatione ador-
Eccl. 4. sus, facile superauit. Vnde per Sapientem dicitur: Væ soli,
quia quum ceciderit nō habet subleuantem se. Et infra: Si
quispiam præualuerit contra vnū, duo resistēt ei. Vnde nō
æquè audet adoriri coniunctos, vt solitarios & vnicos.
Volens igitur Christꝰ ad certamen prouocare diabolū, de-
sertum ingressus est, non verbo prouocans inimicū, sed lo-
ci oportunitate inuitans.

D Sanè plures ob caussas permisit se Dominus à diabo-
Tētari chri- lo tentari. Primo videlicet, propter nostrā instructionem,
stus cur vo- vt sciremus etiam nobis tentationē imminere, à qua nul-
luit. lus vnquam quantumlibet sanctus & magnus extitit im-
munis. Imò quo quisque melior & cōmendatior est apud
Deum, eo magis hūc inuidia diaboli tentationibus vrget
ad ruinam. Vnde nec sanctum Iob ad certamen expetiit,
nisi postquam hunc eximiè commendari à Domino, inui-
dia tabescens, audiuit.

Hilarius. Itaque in sanctificatis maxime diaboli tentamenta
grassantur, quia victoria magis est ei exoptāda de sanctis.
Eccl. 2. Hinc nos commonefacit qui ait: Fili accedens ad seruitu-
tem Dei, sta in iustitia & timore, & prępara animam tuam
Cōtra faus. ad tentationem. Vnde Augustinus: Nullus, inquit, est ho-
mo tanta iustitia præditus, cui non sit tentatio necessaria,
vel proficiendi gratia, vel probandi.

Tentari Vtilis sanè est homini tentatio, quum propter multa,
expedit. Tum vt tentatio virtutem exerceat, quę non nisi cū oppo-
sito sibi decertat vitio. Quo exercitio virtus ipsa & stabi-
litur & augescit.

Tum

Tum vt tentatio virtutes custodiat ne amittãtur, quẽ admodum aliquis persentiens furẽ sollicitius excubat ne thesaurum perdat.

Tum vt per tentationem, imperfectionem fragilitatemq; suam homo cognoscens vitet superbiam.

Tum vt tentatio ipsa si quas in homine inueniat peccatorum sordes, has sui acredine abradat & cõsumat. Vnde per Sapientẽ dicitur: Vasa figuli probat fornax, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Vnde & per angelũ ad Tobiam dicitur: Quia acceptus eras Deo, necesse erat vt tentatio probaret te. Tum denique vt per tolerãtiam tentationũ peruenire mereatur homo ad vitã æternã. Vnde in Actibus dicũt Apostoli: Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Ecc. 27. Tob. 12. Act. 14

Consolatio tentatis.

Secũdo voluit Christus tentari, propter eorũ qui tentantur consolationẽ, vt s. tentatis consolationẽ daret. Fuit quidẽ tentatus statim post baptismũ, vbi audiente Ioanne à patre fuerat filius dilectus appellatus, vbi cœlis apertis spiritussanctus in colũbæ specie super ipsum mansurus descenderat, & postquã quadraginta dieb⁹ & totidẽ noctib⁹ ieiunauerat in deserto, vt intelligamus eum qui tentatur nõ minus propter hoc Dei filiatione esse dignũ, nec suam pœnitẽtiam aut ieiunia minus esse Deo accepta. Quinpotius (sicut iam dictũ est) tũc magis ad certamen tentationũ à diabolo fidelis quisq; impetitur, quando iam à peccatis ablutus est, quando hũc Deus gratia adoptionis filiorũ est dignatus, quãdo iam spiritussancti templum fieri cœperit, quando iam cœlo dignus mundúsque per abstinentiam factus est.

Tertio tentari voluit propter diaboli cõfusionem, vt ille dolo & malitia plenus, superatus à Christo, inuidia tabescens, cõfusus abiret. Denique vt diabolicarũ ipse victor tentationũ, etiam nobis victoriæ spem augeret. Vnde & dicit: Confidite, ego vici mundum, quasi dicat, & vos me opitulante vincetis. Ingruente prælio solent bellatores nõnihil timere, at vbi ducem vident fortiter dimicantem, hostemq; cædentẽ, animantur & ipsi. Et qui hosti prius cedere videbãtur, reparatis & animis & viribus, ducis exemplo fortissime resistunt. Ioan. 16

Dicit Origenes CHRISTVM & alias tentationes in deserto à Sathana sustinuisse, vti & Marcus & Lucas innuere videntur. Marcus enim ait: Et erat in deserto Mar. 1.

quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à Sathana, eratq; cum bestiis. Lucas autem sic: Et agebatur in deserto in spiritu, quadraginta diebus, & tentabatur à diabolo. Ait igitur Origenes: Tentatur autē IESVS à diabolo quadraginta diebus, sed quę fuerunt tentamenta nescimus. Quæ ideo forsitan prætermissa sunt, quia maiora erant q̄ vt literis crederentur.

Luc. 4.

E Tētatio nū sit quērēda.

Sed eorum occasione quæ dicta sunt quæritur: Num exemplo Domini tentationi se exponentis, & ipsi nos debeamus tentationi exponere, præsertim quum orantes dicamus: Et ne nos inducas in tentationē, & tentationū occasiones vitare debeam⁹, sicut per sapientē dicitur: Quasi à facie colubri fuge peccatum.

Mat. 6. Eccl. 21

Tētationis occasio duplex.

Sed duplex est tentationis occasio. Vna ex parte hominis, quando videlicet sese quispiam peccato propinquum facit, occasiones peccandi non euitans. Talis peccandi occasio vitanda est. Vnde Apostolus: Fugite, inquit, fornicationem. Qui cauet laqueos securus erit. Laquei sunt, societas, locus, tempus, & similia quæ præbere solent occasionē ruinæ. Vnde & per angelos ad Loth è Sodoma peritura abire missum, dicitur: Ne steteris in omni circa regione.

1. Cor. 6 Geñ. 19

Alia est tentationis occasio, quæ non ex parte hominis, sed ex parte diaboli est, qui semper inuidet ad meliora tendentibus. De qua per Apostolum dicitur: Omnes qui piè volunt viuere in CHRISTO IESV, persecutionem patientur. Et talis occasio tentationis non est vitanda. Nam vt alio loco idem Apostolus dicit: Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouētum, id est, in vestram hanc gloriam & vtilitatem vertet. Vnde per beatum Iacobum dicitur: Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitę quam repromisit Deus diligentibus se.

2. Tim. 3 1. Cor. 10 Iaco. 1.

F Grego. Tentatiōis modi.

Sciendum est autem (vt dicit Gregorius) quia tribus modis tētatio agitur, videlicet, suggestione, delectatione, consensu. Et nos quidem quum tentamur plerūq; in delectatione aut etiam in consensu labimur, quia ex carne peccati propagati, etiam in nobisipsis gerimus vnde certamina toleramus. Deus verò qui in vtero virginis incarnat⁹, in mundū sine peccato venerat, nihil cōtradictionis in semetipso tolerabat.

Tenta

Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio non momordit, atq; ideo omnis illa diabolica tentatio, foris non intus fuit. Potuit ergo per suggestionem tentari, non quidem intrinsecam, quæ à carne est (caro enim eius concupiscentiæ stimulos nescie-bat) sed per suggestionem tentari potuit extrinsecam, quę vel à mundo est, vel à diabolo. Per delectationem verò aut consensum, mens illius nullo modo potuit inquinari. Porrò sola extrinseca suggestio culpa non est, sed meriti potius atq; exercendæ virtutis occasio. Delectatio autem sine deliberatione, & si culpa est, venialis est. Consensus verò siue in delectationē, siue in opus, criminale peccatum est.

Itaq; hostis noster mentem mediatoris Dei & hominum tentatione quassare non valuit. Sic enim dignatus est tentationes exterius suscipere, vt tamen mens eius interius diuinitati inhærens inconcussa permaneret. Gre. 3. mor.

Circa tertium, quod est post ieiunium Christi esuritio, subditur:

Et quum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.

Ieiunauit Christus, non quasi carnis desideria ieiunio domiturus, quum in sua sacrosancta carne nulla prorsus esset huiuscemodi contradictio (vt iam dictum est) sed nec ieiunauit, vt per ieiunium mente facilius in Deum ascenderet, quę perfectè iam erat Deo vnita, neq; etiam ieiunauit vt animi virtutes, vel ieiunando acquireret, vel habitas confirmaret, quas ob causas nos conuenit ieiunare, sed nec propter se CHRISTVS sed propter nos ieiunauit, propter quos tandem crucifigi dignatus est & mori. Vbi Chryso. G Quur Christus ieiunauit.

Vt discas quàm magnum bonum est ieiunium, & qualiter statutum est aduersum diabolum, & quoniam post baptismum non lasciuiæ, sed ieiunio oportet intendere. Dominus ipse post baptismum ieiunauit, non eo indigens, sed nos instruens. Ieiunauit autem cum diabolo certaturus, docens, quia ei qui se vult ad tentationum pugnas accingere, sobrietas est necessaria. Chry. Basi.

Ieiunare autem voluit numero dierum quadraginta,

Quur quadragita dies ieiunauit.

ne minor videretur Moyse & Helia, qui totidem diebus ieiunauerunt, neq; hunc dierum numerum transgredi voluit, ne diabolus ipsum supra hominem aliquid habere existimaret, quem cerneret eximios prophetarum in ieiunij quantitate superare. Sed & vltra hunc dierum numerum diutius ieiunando illum affligi nimiæ fuisset

Deu. 25. seueritatis. Dicit enim sacra lex cui per omnia Deus homo factus obedire dignatus est. Si nautem iudices eum qui peccauit dignum viderint plagis, prosternent, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarũ modus, ita dumtaxat vt quadragenarium numerum non excedat, ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Sanè vnus idemq; Christus, & iudex erat & quasi reus, & coram iudicante diuinitate sibimet infita vera humanitas eius prostrata ieiuniorum plagis verberabatur, non quia peccauerat, sed quia peccata gulæ nostræ super se susceperat. Vlterius ergo non debebat ieiunium eius extendi, quia (sicut iam dictũ est) sacra iubebat lex vt plagarum modus quadragenarium numerũ non excederet.

Beda. Ieiunij quadragesimalis auctoritas.

Porrò ieiunium quadragesimæ auctoritatem habet, & ex testamento veteri, in ieiunio Moysi & Heliæ, & ex Euangelio, quia (vt iam dictum est) totidem diebus Dominus ieiunauit, demonstrans Euangelium non dissentire à lege & Prophetis. In persona quippe Moysi lex, in persona Heliæ, Prophetæ accipiuntur. Inter quos in monte gloriosus apparuit, vt euidentius emineret quod de illo dicit Apostolus: Testimoniũ habẽs à lege & prophetis.

Cur in vere ieiuniũ.

In qua autem parte anni congruentius obseruatio quadragesimæ constitueretur, nisi in ea quæ confinis atq; contigua est dominicæ passioni, quin & in ea significatur hæc vita laboriosa, cui opus est continentia, vt à mundi amicitia ieiunetur. Proinde hac parte anni quadragesimę ieiunium obseruari præcipitur, vt per hoc carnalis concupiscentiæ motus, qui maximè hoc tẽpore tam in hominibus q̃ in cæteris animantibus inualescunt, reprimantur. Quo nihilominus anni tempore Christus propter nos & ieiunare & mori dignatus est, suo nobis exemplo ieiunium hoc commendans. Quod vtiq; eo libentius nos decet amplecti, quo certius constat, non propter se, sed propter nos, ipsum ieiunasse. Qualis ergo Christianus est, qui id contemnit, quod ei tradidit ipse Christus?

H Conuenienter etiam in quadragenario dierum mero

mero est institutum, vt qui decalogi præcepta quadruplici- Quadrage
citer, id est, consensu, loquutione, opere, & omissione, simę ratio.
transgredimur, præuaricationis nostræ culpas quadrage-
nario ieiunio expiemus. Quin etiam hoc dierum nume-
ro ieiunando, totius anni quodam modo decimam præ-
stamus, quæ nimirum triginta & sex dies habere dinoscis
tur. Cui non sine certi ratione mysterii dies quatuor (vt
quadragenarius numerus compleatur) superadditi sunt.

Siquidem in figura nostri, qui per ieiuniũ ad pro- Quadrage
missam in cœlis tendere debemus hæreditatem, quõdam simæ præfi-
filij Israel quadraginta annis in deserto, panem angelorũ gurata.
consequuti sunt. Sed & quadraginta diebus aquas abyssi
effusas esse legimus, & tot dierum ieiunio sanctificato, Ambro.
refusam cœli serenioris fuisse clemẽtiam. Totidem etiam
ieiunio dierum Moyses præceptionem legis emeruit. De-
nique Helias persequutionem fugiens Iesabelis, per desertũ
ambulans, vt videre Deum mereretur in Oreb, quadra-
ginta diebus ieiunauit. De his, & vtilitate ieiunij, plura in
quadragesimali feria quarta Cinerũ. Cæterum post præ-
missa manifestat Euangelista humanam in Christo fragi
litatem, quum subiungit, dicens: Posteà esuriit.

Esuriit sanè propter duo. Primò, vt se verum esse ho- I
minem comprobaret. Nam sicut ieiunio quadraginta Cur Chri-
dierum non esurire, non hominis erat, sed Dei, ita aliquã- stus esuriit,
do esurire, non Dei, sed hominis erat. Ergo prouisò factũ
est, quòd in ieiunando Moysi & Heliæ numerum non ex- Chry.
cessit, ne putaretur (quod Manichæi putauerunt) appareng
ter venisse, non autem recepisse carnem veram, aut omni-
no præter humanam eum fuisse naturam.

Posteà (inquit) esuriit. Nihil enim (vt dicit Lucas) mã-
ducauit in illis diebus. Sed attende quòd Christus (qui Basi.
vtiq; præest naturæ) non coactus necessitate passionẽ fa-
mis adsumpsit, sed sponte, quemadmodum & cæteras no-
strę naturæ passibilitates.

Secundo, esuriit, vt ad tentationis duellũ famis infir-
mitate diabolum prouocaret. Desperauerat enim tentare
eum, videns q; sine vlla fame eatenus ieiunasset, sentiens
verò esuriem (vbi enim fames ibi imbecillitas) sumpta au
dacia adgressus est saluatorem. Quòd itaq; consummatis
ieiunij diebus dominus esuriit, quum de Moyse vel Helia Beda.
ieiunantibus nihil tale sit scriptum, ideo factum est, ne ab
eo tentando pauens hostis aufugeret, quem tot signis cœ-

festibus præconatum, tum etiam viris excellentissimis in abstinendo videret æquatum.

Bas. Porrò Dominus famis passionem adsumendo, indicat eam non esse peccatum, concessit enim humanæ suæ naturæ quum voluit quæ sua sunt & agere & pati. Cæterum, licet Dominus quadraginta diebus nihil gustando ieiunarit (Deus enim erat) nos tamen non nisi ieiunio nostræ possibilitati proportionato conuenit ieiunare. Nõ enim sic vtendum est carne, vt per egestatem alimenti vigor eius soluatur. Neq; vt ad vltima tum torporem intellectus vrgeatur per dissolutionis corporalis excessum. Vnde dominus noster semel hoc peregit, sed per totum consequens tempus, ordine debito corpus suum gubernauit, & similiter Moyses & Helias.

Legimus sanè in euangelio dominum esuriisse in via, & ad arborem fici requirẽdorum fructuum gratia diuertentem nil in ea nisi folia reperisse. Audimus & nunc eũ esuriisse, & lapides ei fuisse oblatos. Deniq; extremum in cruce spiritum trahenti, quum iam se sitire clamasset acetum cum felle mixtum ori eius fuisse oblatum.

Esurit sanè & nunc dominus sititq; auersorum conuersionem & salutẽ, quum in plerisq; verba sola sine operibus & pietatis ac iustitiæ fucum quasi sola sine fructibus folia deprehendat. Alij peccatis, odio, inuidia, adulteriis, vsuris, & aliis vitiis indurati, obdurata corda sua quasi quosdam Christo lapides offerunt.

Nonnulli verò nec faciunt quę deo placent, nec alios (si facultas datur) benè facere permittunt, quin potius dei seruos odiunt, derident, contumeliis lacerant, & indefesse persequuntur, quod vtiq; nunc strennuè prosequuntur hæretici. Hi CHRISTO saluatori omnium salutem sitienti quodammodo acetum prǒpinant, qui tandem bibent de vino iræ dei, quod mixtum est in calice eius. Quorum panis, id est, voluptas & gaudium, quo nunc (quasi pane) pascuntur in peccatis, in vtero eorum vertetur in fel aspidum. Quin & vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.

Deu. 32.

Homi-

Homilia

ALTERA.

ET accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Mat. 4.

In hac Euangelicę lectionis parte, duo sunt consideranda. Vnum est, Christi per diabolum trina tentatio. Alterum est, tentatoris per Christum victoriosa superatio. Ibi: Tunc dicit ei IESVS: Vade sathana.

Circa primum, id est, trinam domini per diabolum tentationem. Primò, ostēdit sacra lectio quemadmodum diabolus Christum tentando, esurienti post ieiuniū, suggessit gulam. Secundo, quemadmodum suadere ausus est domino gloriam inanem. Ibi: Tunc adsumpsit eum. Tertio, qualiter cum indigno sacrilegio, sollicitare præsumpsit Christum ad auaritiam. Ibi: Iterum adsumpsit eū.

Circa primum considerandū est, quid ad tentandum Christum, diabolum induxerit. Est autem tentare, experimentum de re dubia vel ignota sumere. Dubia autem erat diabolo diuinitas Christi, imò & ignota. Intendebat ergo tentando dominum experiri, deus ipse esset, nec ne. Itaq; dubitatio sua diabolum vt CHRISTVM tentaret, induxit. L. Cur diabolus Christū tentauit.

Sanè dubitationis caussam habebat multam. Audierat enim angelum Christum natum pastoribus nuntiantem, audierat & angelorum multitudinem Christo nato iubilantem, Ioannem digito & verbo Christo testimonium perhibentem, patrem etiam in Christi baptismo testificantem, viderat spiritum sanctum in columbæ specie super eum descendentem, & nunc quadraginta diebus & totidem noctibus ieiunantem. Luc. 2. Ioan. 1. Luc. 3.

Hæc (inquam) omnia attendens, suspicari cœpit esse deum,

Diaboli dubitatio.

deum, præcognitum enim habebat aliquando venturum. Sed quum post ieiunium esurientem, pati famem percipe-ret, ratus tam indigna deum nequaquàm velle sustinere, & multominus velle esse partum fœminæ, vel fœminea sugere vbera, aut inuolui fasciis, aut vagire in cunis, ad superbiæ propriæ mensuram etiam deum ipsum metitus, propria cæcante superbia, cœpit dubitare. Vnde Beda: Quum hunc posse mortalia humanitatis perpeti videret, omne quod de eius diuinitate suspicatus est ei fastu suæ superbiç in dubiũ venit. Nihil quippe nisi superbũ sapiẽs, dum hunc esse humilem conspicit, deum esse dubitauit.

Luc. 4.

Nec iis obstat quod Lucas scribit, dicens: Exibant autem dæmonia à multis clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei, & increpãs non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Nam & hoc longè post hanc tentationem factum est, & Christus ipse dæmonibus quantum voluit, & non amplius, innotuit. Non tamen per id quod est vita æterna, sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta, ex quibus coniecturam quidem habebant esse filiũ Dei, secundum quam quod ex Luca citatum est, clamabant.

1. Cor. 2.

Et quum dicitur q̃ sciebant ipsum esse Christũ, scientia pro opinione seu coniectura posita est, testãte Apostolo, qui ait: Si enim cognouissent, nunq̃ dominũ gloriç crucifixissent. Sed quoniã in eo post indicia maiestatis, infirmitatis humanæ manifesta signa videbant, non pro certo cognouerunt esse deum.

M Hilarius.

Itaq; (vt dictum est) tentare Christum diabolus nequaquàm ausus fuisset, nisi in eo per esuritionis infirmitatem, quæ sunt hominis, recognosceret.

Vt Christũ diabol⁹ obseruauit.

Accedẽs (inquit) tentator. Audita enim voce patris dicẽtis: Hic est filius meus dilectus, sequutus fuisse creditur Christũ, & obseruasse eũ in deserto diebus quadraginta, & explorasse quæ ageret, & videns tandem eum esurire (vt dictum est) ad tentãdum eum accessit, qui (diuina vtiq; virtute prohibitus) antè nunquàm tentandi gratia, ad ipsum creditur accessisse.

Tẽtator q̃s fuerit.

Porrò tentator iste (vt etiã dicit glos.) fuisse creditur tenebrarũ princeps, & caput omniũ iniquorũ, tã hominũ videlicet q̃ dęmonũ, angelus quondã supremus, idem ipse qui primũ superauerat hominẽ inuadiso, vt innuit etiã Augusti. Quod & ipse dominus astruere videtur in Euangelio, vbi dicit: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Ioan. 14.

Appa-

Apparuit autem in forma hominis, vt quasi humana familiaritate facilius Christum deciperet. Omnia enim quæ hic de Christi tentatione dicuntur, tantum corporeis sensibus, non autem quacunque mētis vel immutatione vel concussione, completa sunt.

Notandum est autem quod omnis tentatio est de aliquo bono, vel vero scilicet, vel apparenti. Quod quidem bonum, aut est corporis, de quo est concupiscentia carnis, aut est bonum animæ, de quo est inanis gloria, siue superbia vitæ, aut est bonum quod dicimus, fortunæ, de quo nimirum est auaritia siue concupiscentia oculorum. De his tribus ergo diabolus Christum (hominem vtique cœlestem) frustra tētauit, de quibus & primum hominē (vtiq; de terra terrenū) tentatū superauit & vicit. Vnde Gregor. Vnde tentamur.

Antiquus hostis contra primum hominem parētem nostrum in tribus se tentationibus erexit, quia videlicet hunc, gula, vana gloria, & auaritia tentauit, & tentando superauit, quia sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe tentauit quum cibum ligni vetiti ostendit, atq; ad comedendum persuasit. Ex vana autem gloria tentauit, quum diceb at: Eritis sicut dñ. Ex prouectu auaritię tentauit, quum diceret: Scientes bonum & malum. Auaritia enim non solum pecuniæ est, sed etiam altitudinis. Recte enim auaritia dicitur, quum supra modum sublimitas ambitur. Sed quibus modis primum hominem strauit, eisdem modis secundo homini tentato succubuit. Tribus modis cur christū tentat.

Primum itaque per gulam tentat quum dicit: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Ecce vt filium Dei sub dubio vocat, experiri cupiens num vox illa vera fuisset, quam è cœlo super ipsum audierat dicentem: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Hoc, inquam, per conuersionem lapidum in panem, volebat experiri. Luc. 3.

Sed qd sibi vult talis sermonis exorsus: Si filius Dei es, nisi quia filium Dei cognouerat esse venturum, sed venisse per hanc infirmitatem corporis non putabat. Aliud explorantis, aliud tentantis, & ideo profitetur se illud credere, & homini conatur illudere. Dic, inquit, vt lapides isti panes fiant, quasi dicat: Ecce diu ieiunasti, & cibo tibi opus est. Et quia in hoc deserto panes haberi non possunt, si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Si enim dicis, factum erit. N Ambro.

Diuini

Origen. Vt lapis panis fiat.

Diuini operis aduersarium pernosce. Rogato namq; patre à filio panem, nec pro pane lapidem dante, iste quasi aduersarius versipellis & fallax, vice versa, pro pane dat lapidem. Sed & vsque hodie lapidem diabolus ostendit, & hortatur plerosque, vt pro pane lapidem habeant. Si enim videris hæreticos dogmatum suorum mendacia, pro pane comedere, scito sermonẽ eorum lapidem esse quem monstrat diabolus.

Ergo tentator hic Christum non de cibis delicatis quasi deliciis assuetum & carnalem, sed de necessario pane, quasi virum bonum & sobrium, qui tamen purus homo esset non Deus, tentauit. Verum vbi Christum intendit fallere, fefellit semetipsum. Vnde Hieronymus: Duobus contrariis teneris diabole. Si enim ad imperium eius possunt lapides panes fieri, ergo frustra eum qui tantæ est potentiæ tentas: quòd si facere non valet, frustra Dei filium esse suspicaris.

Chrys. Diabolus vt cæcus.

Proinde versutus hostis qui omnes homines excæcare conatur, in hac tentatione & ipse à Christo (qui Dei sapientia est) fuit excæcatus. Nam si persensit Christum post quadraginta dierum ieiunium esurire, quur nõ intelexit eum per illos quadraginta dies non esuriisse. Indecens enim discere debebat verum esse Deum, quem ex fame verum hominem esse cognouerat.

Sed dicat aliquis: Non magni periculi fuisse videtur illa tentatio, quæ vix ad vllam culpam inducere videbatur. Nam famelicum necessario pane vesci, non modo nõ illicitum, imò homini constat esse præceptum, dicente Domino ad hominem quem recens iam creauerat: De omni ligno quod est in paradiso comede. Et est primum præceptum homini à Deo datum. Et tamen secundum expositionem patrum tentatio hæc ad peccatum gulæ est referenda.

Gen. 2.

In esca vili esse gulam posse. Gen. 25.

Respondetur: Non solum in affluẽtia ciborum & voluptate gulæ peccatum committi, sed etiam si quis non iusto ordine & nimia cum auiditate, satisfacit suæ necessitati. Nam & Esau gulæ vitio, non quidem carnes, sed coctam lenticulam, auidè nimis affectando, primogenita patriter & paternam benedictionem amisit. Quum ergo diabolus Christum cerneret esurire, eo hunc intendebat impellere, vt concupiscentia carnis quę cibum appetebat, peruersio

peruerso ordine spiritui carnem anteferret, & vt caro dominatrix spiritui imperaret. Caro enim concupiscit aduersus spiritum. Vnde recte monet sapiens: Fili post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præstas animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Gal. 5. Eccli. 18.

Molitur itaque diabolus efficere, ne dux & rector sit in homine spiritus, sed potius ipsa præeat concupiscentia carnis, quod vbi obtinuerit, de homine superato triumphat, etiam & si illud sub prætextu necessitatis efficiat.

Moraliter de lapidibus panes faciunt molles prædicatores, palpones dicendi potius quàm predicatores, qui terribiles DEI in scripturis increpationes, & grauissimas ipsius comminationes, loquentes hominibus placentia, fallaciter mitigant, semetipsos miseri, & alios secum in perditionem præcipitantes. Sed & quoties suggerit cuiquam diabolus austerioris vitæ institutum relaxare, sub prætextu valetudinis plusquam equum est carni indulgere, vel inchoata ieiunia intermittere, perinde est ac si dicat: Dic vt lapides isti panes fiant, id est, dura tibi mollifica, & intensa relaxa. Prædicatores assentatores.

Cæterum aduerte quòd astutus hostis de tribus (vt dictum est) CHRISTVM tentaturus, ab illo vitio cœpit quod homini connaturale, & ob hoc minoris culpæ & facilioris excusationis esse videtur, vt quasi gradatim artificio tentationis ad grauiora conscenderet, quod vtique ipsum intendisse rei probauit exitus.

Nouerat nihilominus qualem & quantam pernicie-
em generi humano per gulæ delictum superinduxisset. Siquidem ipsa gula à principio cæterorum omnium quasi ianua extitit ingressusq; malorum.

Sed & nunc quis dinumerare sufficiat, quæ & quàm grauia ex enormitate gulæ, quasi ex quadam radice pestifera, criminum germina pullulent? Vnde Rupertus. Gula pernicioſa.

Sane pestis hæc, permaxima est vexatio generis humani, ex qua suboriuntur plurima fæua atque mortifera vitia carnis.

Et hęc iniqtas accidit ex radice pcti quo primꝰ homo vetitū lignū momordit, Quod vtiq; nostrū hoc vitiū Dei filius

filius homo factus in semetipso puniuit, & emendauit. Primum, per hoc quòd quadraginta diebus & totidem noctibus ieiunauit, deinde per hoc quòd quum esurires comedere renuit ad suggestionem tentatoris.

Miraculum diaboli primus petit.

PEatenus sanè nullum Christus miraculum fecerat. Præcognitum autem habebat diabolus, Dei filium quum foret homo factus, miracula multa facturũ. Vnde & hûc iam primum aggressus, mox ad miraculum faciẽdum ex ipsius inedia occasione sumpta solicitat, primusq; omniũ à Christo miracula postulauit. Verum ille lapides in panes conuertendo ad petitionem diaboli miraculum facere noluit. Siquidem opera suę diuinitatis facienda nequaquam erant ad suggestionem diaboli, sed secundum diuinitatis propositum facienda erant pro vtilitate credentium, & ad gloriam Dei. Sed nec supplicat diabolus Christo, sed tentat.

Primũ christi miraculũ ptetẽte matre.

Porrò signorum suorum initium dominus anno reuoluto ad petitionem suæ piæ matris erat facturus, ac si ipsius dilectioni suorũ mirabilium primicias dedicaret. Nam esto quòd lapides cõuertisset in panes, nequaquam tamen propter hoc in eum diabolus credidisset, gloriatus autem fuisset quòd ad suam instãtiam primum suum miraculum Dominus edidisset.

Nec Dominus ipse gloriam suam manifestasset, si ad instinctum diaboli lapides facti fuissent panes, sicut postmodum in eo gloriam suam manifestauit, quòd ad eius nutum aqua in vinum versa est. Nam vbi hoc fecit initiũ signorum, & sic manifestauit gloriã suam, nõ inanis fuit gloria, sed gloria cum fructu, quem fructum protinus euangelista quasi præsentat, dicens: Et crediderũt in eum discipuli eius. Sed (vt dictum est) nõ crederet in eum tentator insidiosus, aduersarius antiquus, si in panes lapides cõuertisset.

Ioan. 2.

Diaboli cõmertiũ euitandum.

Quòd si dicas: Nobis ad fidem vel ad cognoscẽdam Dei gloriam profuisset, qui legeremus, si ita factũ fuisset. Imò hoc magis nobis ad Dei gloriam prodest, quod legimus quia testimoniũ suæ diuinitatis dei filius diabolo cõmunicare dedignatus est. Sed nec vllo modo cõueniebat vt vel diabolus ipse hinc gloriaretur, quòd nõ nisi per ipsum Christus signa facere cœpisset, vel ipsi Pharisæi posset modum omnia ipsius signa hinc calumniarentur, mentiturique quòd auctore diabolo omnia sua opera faceret, aut

spiciis miracula facere primum cœpisset.

Hactenus audiuimus diabolum Christo insidiantẽ, audiamus iam Christum insidiatoris laqueos vitantẽ Audiuimus diaboli astutiã Christũ dñm impudẽti arrogãtia tentantis, attendamus nunc Christum (vtique Dei sapientiam) tentantis dolum confutantem. Sequitur.

Qui respondens dixit: Scriptum est, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Non in solo pane, inquit, viuit homo. Terrenis cibis terrenũ alitur corpus, anima vero rationalis diuino verbo ad bonam habitudinem spiritus vigoratur. Non enim naturam incorpoream (id est animã rationalẽ) corpus (id est, cibus corporeus) alit. Sed nec virtus alitur pane, nec per carnes bene se habet anima & pinguescit. Aliis epulis vita sublimis educatur & crescit. Et vtique Dei verbum animæ fidelis cibus & vita est. Fides enim qua viuit quisquis Deo viuit, ex Dei verbo est. Q. Cyrill. Aliæ cibus.

Ergo cui Dei verbũ deest, huic etiam & fidem deesse necesse est & vitam. Vnde & Dñs ipse in Euangelio infideles mortuos appellat, dicens discipulo: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Vnde sicut humanum corpus sine terreno cibo non viuit, ita & anima sine Dei verbo viuere Deo non potest. Matt. 8.

Est autem quod in hac tentatione dominica considerare debeamus. Quia tentatus à diabolo Dominus, sacri eloquij præcepta respondit, & qui eo verbo quod ipse erat, tentatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suæ potentiæ non ostendit, sola diuinæ scripturæ precepta edidit, quatenus suæ patientię nobis præberet exemplum, vt quoties à prauis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam potius excitemur quàm ad vindictam. Pensate quanta est patientia Dei, quanta impatientia nostra. Nos si iniuriis aut aliqua læsiõe prouocamur furore permoti, aut quantum possumus nosmetipsos vlciscimur, aut quod non possumus facere minamur. Ecce aduersitatem diaboli Dominus pertulit, & nihil ei nisi mansuetudinis verba respõdit, portat quem punire poterat, vt hoc in laudem eius altius crescret, si hostem suum non extinguendo, sed interim patiendo superaret. Gregor: Modus quo tentatori resistas.

Scriptum est, inquit, videlicet in lege Domini: Non

Deut. 8. Ambros. in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Vides quo genere vtatur armorũ, quo hominem à spiritualis nequitiæ incursione defendat aduersum incitamenta gulæ. Non enim quasi Deus vtitur potestate, quid enim hoc mihi profuisset? Sed quasi homo cõmune sibi accipit auxilium, vt pabulo diuinę lectionis intentus, famem corporis negligat, alimentum verbi cælestis acquirat. Non enim potest qui verbum sequitur totus circa panem versari terrenum. Nam humanis diuina præstare non dubium est. Dum ergo Dei verbo diaboli tenta mẽta Christus confutat, ostendit vtiq; eadẽ armatura per nos illi fore resistẽdum. Vnde & Apostolus quũ præmisisset: Induite vos armaturam Dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli, tandem subiunxit: Et gladium spiritus (subauditur accipite) quod est verbum Dei.

Ephes. 6.

Diabolus q̃ gladio læditur.

Hoc enim gladio diabolus læditur, quum per illum à corde peccatoris, quasi vel serpens ex antro, vel quasi à specunca sua latro, vel quasi tyrannus ab aula, non quidem sua, sed quam fraude occuparat, vel quasi à Dei templo idolum, vel quasi spurcus adulter thalamo alieno exigitur & fugatur.

R

Tum insuper vel maximè verbi gladio diabolus læditur, quum per illud (non secus ac per gladium) errorum & hæresum laquei (quos insipientium pedibus terendit) deprehensi dissipantur, quo etiam verbi gladio delictorũ retia, & arma scandalorum (quibus innumeros conficit) franguntur & tolluntur è medio.

De hoc plura, dominica vigesimaprima post Pentecostẽ, homilia secunda super epistolam.

Cæterum ex huiusmodi Christi responso, vtique ex Dei lege deprompto, intelligere nequiuit diabolus num ille DEI filius esset, nec ne. Vtrum esse tamen & irreprehensibile Domini hoc responsum ignorare non potuit. Quur enim DEI verbo homo viuere non posset, qui DEI verbo creatus est? Pascit enim eos verbo suo cum quibus loquitur Deus. Siquidem absque vllo corporali alimẽto bis quadraginta diebus & totidem noctibus Moyses colloquio sermonis Dei sustentatus est.

Quibus bona opera tua cęles.

Porro per hoc quòd Christus diabolo innotescere noluit, docemur opera nostra iis debere abscondere, quibus nullum ædificationis fructum sunt allatura.

Quin

Quin & alia doctrina perutilis hinc colligitur, ne videlicet quæ cunque etiã necessitas vrgeat) vnquã diabolo quicquam credamus, qualecunque etiam sit quod dixerit. Sine enim veritatem dicat, siue confingat mendacium, nihil aliud quàm vt fallat, intendit. Ideo enim Christus quum dæmonia clamarent eum esse Christum, increpans non sinebat ea loqui, vt nos doceret illorum nos omnino vitare commertia, & ne vnquam (quacunque etiam sperata vtilitate) vilissimorum spirituum præsidia caperemus. Luc. 4

Diaboli vitanda commertia.

Circa secundum videlicet, quemadmodum tentator prima tentatione sua confutata, rursus tentando suadere ausus est Domino inanem gloriam, in litera subditur.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum tẽpli, & dicit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum.

Videns diabolus quòd ex Christi responsione nihil certum haberet, num ipse esset Dei filius, nec ne, ait intra se: Iste qui famẽ non vincitur, & si non est filius Dei, tamẽ homo sanctus est. Possunt autẽ homines sancti posq; oẽm vincerint corporis necessitatem, per vanã gloriam peccare. S

Itaque assumpsit eum in sanctam ciuitatem, id est, Ierusalem, quæ propter Dei vnicum illud & famosum toto orbe tẽplũ, Deiq; cultũ & sacrificia, ciuitas sancta dicebat.

Quòd autem Christũ assumpsisse memoratur dupliciter pote*st intelligi, id est, vel quod ipsum sustulerit, sicut B. Gregorius intellexisse videtur, quũ dicit: Sed ecce quũ dicitur Deus homo, vel in excelsum montẽ, vel in sanctã ciuitatem à diabolo assumptus, mẽs refugit, humanæ hoc audire aures expauescũt? Quũ tamẽ non esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo & alia facta pensamus. Certè iniquorũ oim diabolus caput est, & huius capitis mẽbra sunt omnes iniqui. An nõ membrũ diaboli fuit Pilatus? An non mẽbra diaboli Iudæi persequentes, & milites crucifigentes fuerũt? Quid ergo mirum si ab illo se permisit assumi, qui se pertulit etiam à membris illius crucifigi?

Christus vt à diabolo assumptus.

Vel aliter potest intelligi, id est, per cõcomitationẽ, sicut & illud: Adsumpsit Iesus duodecim discipulos suos. Et iterum: Adsumpsit Iesus Petrum & Iacobũ, & Ioannem. Verũ quocunq; modo assumptionem hanc accipias, nõ ex

Luc. 18. Matt. 17.

imbecillitate Domini fuit quòd hunc assumpsit, sed de superbia inimici. Habet autẽ Lucas: Et duxit illũ in Ierusalem. Sequebatur planè quasi athleta ad tẽrationis certamẽ sponte proficiscẽs, & quodãmodo loquebat: Duc quo vis, inuenies me in oĩbus te fortiorem. Itaq; quẽ gula superare non poterat, tẽrat nũc de vana gloria, si fortè illum vel ipsa victoriæ suæ iactantia deiicere queat.

Origen. Tẽtat Christum de vana gloria.

Et statuit eum, inquit, super pinnaculum templi. Si pinnaculum templi tectum templi (quod planum erat) accipias, constat quia centum viginti cubitos habebat altitudinis. Erant enim in ipsa æde templi mansiones tres subalternatæ. Prima à pauimẽto vsque ad primum tabulatum, altitudinis cubitorum triginta.

Templi altitudo.

Secunda à primo tabulatu vsque ad tabulatum secundum, etiam cubitorum triginta.

Tertia erat à secundo tabulatu vsque ad tabulatũ tertium, supra quod erat tectum in plano positũ, vt dictum est, & hæc mãsio erat cubitorum sexaginta. Porro vnumquodq; tabulatum siue solarium, habebat in circuitu templi exterius proprium suum deambulatorium.

Et dicit ei. Primo loquutus fuerat Christo, quasi compatiens esurienti, nunc quasi eius gloriam quærens loquitur, dicens: Si filius Dei es. In omnibus iis tentationibus hoc agit, vt intelligat si filius Dei sit, sed Dominus ficte sponsionem temperat, vt eum relinquat ambiguum.

Ambro. Vocẽ diaboli pernosce.

Mitte te deorsum. Verè hæc diabolica vox est, quæ mentem hominis de gradu meritorum altiore præcipitare conatur. Simul infirmitatem suam diabolus malitiam q; designat, quia nemini potest nocere, nisi se deorsum ipse miserit. Nam qui relictis cœlestibus terrena eligit, voluntarium quoddam præcipitium vitæ labentis incurrit. Simul quoniam telum suum primum diabolus vidit obtusum, qui omnes homines propriæ subiecerat potestati, plusquam hominem cœpit iudicare. Transfigurat ergo se velut angelum lucis, & de ipsis diuinis scripturis laqueum parat. Vnde subditur:

Scriptum est enim: Quia angelis suis mãdauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

T Qui in priore pugna fuerat à Domino per scripturã conclusus & confutatus, iam & ipse tentando Dominum etiã amstri

am scripturam allegauit diabolus. Vbi Origenes. Vnde tibi diabole scire quod ista scripta sunt? Nũquid legisti prophetas, vel eloquia diuina? Legisti quidẽ, non vt ipse ex lectione eorũ melior fieres, sed vt de simplici litera eos qui amici sunt literæ interficias. Scis enim quia si de aliis eis voluminibus loqui volueris non, decipies. Diabolus scripturam allegat.

Non ergo te capiat hæreticus, quia potest de scripturis aliqua exempla proferre. Vtitur enim & diabolus ipse testimoniis scripturarum, non vt doceat, sed vt fallat. Ambro.

Sed vide quemadmodum & in ipsis scripturarũ testimoniis versipellis est. Vult enim minuere gloriam Saluatoris, quasi angelorum indigeat auxilio, nempe offensurus pedem, si nõ eorum manibus subleuetur. Hoc enim testimonium, non de Christo, sed de quolibet homine iusto scriptum est. Neque enim indiget angelorum auxiliis qui maior angelis & dominus est angelorum. Quin potius disce diabole, quòd nisi IESVS angelos adiuuaret, offenderent ipsi pedem suum. Et tu propterea quasi fulgur de cœlo cecidisti, quia credere in Dei filium noluisti. Scripturã vt puertit,

Itaque malè interpretatur scripturas diabolus. Certè si verè de Saluatore scriptum nouerat, debuerat & illud dicere quod in eodẽ Psalmo cõtra se sequitur: Super aspidem & basiliscũ ambulabis, & cõculcabis leonẽ & draconem. De angelorum auxilio quasi ad infirmum loquitur, de sui conculcatione quasi tergiuersator tacet. Quur ergo hoc dissimulat, nisi quia ipse est aspis, & basiliscus, leo & draco? Ipse, inquam, hæc omnia est, quem Christus in tentationibus superatum conculcauit. Beda.

Sed & hanc diaboli suggestionem, vanam prorsus & futilem fuisse cõstat. Quod patet, Primo, nã si se de pinnaculo templi Dominus præcipitasset, nullus hoc diuinitatis insigne fuisse credidisset, sed vanitatis & temeritatis. Diaboli suggestio futilis.

Secũdo, si Deus ipse est, irrationabile esset, si is qui ratione & sapientia regit & disponit vniuersa, sine vlla vtilitate de alto sese præcipitem daret.

Tertio, quia ex eo quod scriptum est: Angelis suis Deus mandauit de te, non probatur quòd se Christus Dei filius debeat præcipitare.

Denique quia scriptura inducta, nõ est ad diaboli propositum, quum non de Christo intelligenda sit (vt iam dictum est) sed de viro iusto. Non enim Christus manibus portatur angelorum, qui & angelos ipse portat, sicut & omnem

Heb.1 mnẽ creaturã. Portãs enim est omnia verbo virtutis suæ,

Est ergo scripturæ illius sensus: Angelis suis (qui vti- que administratorn spiritus sunt) Deus mandauit vt de te, viro iusto, specialem gerant solicitudinem. In manibus tollent te, id est, suis fulcient auxiliis & custodient, ne for te offendas ad lapidem pedem tuum. Nomine pedis affec tum mentis intellige. Angeli etenim sancti, iustum vi rum custodiunt ne offendat quum ei occasio peccãdi fue rit subministrata.

Porrò Dominus diuinitatis suæ maiestate celata, dia bolicæ versutiæ prudenter occurrit, & inimicum ex scri pturis peruersè allegatis pugnantem, legitimo intellectu, scripturarum vincit exemplis. Sequitur enim:

Ait illi Iesus rursum: Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.

Deut.6. Falsas de scripturis diaboli sagittas, veris scripturarum clipeis frangit. Et notandum quòd necessaria testimonia de Deuteronomio tantum protulerit, vt secundæ legis sa cramenta monstraret.

V Beda.

Non tentabis, inquit, dominum Deum tuum. Sugge rebatur enim tanquam homini vt signo aliquo explora ret ipse quantus esset, & quàm multum apud Deum pos set. Quod facere nefas est.

Quum enim habet homo quod pro se faciat, nequa quam tẽtare debet Dominum Deum suum. Nam & ipse Saluator tueri poterat discipulos suos, quibus tamen ait: Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam,

Deum non esse tẽtandũ

Cuius rei prior ipse exemplum præbuit. Nam quum potestatem haberet ponendi animam suam, nec eam po neret nisi quum vellet, in Ægyptum tamen infans portan tibus parentibus fugit. Et ad diem festum non euiden ter, sed latenter ascendit, quum tamen alias palam Iudæ- is etiam irascentibus, & de inimicissimo animo audien- tibus loqueretur, nec tamen valentibus in eum mittere manus, quia nondum venerat hora eius. Qui ergo pa lam docendo & arguendo, & tamen inimicorum rabiem valere in se aliquid non sinendo, Dei demonstrabat pote statem, idem tamen fugiendo & latendo hominis infir mitatẽ instruebat, ne Deũ tẽtare audeat (sicut iã dictũ est) quãdo habet quod faciat, vt quod cauere oportet, euadat. Diabolicum enim est seipsum inijcere ad pericula, & ten-

Matt.10.
Ioan.7
Ioan.10.

tare &

tare si eripiat deus. Non enim tentantibus largitur deus auxilia, sed in eum credentibus. Vnde & quum quidã tentantes signum de cœlo quærebant, miraculum eis nullum ostendit, sed magis hoc dixit: Generatio praua & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei. Chry. Mat. 12.

Porrò inter hæc (inquit Chry.) aspice quomodo non turbatus est dominus, imò de scripturis humillimè cum iniquo disceptat, & conformare Christo pro posse. Nouit diabolus arma Christi, quibus succubuit. Ex mansuetudine eum cepit, ex humilitate deuicit. Tu quoq; quum videris hominem effectum diabolum, & tibi obuiantem, eo modo ne deuincas. Doceas animã tuam formare os condecens ori Christi. Sicut enim quum Romanus forsan residet iudex, non exaudiet responsum ignorantis eo modo loqui, sic & Christus nisi suo modo loquaris nõ exaudiet te, nec vacabit tibi. Chrisus vincit.

Sanè quod hic dicit, scriptum est: Non tentabis dominum deum tuum. Et postmodum: Dominum Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies, non sic accipiendum est, tanq; ipse diabolum corrigere voluerit, & sic eum docere, ac si diceret: O diabole, noli me tentare. Dominum Deũ tuum, quia scriptura tibi contradicit, & ab hoc te compescere intendit. Rursus tu mihi dicis: Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me, sed tu potius me dominum deũ tuũ adorare debes, quia scriptura dicit tibi: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Hęc vel suspicari nimis absurdum est. Nunquid enim deus aut dei filius, diaboli deus aut dominus vocari dignatur? Absit hoc. Magnæ est gratiæ dominum deum creatorem omnium, velle cuiuspiam vocari deum. Vnde Apostolus quum de fide patrũ multa fuisset præclara loquutus, fide (inquiens) qui vocatur Abrahã obediuit in locum exire quẽ accepturus erat in hęreditatẽ, & exiit nescius quò iret, postmodũ sic intulit: Ideo nõ cõfunditur deus, vocari eorum deus, parauit enim illis ciuitatẽ. Quod si nec diaboli cõfunditur vocari deus aut dñs, quę gratia, vel quæ beatitudo resonat in hoc dicto de patribus, ideo nõ cõfunditur deus vocari eorum deus? Quũ igitur dicit diabolo: Scriptũ est, dñm deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies, vel non tentabis dñm deum tuũ, quũ (inquã) dicit: Scriptũ est, subaudiendũ est, homini, qa re vera nõ diabolo, sed homini scriptũ est, quicqd loquitur aut præcipit lex. Est ergo sensus: Nec ego homo, nec Ruper. Deꝰ, nequam diaboli deus. Heb. 11.

quisquam alius homo tibi aurem præbere debet, vt tentet Dominum deum suum, siue vt cadens te ô diabole adoret, sed audire debet vocem scripturæ dicentis, nõ tentabis, & solum Dominum Deum tuum adorabis.

Circa tertium, id est, quemadmodum diabolus Christum sollicitare præsumpsit ad auaritiam, subditur:

Iterum adsumpsit eum diabolus in mõtem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

X Processit ergo tandem diabolus tentare Christum de eo quod iam nõ est spiritualium virorum, sed carnalium prorsus & mundanorũ, videlicet vt diuitias & huius mundi gloriam cum dei contemptu concupiscat. Vnde nec vt in duabus præcedentibus tentationibus iam dixit, si filius dei es. Nam quod nunc suggerit nequaquàm potest à viris spiritualibus concupisci. Ait ergo Euangelista:

Iterum adsumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi. Quod non sic est intelligendum, quasi ostenderit ei perspectibiliter & singulatim ipsa regna, ciuitates, & populos mundi, sed mundi partes, in quibus vnumquodq; regnum situm est. Verbi gratia, extento indice. Versus illam mundi partem est Græcia, illic verò Ægyptus, ibi Italia. Hic Syria, illic Armenia, illic Persis, ibi Hispania, illic India, & sic de aliis. Vbi Theophilactus. Qualiter ostẽdit ei omnia regna orbis terræ? Quidã dicũt, q; mente ei hæc ostenderit. Ego autem dico q; sensibiliter & in phantasia apparere fecit.

Vt oĩa regna mundi diabolꝰ ostendit.

Ruper. Sed quo modo homini Christo omnia regna mundi & gloriã eorum diabolus simul ostẽdere potuit, & (vt ait Lucas) in momẽto tẽporis? Neq; enim natura rerum siue oculorũ hoc admittit, vt de quolibet quantumuis excelso mõte cuncta mundi regna, regnorumq; omnium gloria simul & in momento possit ab homine perspici. Nihil tale vspiam sacra scriptura gestum meminit.

Dia. li. 2. c. 35. Refert beatus Gregorius papa de vitæ venerabilis viro nomine & gratia Benedicto, q; dum quiescentibus fratribus instans vigiliis, nocturnæ orationis tẽpora præueniſſet, ad fenestrã stans & omnipotentẽ dñm deprecans, subito vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tanto'q; splendore clarescere, vt diem lux illa vincęret, quæ inter tenebras radiasset. Mira aũt valde res in hac

hac ſpeculatione ſequuta eſt, quia (ſicut poſt ipſe narrauit) omnis etiam mundus velut ſub vno ſolis radio collectus, ante oculos eius adductus eſt.

Verum illa res admirationē habet aliā, quia (ſicut ait idem) animæ videnti creatorē anguſta eſt omnis creatura, & ꝙ ante illius ſancti oculos collectus fuiſſe mundus dicitur, hoc egit cum homine omnipotens deus, & nō cœlū & terra cōtracta eſt, ſed videntis animus dilatatus eſt, quī in deo raptus videre ſine difficultate potuit omne quod infra deum eſt. Et addit:

In illa ergo luce quę exterioribus oculis fulſit, lux interior in mente fuit, quę vidētis animū, quia ad ſuperiora rapuit, ei quā anguſta eſſent omnia inferiora monſtrauit. Quū hæc dicit, palam adſtruit, quia proſpectus ille magis mentis ꝙ oculorum fuit. Illud mirantes veneramur, quod egit cū homine omnipotens deus, de iſto verò quid dicemus, quòd circa hominē dei filiū tentator egit diabolus? Si qua nobis ſcriptura narraret ſimiliter eum feciſſe circa quēlibet hominū, vt in momēto tēporis mundū illi oſtenderet vniuerſum, nō dubitaremus dicere, oſtenſionē ſpiritualis nequitię viſum ꝙ fuiſſe phantaſticum. Sed nunquid & hunc hominem, quem explorabat vtrum eſſet filius dei per ſuas phantaſias diabolus eſt auſus adgredi? Animus fidelis hoc vel cogitare perhorreſcit.

Sed ne abhorreſcas, quia quāto maior tentatoris iniuria, tanto glorioſior patientia victoris. Confer phantaſias eiuſmodi cum phantaſiis quas patimur quoties tentamur de omni quod in mundo eſt, ex concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorū, & ſuperbia vitæ. Quotuſquiſq; noſtrū eſt qui non in tentatione qualicunq; concupiſcentiæ lenocinio mulceatur, fortè etiam inuitus? Nec mirū. Nam nos phantaſias intus patimur, eiuſmodi autē phantaſiæ quæ de foris veniunt, vel foris fiunt, aliquando nō ſolū nō delectāt, verum etiā ſenſibus corporis moleſtæ ſunt, & ſi à tētatore huic filio hominis adductę ſunt, indubitāter abſq; peccato eiꝰ & acceſſerūt & receſſerūt, vt dicas cū Apſo, tētatū aūt per omnia pro ſimilitudine abſq; pctō.

Quum aūt in momento temporis omnia regna orbis terræ, id eſt, ſecularia omnia & terrena à diabolo Chriſto mōſtrantur, nō tam aſpectus celeritas indicatur, ꝙ caducæ fragilitas poteſtatis exprimitur. In momento enim cuncta illa corā deo prętereunt. Quid enim ſeculi pōt eſſe

diuturnum, quum ipsa diuturna nõ sint sæcula? Sequitur:

Et dicit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.

Apud Lucam dicitur: Et ait illi: Tibi dabo potestatẽ hanc vniuersam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa. In vtroq; mentiebatur, quia neq; habebat, nec ea conferre poterat quibus carebat. Nullius enim horum obtinet potestatem, sed ad pugnam tantum aduersarius est derelictus.

Diaboli & arrogantia & mẽdaciũ

Adrogans ergo & superbus etiã hoc de iactantia loquitur, non autem q; in toto mundo habeat potestatem vt possit omnia regna dare diabolus, quum sciamus plerosq; sanctos viros à deo reges factos. Et apud Apostolũ legis, quia omnis potestas à deo est. A deo enim est potestatum ordinatio, à malo ambitio potestatis. Nec est potestas mala, sed is qui malè vtitur potestate. Quid ergo? bonum ne est vti potestate? studere honori? Bonum est vtiq; si potestas deferatur, non autem si eripiatur. Distingue tamen hoc ipsum bonum. Alius enim est bonus potestatis vsus in seculo, alius vsus perfectæ virtutis. Bonum est enim deum quærere & cognoscendę diuinitatis studium nullis occupationibus impedire. Quòd si is qui deum quærit, propter fragilitatem carnis & mentis angustias sæpe tentatur, quanto magis qui seculum quærit his obnoxius esse? Docemur ergo ambitionẽ despicere, eò q; diabolicæ subiacet potestati. Proinde potestatis ambitio coniunctum sibi, & quasi domesticum habet periculum, quandoquidẽ, vt aliis dominetur, prius ipsa seruit, curuatur ad obsequia vt honore donetur. Et dũ ambitiosus vult esse sublimior, vilior fit simulata humilitate.

Beda.

Ro. 13. Ambro.

Diabolus ergo dicens sua esse omnia, & sibi tradita, mendacium loquutus est, videlicet de proprio, quia mendax est, & mendacij pater. Domini enim est terra & plenitudo eius. Sed & ipsi deo contradicit qui ait: Meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Frustra autẽ suo mendacio satagebat Christum seducere, dicẽs: Hęc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Ergo qui adoraturus est diabolum, antè corruit. Diabolum autem eos quodammodo adorare necesse est, qui mundanæ potestatis sectantur ambitionem.

Sed quo modo tu (inquit Cyril.) cuius sors inextin-

guibi-

guibilis flamma est, omnium domino quæ sua sunt spondes? Putas tui cultorem habere eum, cuius metu tremunt vniuersa? Circa secundum principale dicitur:

Tunc dicit ei Iesus: Vade satana.

Hic ponitur tentatoris per Christum victoriosa superatio. Vbi duo notantur. Vnũ est tentatoris abire iussi confutatio. Alterum est, ministrantium Christo angelorum accessio. Ibi: Et ecce angeli. Circa primum dicit: Vade satana, videlicet in ignem inferni, qui paratus est tibi, & angelis tuis. Nimia sanè diabolus sibi adrogauerat, dum non solum omnia regna mundi in sua mentitus est esse potestate, sed insuper pro deo se haberi, & cultum qui soli deo debetur impudenter sibi petebat deferri.

Z
Diaboli arrogantia.

Hiero.

Quum ergo se iam nequitiamq; suam, sed & extremam suã superbiam prodidisset, merito hoc responsi accepit: Vade satana. Hoc est, Nunc à me hinc abi aduersarie dei, neq; vltrà tentãdo progrediaris. Porrò dominus qui nec in prima tentatione, nec in secunda, exprobrationis verba in diabolum protulerat, suo nos informat exemplo, vt proprias iniurias æquanimiter toleremus, impietatem verò in deum nec audire sustineamus. Sequitur:

Scriptum est enim: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Hoc in Deuteronomio (quod Latinè sonat, secunda lex) scriptum habetur. Notandum ergo, quia cuncta, quibus tentatorem relidit, testimonia, tantum è Deuteronomio sumit (sicut iam dictum est) id est, secunda lege sicut & ipse alter siue secundus Israel est, & dicitur, iuxta quod per Oseę dictum est: Quia puer Israel, & ego dilexi eum. Cui & hæc secunda lex posita est. Nam illi primo Israel populo prǫuaricatori posita est lex ceremoniarum carnalium, circa quarum ritum cæteri libri Moysi versantur. In isto verò primo Deuteronomĩ libro, id est, secundæ legis, ferè nihil de ceremoniis agitur, sed cuncta sunt præcepta iustitiæ, præcepta charitatis. Vnde & cuncta ferè ad personã numeri singularis familiariter dicuntur, ea videlicet, quæ spiritualia continent mysteria vitæ & salutis, & cætera Israel compellatur quasi vnus homo, quia hic verè futurus erat vnus homo, qui fideliter & perfectè cuncta persolueret quæcunq; deo debebat homo.

Ruper.

Osee. 11.

Ille

Ille priſcus Iſrael tentatus pro parte reproborum inuentus eſt infidelis. Iſte verò ſecundus Iſrael tentationes & ipſe in deſerto ſuſtinens, inuentus eſt fidelis.

Ait ergo confutans impudentiam tentatoris: Scriptũ eſt, nimirum omni homini, vnde etiam & mihi qui homo ſum. Dominum Deum tuum adorabis. Tu verò deus non es, ſed Dei aduerſarius. Dominus aũt deus noſter eſt ipſa trinitas, cui ſoli ſeruitutem pietatis iure debemus.

Aug. cõtra Arrium.

Beda.

Quærat aliquis, quomodo cõueniat quòd hic præcipitur, ſoli dño ſeruiendũ cũ Apoſtoli verbo, qui dicit: Per charitatẽ ſpũs ſeruite inuicem? Sed huic facilè Græcę linguę origo ſatisfacit, in qua ſeruitus duobus modis, ac diuerſa ſignificatione ſolet appellari, dicitur enim latria, dicitur & dulia. Sed dulia intelligitur ſeruitus cõmunis, hoc eſt, ſiue deo, ſiue hominibus, ſiue cuilibet rerũ naturę exhibita, à qua etiã ſeruus, id eſt, dulus Græcè nomẽ accepit, ſecundũ quã iubemur ſeruire inuicẽ. Latria aũt vocatur ſeruitus illa quę ſoli diuinitatis cultui debita nulli eſt participãda creaturę. Vnde & idolatrę nũcupãtur hi, q vota, preces, & ſacrificia quæ vni Deo debuerãt, idolis impendunt. Hac aũt ſeruitute debemus vni ſoli deo ſeruire. Subditur:

Latria & dulia differunt.

Tunc reliquit eum diabolus.

Non reliquit eũ quaſi pręcepto ipſius obediẽs, ſed pulſus authoritate iubẽtis. Quod vtiq; ad noſtrã proficit cõſolationẽ, quia nõ tẽtat nos diabolus quantũ vult, ſed quãtũ à deo permittitur. Dicit Lucas: Et cõſummata omni tẽtatione, diabolus receſſit ab illo vſq; ad tẽpus. Quia non tentaturus, ſed apertè eum expugnaturus poſteà aduenit. Vnde ipſe Chriſtus imminente iam paſſione ſua, dixit: Venit enim princeps mundi huius, & in me nõ habet quicq.

Chry.

Ambro.

Ioan. 14.

Vides itaq; diabolum nõ eſſe in ſtudio tentandi pertinacem, ſed cedere ſolere veræ virtuti. Et ſi inuidere nõ deſinat, tamen infeſtare formidat, quia frequentius refugit triumphari. Audito enim Dei nomine receſſit (vt dictũ eſt) vſq; ad tempus. Sæpe enim antiquus hoſtis poſtq; menti noſtræ tentationum certamẽ inflixerit, ab ipſo ſuo certamine ad tẽpus recedit. Non vt illatæ malitię finẽ prębeat, ſed vt corda quæ per quietẽ ſecura reddiderit, repẽtè rediẽs, facilius inopinato irrumpat. Circa ſecundũ quod eſt, Chriſto miniſtrantiũ angelorum acceſſio, ſequitur:

Beda.

Diabol⁹ tẽtãs vt cedit

Grego.

Et ecce angeli acceſſerũt, & miniſtrabãt ei.

Præſa

Præcipiente Domino abscesserant, vt Dominũ tentandi diabolo locus esset. Sed & ideo eum reliquerãt vt gloriosior esset Christi de hoste victoria, qui solus hũc sine cuiusquã adminiculo superasset. Vnde autem ei ministrauerint in litera nõ habetur. Quia tamen esuriebat, verisimile est q̃ ministrauerũt ei cibum & potũ, sicut & quondã angelus ministrauerat Heliæ itidẽ in deserto. Ministrabant ergo ei angeli sicut vero dño proprij serui. Ex quo etiam vera Christi patet diuinitas, nempe cui se angeli recognoscunt esse subiectos. Porrò supra naturã angelicam nulla alia est natura nisi diuina. Chrysost.

Cæterum, etiam nobis si in hac sacra quadragesimali obseruatione diabolo tentamenta, de gula, de vana gloria, & auaritia, superamus, in solennitate resurrectionis Christi ad animarum nostrarũ salutem cibum vitæ æternæ, de mensa Domini, sacerdotes, quasi alteri angeli, victoribus ministrabunt. Tentatiõis superatæ præmium.

Dominica secunda Quadragesimæ.



Gressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Mat. 15.

Quatuor in hac sancti Euãgelij lectione comprehenduntur. Primũ est, Mulieris Chananitidis fidelis petitio. Secundũ est, Dispensatiua Christi dissimulatio, ibi: Qui non respõdit ei verbum. Tertium est, Iterata postulantis supplicatio, ibi: At illa venit. Quartũ est, Benigna supplicantis exauditio, ibi: Tũc respondens.

Circa primũ tria notantur. Primum est, è solo Iudæorũ Christi secessio. Secundum est, mulieris gentilis è finibus suæ gentis egressio, ibi: Et ecce mulier Chananæa. Tertium est, eiusdem mulieris pro filia deprecatio, ibi: Miserere mei Domine.

Circa

A Hieronym⁹ Cur christ⁹ in gentium fines seceſſit

Circa primũ dicitur: Et egreſſus inde IESVS ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. Scribis & phariſæis calumniatoribus derelictis, tranſgreditur in partes Tyri & Sidonis, vt Tyrios Sidonioſq; curaret. Præmiſerat Euangeliſta acceſſiſſe ad eum ab Ieroſolymis ſcribas & phariſæos, dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionẽ ſeniorum? non enim lauant manus ſuas quum panẽ manducant. Ipſe autẽ reſpondens ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatũ Dei propter traditionẽ veſtram? Digna igitur veraq; reſponſione iniquis inſidiatoribus confutatis, ſeceſſit inde, & in partes Tyri & Sidonis (quę vtiq; gentilium erant regiones) ſe recepit.

Siniſtrũ Iudæis omen.

Siniſtro ſanè Iudæis auſpicio, q̃ eorum tandẽ reprobata atque relicta perfidia, ad gentes foret tranſiturus. Quod & factum eſt. Apoſtoli enim obſtinatos in perfidia Iudæos poſt Domini glorificationẽ relinquentes, Chriſti fidem credituris gentibus intulerunt. Vnde & dicũt: Vobis oportebat primum prædicari verbũ Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternę vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit Dominus. Suſtulit Chriſtus ſuperuacuas eorũ Euangelio coruſcantẽ cęremonias, & præcipue vanas in delectu ciborum obſeruationes infregit, dicẽs: Non quod intrat in os coinquinat hominẽ, ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Et poſt hæc mox ſeceſſit ad gentes.

Act. 14.

Quęſtio ſoluitur. Mat. 10

Sed quæſtio ſuboritur. Quum enim iam pridem præcepiſſet diſcipulis ſuis dicens: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, ſed potiũ ite (nimirum prædicandi gratia & ſanitates cõferendi) ad oues quę perierunt domus Iſrael, quur nũc aliud eis oſtendit facto q̃ verbo docuerat?

Sed quod diſcipulos prohibuerat, ad prædicationem tantum ſpectabat. Noluit enim eos quicquam gentibus prædicare, priuſquam ad cœlos ipſe conſcenderet. Hic autem non vt prædicatur⁹ in fines gentium venit, ſed vt mulieris Chananitidis filiam à dæmonio vexatam materna fidei merito liberaret. Nihilominus per hoc phariſæorum declaraturus impietatem, qui in eum tot ſigna facientem credere recuſabant. Nõ ergo in gentium finibus ipſe prædicabat, tametſi hãc quæ ad ipſum ſponte venerat, à gratia efflagitata non excluſerit.

Mar. 7. B

Porrò apud Marcum habes quia Dñs veniens in partes Tyr.

tes Tyri & Sidonis, ingressus domum neminem voluit scire, & non potuit latere. Vbi etiam quæritur, quomodo dicatur quia Dominus neminẽ voluerit iter suum scire, nec tamen latere potuerit. Quid enim est quod ille non potuerit, qui etiam temporaliter inter homines positus, omnia inuisibiliter quæ foris agebantur intus cum patre disponebat? Aut quam ob caussam fines Tyri & Sidonis intrauit, nisi vt filiam Sirophenissæ à dæmonio liberaret, ac (sicut iam dictum est) per fidẽ fœminæ gentilis perfidiam argueret scribarum ac pharisæorum?

Beda. Latere cupit Christus voluit.

Sed fideliter ac piè sentiendum est, quia nequaquam de illo hac in re quod ipse noluit factum est, sed fidelibus iter eius sequentibus quid principaliter in bonis q̃ agunt, velle debeant, ostensum. Ingressus quippe domum præcepit discipulis ne se cuiquã in regione ignota quis esset aperirent. Attamen suum illò introitum gentili fœminæ, quibus q̃ voluit ipse publicauit, ipse cor illius ad quærendam à se salutem inuisibili accendit instinctu, vt exemplo eius discerent, quibus sanandi infirmos gratiam conferret in exhibitione miraculorũ humani gloriam fauoris quantũ possent declinare, nec tamen à pio virtutis opere cessare, quando hæc fieri vel fides bonorum iustè meretur, vel incredulitas prauorum necessario cogeret.

Circa secundum, quod est mulieris gentilis è finibus suæ gentis egressio, subditur:

Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit dicens.

Mota fuit mulier hæc ad CHRISTVM venire, quia crebrescentibus eius miraculis, nomen ipsius & fama vbique diuulgabatur, non modo intra limites regionis Iudæorum, sed etiam gentilium. Vnde apud hunc Euangelistam scriptum legimus: Et circumibat IESVS totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicãs Euangelium regni, & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam Syriam. Intra Syriam autem Tyriorum & Sidoniorum regio consistit.

C Fama Christi.

Mat. 4

Itaque Dñs ingressus domum (sicut iam iuxta Marcũ dictũ est) latere nõ potuit. Mulier enim (inquit idem Marcus) statim vt audiuit de eo, cuius habebat filia spiritũ immundũ, intrauit & procidit ad pedes eius. Erat autẽ mulier

gentilis

Mulier gentilis, typ⁹ ecclesiæ.

gentilis Sirophenissa genere, id est, de gente Chananæorũ qui olim expulsi fuerant ne sua cohabitatione Iudæos perverterent. Hi nũc apparuerunt Iudæis prudentiores, vt à terminis & finibus suis exeuntes venirent ad Iesum.

Beda.

Porrò mulieris huius eo magis est admiranda deuotio, quo ipsa quidẽ (vtpote gentilis) à diuinorũ eloquiorũ funditus erat segregata doctrinis, nec tamen illis quas eadem eloquia prædicant sit priuata virtutibus. Ergo mulier hæc, natione quidẽ gentilis, sed corde constans & credula, cõgregatæ de gentibus ecclesiæ fidem deuotionem q; significat, quam expulsi de Iudæa prædicatores sancti, verbo simul & mysteriis gratiæ cœlestis imbuerunt.

Egressus enim Christi à Iudæis & in gentium fines secessio, manifeste præfigurabat (vt iam dictũ est) quia post passionem resurrectionem q; suam Dominus in prædicatoribus suis, & perfida Iudæoꝝ corda relicturus, & in partes gentium exterarum esset secessurus.

Animę peccatricis typ⁹

Moraliter typo mulieris huius peccatrix anima designatur, cui salutẽ (quæ per Iesum designatur) quærenti nõ sufficit prioris vitæ peccata relinquere, nisi etiam pericula & occasiones fugiat delinquendi. Fines enim peccatorum quodãmodo exire est, delinquendi causas excindere, & delictorum suggestionibus aditum exinde non indulgere.

Circa tertium, quod est Chananææ pro filia deprecatio, subditur:

Miserere mei Domine, fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur.

Fidei perfectæ indiciũ.

Sanè magnam habebat fidei perfectionem, quę saluatoris pietatẽ implorans ait: Miserere mei Domine fili Dauid. Quum enim eundẽ & Dominũ & filium Dauid appellat, profectò patet, quia verum hunc Dominẽ, verum credit & Deum. Quum pro filia rogãs, non illam secũ adducit, nõ Dominũ ad eam venire precatur, cõstat apertissimè, quod eum verbo salutẽ posse dare cõfidit, cuius præsentiam corporis nullam requirit.

Mat. 9 Ioan. 4

Tantam fidem synagogæ princeps nõ habuit qui ait: Domine, filia mea modo defuncta est, sed veni, & impone manũ super eam & viuet. Sed nec regulus qui dicebat: Domine descẽde priusquã moriatur filius meus, miraculi virtutem non maiestati tribuens, sed præsentiæ corporali. Et multis huiusmodi imperfectioris fidei exẽplis prætermissis ea-

ſis etiam electę ſorores illę Martha & Maria mortuo iam ac ſepulto fratre dixerunt: Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Ioan. 11.

Itaq; Deũ & hominẽ Chriſtum eſſe hęc mulier apertè confitetur, nec propheta rum oraculis ad hanc fidem incitata, nec legis imbuta doctrinis.

Miſerere mei, inquit, fili Dauid. Ideo carnẽ ſuſcepiſti vt ego loquar ad te. Cum fiducia petit, inſtat importune, dicens: Miſerere mei fili Dauid. Sic nimirũ & anima peccatrix ad miſericordiam debet cõfugere, non quidẽ ſe iuſtificando, ſicut faciebat phariſęus, ſed ſe humiliando, ſicut fecit publicanus, & miſeriam propriam detegendo, ad exẽplum huius quæ ait: Filia mea male à dæmonio vexatur. Mat. 18

Sanè, ſi quis habet conſcientiam alicuius vitij ſorde pollutam, filiam habet à dæmonio vexatam. Grandis dę non peccatum eſt. Male vexatur anima quando vexatio non ſentitur, peius, quando morbus deſperatur, peſſime, quando medicus contemnitur. Chryſoſt.

Miſerere mei Domine, inquit. Magna atq; obſeruanda fœminæ prudẽtia. Non iuit ad homines ſeductores, nõ ſequuta eſt vates fallaces, nõ quęſiuit ligaturas inanes, aut ad falſa confugit præſidia, ſed omnem diaboli cultum relinquẽs, venit ad Dominum Ieſum ſaluatorẽ omnium, & dicit: Miſerere mei domine fili Dauid. Origę.

Circa ſecundum principale dicitur: Qui non reſpondit ei verbum.

Hic ponitur diſpenſatiua Chriſti diſſimulatio. Vbi duo ſunt conſiderãda. Vnũ eſt, ad mulieris petitionem negata reſponſio. Alterum, diſcipulorũ pro muliere nõ exaudita petitio, ibi: Et accedentes. Circa primũ. Quòd nõ reſpondit ei verbũ, non ꝙ ſuperbia phariſaica procedere putes, nec deſcribarũ ſupercilio, ſed ne ipſe ſentẽtiæ ſuæ videretur eſſe cõtrarius, per quam (vt iam dictũ eſt) iuſſerat: In viam gẽtium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Nolebat enim occaſionem calumniatoribus dare, perfectam q; ſalutẽ gentium paſſionis & reſurrectionis tempori reſeruabat. E Hierony.

Sed & alias ob cauſſas dominus preces mulieris exaudire ad tempus diſſimulabat. Primo, vt eius patientiam & perſeuerantiam probaret. Qualis enim vnuſquiſq; apud ſe lateat, illata cõtumelia probat. Oportet enim & patien- Notanda Chriſti diſpenſatio. Grego.

ter & perſeuerãter precari eum, qui dignus ſit à dño exaudiri, iuxta quod dñs per Euangelicã illam parabolam docuit, in qua de homine ad oſtium amici importunè pulſante & quo egebat petente panem ait: Si perſeuerauerit pulſans, dico vobis, & ſi nõ dabit illi ſurgens eo q; amicꝰ eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi (ſubaudis, panes) quotquot habet neceſſarios. Et ſubdit: Et ego dico vobis, Petite & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti, aperietur. Non reſpondit, inquit, ei verbum. Res mira & aliàs apud benignum dominum inſueta. Obſecrat mulier miſera, clamat & plorat pro ſalute filiæ flebilis mater, & lugentium conſolator non reſpondit ei verbum, nimirum (ſicut iam dictum eſt) vt ipſius perſeuerans patientia exauditionis beneficium promereretur.

Luc. 11

Grego. Secundo differebat hãc exaudire Chriſtus, vt deſiderium ſupplicãtis dilatione creſceret. Nam deſideria ſanctã dilatione creſcunt. Si autem dilatione deficiunt, deſideria non fuerunt. Si ergo nonnunquam Dominus ſupplicantibus petita tardè dat, cõmendat dona ſua, non negat. Siquidẽ diu deſiderata dulcius obtinentur, citius data vilẽſcunt. Seruat tibi Deus quod nõ vult cito dare, vt & tu diſcas magna, magne deſiderare.

Tertiò reſpondere ei differt Dominus, non quia miſericors medicus miſerorum preces deſpicit, de quo veriſſimè ſcriptũ eſt: Deſiderium pauperũ exaudiuit dñs, ſed vt perſeuerantiam mulieris nobis ſemper imitabilem demonſtret, quæ quo magis cõtemni videbatur, eo ardẽtius cœptis perſtabat precibus.

Beda. Quarto reſpondere differt, vt diſcipulorum quoque ſuorum miſericordes animos (qui quaſi homines, ad cõmorẽ mulieris publicè eos proſequentis, erubeſcebant) poſtulandum ſimul cum ea prouocaret. Nam ipſe temperamentum miſericordiæ ſuæ nouerat, qui omnia in menſura & numero & pondere diſpoſuit.

Denicꝭ, ne ſi mox eam exaudiret, hinc Iudæi calumniæ occaſione reperta, dicerent ſe fidem eius meritò non ſuſcipere qui gentiles in docendo aut ſanando eis prætuliſſet.

Circa ſecundum, quod eſt diſcipulorum pro muliere non exaudita petitio, ſubditur:

Eiecit

Et accedentes discipuli eius rogabãt eum, dicẽtes: Dimitte eam, quia clamat post nos.

Discipuli illo adhuc tempore mysteria Domini nescientes, vel misericordia commoti, rogabant pro Chananæa mulíere, vel importunitate eius carere cupientes, quia non vt clementem, sed vt durum medicum crebrius inclamaret. Dominus autem ipsam spe atque desiderio obtinendi salutem filiæ (quasi quodam vinculo) tenebat. Ex illis etiam Apostolorum deprecantium verbis colligi potest eos iam in itinere fuisse, & mulierẽ cui CHRISTVS in domo non responderat verbum, sequutam semper clamasse. Cæterum, vt paulisper ad moralia secedamus, clamantis huius occasione, notandum propter quatuor solere homines clamare, quæ sunt: Aqua, Ignis, Gladius, Bestia. Ad quorum similitudinem clamandum est nobis in oratione ad Dominum.

F Hierony. Discipuli increpellant. Clamare cõpellunt quatuor.

Primo, propter aquã temporalis huius tribulationis, quo modo & illi clamabant de quibus naufragio iam imminente periclitãtibus, scriptum est: Mare ibat, & intumescebat super eos, & clamauerunt. Quid enim est miseriarum huius vitæ assidua vicissitudo, nisi quædã quasi tempestas maris, quod quiescere non potest? Quis enim non timeat tentationũ tribulationumq; mole (quasi quibusdã concitati maris procellis violentis) obrui atq; submergi? In oratione ergo non secus cuique clamandum est, quam si iam naufragio vicino periclitaretur, iuxta exemplum Apostoli Petri, qui quum cœpisset mergi, clamabat dicẽs: Domine saluum me fac. & discipulorum omnium nihilo minus exemplo, qui in summo submersionis periculo, cõstituti, quum nauicula operiretur fluctibus, dormientem excitabãt dominũ dicẽtes: Domine salua nos, perimus. Dicat quisquis tribulationũ procellis cõcutitur & periclitatur, dicat inquã: Veni in altitudinẽ maris, & tempestas demersit me. Laborauri clamans.

Ionæ.1 Aqua tribulationis. Mat.14 Mat.8

Secũdo clamandũ nobis est in oratione propter gehẽnæ ignis terrorẽ. Clamari enĩ solet propter vicinũ incendiũ ignẽ grassantẽ. Vnde & p Ioelẽ prophetã dicitur: Ad te dñe clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flãma succẽdit oĩa ligna regionis. Speciosa deserti. i. mũdi huius (qui à sanctis deseritur) sunt potẽtes, diuites, nobiles, fortes, delitiis adfluentes, sublimes & gloriosi, & huiusmodi.

Ignis gehennę. Ioel.1.

Quis enarrare sufficiat, q̃ multos horũ iam vorax gehennæ flamma in perpetuum cruciandos suscepit? Et non solum istos quasi speciosa deserti, sed & eiusdẽ ignis flamma succendit omnia ligna regionis, id est, innumerũ sine nomine vulgus. Ignis, inquit, succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Deuorabit q̃ terram cum germine suo, & montium fundamenta cõburet. Terra cum suo germine, terrenos significat homines cũ mundi huius pereuntes vanitate. Porrò montium nomine, superbi designãtur. Horum fundamenta ignis iræ Dei comburet, quandoquidẽ id quodcũq; fuit de quo superbiebãt, gehennæ flamma eis abstulerit.

Deut. 32

Vulgò dicitur: Tunc tua res agitur, paries quum proximus ardet. Qui sunt paries proximus, nisi quacũq; necessitudine tibi iamdudũ coniuncti, qui te moriendo præcedentes, nũc in gehẽnę suppliciis ardent? Ardent inquã, & forsan propter illas iniquè quæsitas opes quibus nũc tu gaudes, vel ob illa certè vel eadem peccata in quibus & tu versaris, partem vtiq; cum illis (nisi dum tempus est, resipiscas) post paululum habiturus. Crede vel eiulantis inter gehennę incendia quondã diuitis ac splendidi epulatoris clamori: Crucior in hac flamma.

Luc. 16

G

Tertio clamandũ est in oratione propter æterni iudicij, quasi exitialis atq; metuendi gladij formidinem, iuxta quod per Ezechielem dicitur: Iste acutus est gladius, & iste limatus est, vt sit in manu interficiẽtis, clama fili hominis, & vlula. Gladius iste, id est, extremi sententia iudicij, gladius inquam iste, non solũ acutus est, vt corp⁹ simul & animam feriat, sed & limatus & splendẽs, vt vniuersis tam angelis q̃ hominibus sit conspicuus. Quinetiam & promptus est, vt sit in manu interficiẽtiq; (id est, potestate iudicis Christi) nõ solum in die nouissimo, sed & in morte cuiuslibet iniqui exercẽdus. De quo gladio per virum sanctũ dicitur: Fugite à facie gladij, quia vltor iniquitatũ gladius est, & scitote esse iudicium. Vnde & Psalmista: Nisi cõuersi fueritis, gladium suum vibrabit. De quo gladio suo, ipse Dñs per Moysen loquitur dicẽs: Gladius meus deuorabit carnes, id est, mũdi huius amatores, qui nõ nisi caro sunt.

Gladius iudicij.

Ezec. 21

Iob. 19

Deu. 32

Quarto clamandũ est propter inuadẽtem diabolum, vtiq; bestiam oĩm ferocissimã. Quis nõ clamaret si ipsum vel leo, vel serpens, vel alia quæuis inuaderet bestia grassatrix & rabiosa? Psalmista dicturus: Eripuit animã meam de me

Bestiæ infernalis iuasio

de medio catulorũ leonum, præmiserat: Clamabo ad Deum altissimum. Quis à facie harũ non clamet bestiarum? Dicit Apostolus Petrus: Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Necessarius sanè contra hanc inuadentem nos bestiam clamor est orationis. Siquidem oratio iugis, infirmitas est hostis. Et ipse cõtra se tela ministrat, qui hunc hostem suum precum instantia nõ fatigat. Clamauit voce magna Tobias ad angelum itineris sui comitem dicẽs: Domine piscis inuadit me. Si clamauit quem piscis inuasit tentando, quãto magis clamandũ est ei qui nũc in ventre huius piscis est male viuendo? Ait Ionas à cœto iam deuoratus: Clamaui ad Dominum de tribulatione mea, & exaudiuit me de ventre inferi. 1.Pet.5 Tob.6 Ionæ.2

Sed ad literam Euangelicę lectionis ab hac digressione reuertentes, quid discipulis pro muliere clamãte interpellantibus Dominus responderit attendamus.

Sequitur enim:

Ipse autẽ respondens ait: Nõ sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.

Quid ergo est quod per Esaiam Deus pater ad Christũ filium suum loquẽs dicit? Parũ est, vt sis mihi seruus ad suscitãdas tribus Iacob & feces Israel cõuertendas. Ecce dedi te in lucẽ gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ? Quid ergo ô dñe sibi vult hoc verbũ: Nõ sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel? Quæ est ista excusatio? Nunquid factus es homo vt tantũ saluares angulum plebis Iudæorũ, & totum mundũ relinqueres? Et nũc hæc misera gẽtilis obsecrat, rogat pro filia, & tu dicis: Nõ sum missus nisi ad Israel. Sed ideo hoc ait, quia per se ipse solꝰ docebat Iudæos, qui postmodũ per suos discipulos etiam gentiles ad fidei gratiam vocauit. De quibus alibi dicit: Et alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocẽ meam audient, & fiet vnum ouile & vnus pastor. Hinc est q̃ vnam per se in corpore gentilem sanaturus puellã, non hoc antè q̃ probata omnibus incom parabili fide matris, perficit. H Christus nũ solis Iudęis missus. Esa.44 Orige. Beda. Ioan.10,

Præfiguratũ hoc fuit typo velleris Gedeonis, quod in signo futuræ liberationis populi Israel de manu Madian, prima quidẽ nocte foris in area expositũ, mira roris infusum est abundãtia, omnẽ vbiq; in circuitu locũ occupante I Iudic.7 Figura notabilis.

ſiccitate. Inſequente verò nocte vice verſa, expoſitum vt antè vellus in area, inuentum mane eſt aridum, quum ros omnia circumquaq; abundanter infudiſſet.

In ſignũ quippe liberationis humani generis de poteſtate principis tenebrarũ, Iudaica gens (typo velleris deſignata) primũ quidẽ gratia prædicationis & miraculorũ Chriſti, quaſi quadã abundantioris cœleſtis irrigui profuſione repleta eſt, eadẽ adhuc gratia nationibus gentiũ (quaſi locis aridis) denegata. Poſtmodũ verò (Chriſto videlicet iam glorificato) Apoſtoli Iudaicã gentẽ in ſua obſtinatã perfidia relinquẽtes, quaſi iam ſiccitatẽ damnatã, ad gentiũ nationes per orbẽ terrarũ ſe cõuertentes, euangelicæ prædicationis gratia, poſt longam ignorantiæ dei ſiccitatẽ, quaſi quadam indulgentioris pluuiæ cœleſtis ſuperinfuſione, reddidere per fidẽ deo fœcundas. Chriſtus ergo per ſemetipſum prædicando Iudæis, deſcendit ſicut pluuia in vellus, qui poſtmodũ in nationibus gentiũ per ſuorũ prædicationem diſcipulorũ, deſcẽdit ſicut ſtillicidia
Ro.15. ſuper terrã. Et hoc eſt quod Apoſtolus teſtatur, dicens: Dico Chriſtũ Ieſum miniſtrũ fuiſſe circunciſionis (id eſt, miniſtrũ verbi fuiſſe Iudæis) propter veritatẽ dei, & ad implẽdas promiſſiones patrũ, gẽtes aũt ſuper miſericordia honorare deũ. Sicq; factũ eſt, vt Iudæis veritas, gẽtibus (quibus nullæ erãt promiſſiones) miſericordia facta ſit. Vnde & per ſpiritumſanctum ore Pſalmiſtæ ad dei laudẽ inuitantur, quum dicit:

Laudate Dominũ omnes gentes, laudate eum omnes populi. Et mox per ora gentium vox diuinę laudis reſonat, quum ſubiungitur: Quoniam cõfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas dñi manet in æternũ. Nõ ergo negauit ſe Chriſtꝰ etiam ſaluãdis gẽtibus à patre miſſum, ſed vt per ſemetipſum Iudæis tantũm & nõ gentibus prædicatiõis ſuæ gratiam impartiretur ſe veniſſe agnoſcit, & hoc propter veritatẽ Dei, qui promiſerat hũc patribus, Iſraëliticę genti fore venturũ. & ſic promiſſiones Dei factæ patribus implerentur. Vnde & ipſe Chriſtus apud Marcũ mulieri huic legitur reſpõdiſſe: Sine prius ſaturari filios.
Beda. Quaſi apertius diceret: Reſtat vt etiam vos qui de gentibus eſtis, ſalutem conſequamini, ſed primo oportet Iudæos qui merito antiquæ electionis filiorum dei nomine ſolent cenſeri, pane cœleſti refici, & ſic tandem gentibus vitæ pabula miniſtrari.

Quum

Quum ergo discipulis respondens, dixit: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, hoc non ait quasi & ad gentes non missus sit, sed quòd primum missus sit ad Israel, vt illis nõ recipientibus Euangelium, iusta fieret ad gentes transmigratio.

HOMILIA ALTERA.

ET illa venit, & adorauit eum dicens: Domine adiuua me. Mat. 15.

In hac parte lectionis Euangelicæ de duobus superest dicendum, quorum vnum est, Iterata mulieris supplicis deprecatio. Alterum, benigna supplicantis exauditio. Ibi: Tunc respondens Iesus, ait illi.

Circa primum duo sunt consideranda. Vnum est, constans supplicantis fœminæ perseuerantia. Alterum, spectandæ prudentiæ, miranda patientia. Ibi: Qui respondens, ait: Circa primũ dicit: At illa venit, illa (inquã) cui dominus in domo accedenti non responderat verbum. Illa quæ interpellantes pro se Apostolos vidit non exaudiri. Magna mulieris fides, magna patiẽtia, perseuerantia magna & imitãda. Vbi Hiero. Primũ, Christũ filiũ Dauid, deindè, dominũ vocat, & ad extremum adorauit vt deũ. Venit (inquit) toties iam contempta, & adorauit eum. Domine (inquiens) adiuua me. Non ait: adiuua & libera filiam meam, sed me. Nam filiæ malum, suum putabat, tantus ei in filiam amoris erat affectus. Et vtiq; non potest mulier obliuisci infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui. Ait ergo quæ horrendam demoniacæ filiæ suæ afflictionem & miseriam, propriam reputabat: Domine adiuua me misertus mei, quasi dicat: Illa insensata iacet, ego verò miserrima mater eo magis illius cruciatum sentio, quo illa iam amissis & sensibus & mente, se nescit exitialiter cruciari.

K Virtutũ in muliere spectandum. Esa. 49.

Nõ ait vt pater Iunatici illius apud Marcum pueri: Si qd potes adiuua nos misert9 nostri. Ille dei lege & prophetis imbutus, dubitat. Hęc nec legẽ nec prophetas edocta, nil prorsus de ei9 dubitat potẽtia, quẽ vt deũ verũ adorat. Pauci erant in Iudæa (vbi tamen notus canitur deus) qui Christũ verũ deum aut crederent aut cõfiterentur, quem tamen gentes vt deum adorant & venerantur. Mar. 9.

Hiero. Digna sanè sub cuius persona, ecclesiæ fides, patientia, & humilitas, prædicatur. Fides, quia credidit sanari posse filiam suam. Patientia, qua toties contempta in precibus perseuerat. Humilitas, qua se in consequentibus non canì sed catulis comparat.

Beda. Filia arreptitia mystice.

L Porrò mystice filia dæmoniosa pro qua mater postulat, anima quælibet est in ecclesia malignorum spirituum magis deceptionibus, q̃ conditoris sui mancipata præceptis, pro qua necesse est mater ecclesia dominum sollicitè interpellet, vt quam ipsa foris monendo, obsecrando, increpando, corrigere non valet, ille interius aspirando corrigat, atq; ab errorum tenebris conuersam, ad agnitionẽ veræ lucis excitet. Verum & si ad primas rogantis ecclesiæ lachrymas dominus respondere (id est, postulatam errantibus sospitatem dare) distulerit, nec sic quidem à pectendo, quærendo, pulsando, desistendũ est, neq; impetrandi subeunda est desperatio, sed tanta potius perseuerandum instantia, tam obstinato frequentandus clamore saluator, tanta etiam sanctorum eius inter litanias appetenda suffragia, donec & ipsi de cœlis domino pro audienda supplicent ecclesia. Sicq; fiet vt si mentem ab intentione proposita non mutauerit, nequaquam fructu exauditionis priuetur, sed siue pro sua fragilitate quis, seu pro aliis interuenerit, desiderato potiatur effectu. Nam & si quis nostrum conscientiam habet auaritię, elationis, vanæ gloriæ, indignationis, iracundiæ, vel inuidiæ, cæterorumue vitiorum sorde pollutam, filiã profectò habet male à dæmonio vexatam, pro cuius sanatione supplex ad dominũ currat. Quia nimirum cogitationem de corde progenitã, diabolica tolerat arte dementatam, cuius emendationem à pio conditore, crebris, imò continuis debeat flagitare lamentis.

Proinde, si quis bona quæ gessit fortè, periurii, furti, blasphemiæ, detractionis, rixæ, vel etiam corporalis immunditiæ, cæterorumue huiusmodi peste fœdauerit, filiã habet immundi spiritus furiis agitatam. Quia videlicet actionem quam benè laborando ædiderat iam diaboli fraudibus seruiendo stultè disperdidit. Ideoq; necesse est, vt quum reatum suum cognouerit, mox ad preces lachrymasq; confugiat, sanctorum crebris intercessionibus auxilia quærat, qui pro animæ eius salute rogantes dominũ dicant:

Preca-

Precamur domine miſerator & miſericors, patiens, & multæ miſerationis, dimitte eam quia clamat poſt nos. Dimitte reatum, & dona gratiam, quia noſtrum intimo affectu quærit pronus ſuffragium. Neceſſe eſt etiam vt debita ſubmiſſus humilitate, non iam ſe ouium Iſraeliticarum, id eſt, mundarum conſortio dignum iudicet animarum, ſed potius cani comparandum, & cœleſtibus indignum arbitretur eſſe muneribus. Nec tamen deſperando à precandi quieſcat inſtantia, ſed indubitata mente de largitoris ſummi bonitate confidat. Quia qui de latrone cõfeſſorem, de perſequutore Apoſtolum, de publicano Euangeliſtam, de lapidibus potuit facere filios Abrahæ, ipſe etiam canem impudentiſſimum, conuertere Iſraeliticam poſſit in ouem, cui merito donatæ caſtitatis, & vitæ æternę paſcua largiatur, id eſt, peccatorem cõuerſum à via ſua mala iuſtum facere, & quem merito bonæ actionis ad regnum cœleſte perducat. M Precũ inſtã tia cõmendatur.

Videns quoq; dominus tantum fidei noſtræ ardorẽ, tam pertinacem orandi perſeuerantiam, tandem miſerebitur, & nobis quoq; ſicut volumus fieri concedet, vt videlicet expulſis vitioſarum tumultibus cogitationum, dimiſſis peccatorum nexibus, & pura nobis ſerenitas mentis, & perfectio boni operis redintegretur.

Notandum interea q̃ hæc orandi pertinacia, ita ſolũ meretur eſſe fructifera, videlicet, ſi quod ore precamur, hoc etiam mente meditemur, neq; alio clamor labiorum q̃ cogitatuum ſcindatur intuitus. Sunt enim qui intrãtes eccleſiam multis pſalmodiam vel orationem ſermonibus prolongant, ſed alibi corde intendentes, nec ipſi quid dicant recolunt. Ore quidem orantes, ſed mente foras vagãtes, omni ſe orationis fructu priuant, putantes à deo precẽ exaudiri, quam nec ipſi qui fundunt audiũt. Quòd antiqui hoſtis inſtinctu fieri nemo eſt q̃ aduertere nequeat. Attẽta mẽte precandum.

Sciens enim orandi vtilitatem, & inuidens hominibus gratiam impetrandi, immittit eorum mentibus multimoda cogitationum leuium & aliquando etiam turpiũ nocentiumq; phantaſmata, quibus orationem impediat, adeò vt nonnunq̃ tales tantoſq; diſcurrentium cogitationum fluctus proſtrati in oratione toleremus, quales nec in lecto reſupini iacentes tolerare nouerimus.

Multum autem iuuat orantis puritas, ſi in omni loco vel tempore nos ab actibus temperemus illicitis, ſi N

semper ab ociosis sermocinationibus auditū pariter castigemus & linguam, si in lege dei ambulare, & testimonia eius adsuescamus toto corde scrutari. Quęcunq; enim sępius agere, loqui, vel audire solemus, eadem necesse est sæpius ad animum, quasi solitam propriamq; recurrant ad sedem.

Orãtis puritas.

Et sicut volutabra sues palustria, columbæ limpida solent frequentare fluenta, ita cogitationes impuræ mentem immundam perturbant, castam spirituales sanctificant. Sanè si ad exemplum Chananææ mulieris in orando perstemus, fixiq; manemus, aderit gratia conditoris nostri, qui cuncta in nobis errata corrigat, immunda sanctificet, turbulenta serenet. Fidelis enim & iustus est, vt remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate, si ad illum & ipsi sedula voce clamemus.

Circa secundum, quod est spectandæ prudentiæ mira mulieris patientia, subditur:

Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine. Nam & catelli edũt de micis quę cadunt de mensa dominorum suorum.

O Beda.

Patet hic mulieris huius constantiæ & humilitatis insigne præcipuum, quæ canibus comparata à domino, nec sic quidem ab instantia precandi desistit, vel à sperando pietatis munere mentem reuocat, sed susceptam libenter complexata contumeliam, non solum canibus se similem non negat, sed & catellis seipsam æquiparandam adiungit, prudentiq; argumento domini sentẽtiam confirmat, nec tamen à cœptæ petitionis suæ improbitate quiescit.

Mira supplicis & humiliatio & fides.

Confirmat namq; sententiã domini, cui dicenti: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, respondit: Etiam domine, Hoc est, Veraciter vt adseris domine, ita est. Nam catelli non integrum filiorum accipiunt panem, neq; enim id conuenit, sed catelli ipsi tantum de micis edunt, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Puta mulierem dicere: Si canis sum, non omnino sum aliena. Canem me dicis, ergo vel de micis catellorum vt canem me nutri. Mensam domini mei relinquere non possum. Canem me confiteor, & mensa filiorum indignam. Sed tu ea qua es erga omnes pietate paululũ mihi gratię

gratiæ impartire, vt videlicet sanetur filia mea. Ergo non aliam se reputat quàm quæ indigna sit integris domini doctrinis, quasi quibus Iudæi vescebantur epulis refici, sed quantulacunq; ei à domino foret impartita gratia, hanc sibi ad salutem proficere posse putauerit.

Possunt & per panem filiorum intelligi facta inter Iudæos Christi miracula, & in vniuersum quicquid ad salutem illorum vel dixit vel egit.

Mira proinde rerum conuersio, Israel quondam filius, nos gentes canes, sed pro diuersitate fidei, ordo nominum commutatur. De Iudæis Israelitis postea dicitur: Circundederunt me canes multi. De quibus etiam per Apostolum dicitur: Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem, vbi per concisionem, non sine contemptu, significat circuncisionem, id est, ipsos circunciso Iudæos. De nobis autem à latratu blasphemæ contradictionis, ad pietatis gratiam conuersis, ipse dominus alibi dicit: Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient. Phil. 3. Ioan. 10.

Et attende quàm anxiè dominus, benignitatis suę dispensatione, mulieris huius examinat patientiam, probat humilitatem. Iudæos nempè gentibus exosos, filios vocat, eam verò canem. Ipsa autem neq; contradicere ausa est, neq; contristata in aliorum laudibus, neq; in proprio conuitio vllatenus exacerbata. Quin etiam Iudęos quos dominus filiorum censuit nomine, ipsa dominos vocat, & seipsam quam ille cani cõparauerat, amplius humiliãs, dicit catellum. P

Moraliter canibus comparantur vniuersi impij, præsertim hæretici, vtpotè qui more canum sunt voraces, libidinosi, contentiosi, parem non ferunt, propria lambunt turpia, vomitum suum rursus sorbent, & facilè vertuntur in rabiem, quod quum factum fuerit, accipere panem recusant. Isti sunt canes illi quos in Apocalypsi angelus excludit, dicens: Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, de quibus etiam per Esaiam dicitur: Canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Porrò Chananitis hæc quam dominus miseraturus per dispensationem canem vocauit, in Israeliticam ouem conuersa, tantæ fidei, humilitatis, fiduciæ, perseuerantiæ, & patientiæ merito, filiorum dei pane digna, imò & Abrahæ filia facta est. Catelli (inquit) edunt de micis. Canes moraliter. Apoc. 22. Esa. 56.

Hæc

Q Chry. Quur supplicantem Christus distulit.

Hæc profectò fuberat ratio quur illi dominus antè nec respondit verbum, nec interpellantes pro ea Apostolos, nec ipsam adeo fiducialiter in oratione perseuerantẽ exaudiuit, non q̃ ipsi minus esset propitius, qui non ignarus erat ipsam se tandem exauditurum, filiamq; eius à dæmonio liberaturum. Verum, vt tantæ fidei patientiæ & humilitatis thesaurus (quem in ipsius latere sciebat pectore) nobis per imitationem captandus, prodiret in lucem.

Quo modo & cum Centurione egit, cui se promittebat venturum & sanaturum puerum eius, vt videlicet illi verbo occasionem daret, quod verbũ tantopere erat ipse laudaturus, id est, Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Non secus hanc à principio precum suarum exaudire dissimulauit, vt huic verbo occasionem daret: Catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorũ suorum.

Mat. 8.

At longè aliter superbi loquuntur Iudæi, quos hic dominus filios appellat. Siquidem filiorum nomine sublimati, atq; hinc in ampliorem elati superbiam, seipsos hoc honore dignos vanissimè putauerunt. Semen (inquiunt) Abrahæ sumus, nemini seruiuimus vnquàm. Et rursum:

Ioan. 8.

Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnum patrem habemus Deum. Itaq; quoniam superbis deus resistit & humilibus dat gratiam, idcirco, multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno Dei, filij autem regni (filij nomine, non re: vocatione, non consequutione) id est Iudæi, superbia eorum promerente, eiicientur in tenebras exteriores.

Mat. 8.

Circa secundum principale dicitur:

Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier magna est fides tua.

Hic ponitur benigna supplicantis exauditio. Vbi duo notantur. Vnum est, magnæ fidei in muliere commendatio. Alterum, maternę fidei merito, filiæ liberatio. Ibi: Fiat tibi sicut vis.

R

Circa primum apud Lucam dicitur: Et ait illi: Propter hunc sermonem vade, exiit dæmonium de filia tua. Quem alium sermonem nisi illum: Nam & catelli edunt de micis? Vnde rectè à pio saluatore qui preces illius non superba dedignatione, sed dispensatione prouida

(vt vi-

(vt videlicet tandem tãtæ fidei & humilitatis sermonem de cordis sui thesauro proferret)ad tempus distulit,audire meruit: O mulier magna est fides tua.

Magnam sane habebat fidem, quæ nec prophetarum antiqua, nec recentia ipsius Domini miracula, præcepta, vel promissa cognoscens,insuper à Domino toties cõtempta,perseuerat in precibus,& quem fama tantum vulgante didicerat saluatorem,rogando pulsare nõ omittit,propter quod & magnum postulationis consequitur effectũ. Quin & plus quàm postulabat accepit. Accepit enim filię (quam solam petebat)liberationem, accepit autem & ingentem(quam nunquam petere,imo nec cogitare præsum pssisset)sui,fideiq; suæ,ab ore ipsius Domini laudem & cõmendationem. O mulier,inquit,magna est fides tua. Cui prius non respondérat deprecanti,imò quã quasi à se abiiciens canem dixerat,nunc præconio tantæ laudis honorat, vt nullam de filiabus Israel tanta laude commendatã se reperiatur. Beda. Mulieris fides commẽdatur. Fides quãta impetrat.

Quis ergo & nunc ipsum precibus pulsans, & si non mox petitionis suæ cõsequatur effectum, sed quodammodo repulsam patiens istius exemplo mulieris,sanctæ pertinaciæ studio in precibus & fiducia,humiliter & patienter non perseueret? Sperandum sane est duplo fore conferendum perseuerantibus,quod ad tempus exaudire dissimulante Domino,videbatur negatum. Nota

Proinde etiam & hoc nobis intelligi datur,fieri videlicet posse,vt nõnunquam etiam sanctis pro nobis intercedentibus non exaudiamur, ipsi vero pro nobis supplicantes,votis potiamur optatis. Vult enim nos Deus in oratione fiducialiter perseuerare,ne torpeamus diffidẽtia, dum postulata differuntur.

Circa secundum,quod est maternæ fidei merito filię liberatio,subditur:

Fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Sicut hæc mulier pro seipsa rogauit,dicens: Miserere mei Domine fili Dauid, filiæ malum,suum esse putans, ita & Dominus respondens non dixit: Filia tua sanetur,sed: fiat tibi sicut vis. Quasi dicat: Fides tua maiora etiam quàm petis posset impetrare,iuxta quod per Sapientem dicitur: Desiderium suum iustis dabitur. S Prou.10.

Vides er

Vides ergo quemadmodum fides sola votorum omnium obtineat impletionem. Si quis autem postulans hæsitauerit, non æstimet homo ille quòd sit aliquid acceperus à Domino.

Qualis esse debet fides supplicātis. Matt. 12.

Debet autē fides vt Dei beneficia mereatur, esse magna, magna, inquam, adhæsionis certitudine, dicente Domino: Si habueritis fidē, & nō hæsitaueritis, nō solum de ficulnea facietis, sed & si mōti huic dixeritis: Tollete, & iacta te in mare, fiet. Et oīa quæcūq; petieritis in oratione credētes, accipietis. Debet etiā fides nostra vt magna sit, et se constās in aduersis, qualis illorū fides nō est, q ad tēpus credūt, & in tēpore tentatiōis recedūt. Magna erat Apostoli fides qui ait: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Deniq; magna debet esse fides nostra in contemptu terrenorum iuxta exemplum fidei quam habuit Moyses, de quo dicit Apostolus.

Lu. 8. Rom. 8.

Heb. 11.

Fide Moyses grādis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias æstimās thesauro Ægyptiorum improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Itaq; magna fides magna meret. Vnde ait S. Cyprianus: Nostrū tantummodo pectus fiat. Nā quantū illic fidei capacis adferimus, tātū inde gratiæ inūdantis haurimus. Porro hæc quæ dicta sunt carmine comprehendens euangelicus vates, ait:

Hinc Tyrias partes Sidoniaq; arua petentem
Anxia pro natæ vitio, quam spiritus atrox
Vexabat stimulis, mulier Chananæa rogabat.
Se canibus confessa parem, qui nare sagaci
Semper odoratæ recubant ad limina mensæ.
Adsueti refluas dominorum lambere micas.
Vox humilis, sed celsa fides, quæ sospite nata
De cane fecit ouem, gentisq; in sentibus ortam,
Contulit Hebræi de germine vescier agri.

Paruulis ecclesiæ fidē prodesse.

Quum igitur cernas per fidem matris dæmoniū expulsum à filia etiā absente, quid dubites fide sanctę ecclesiæ, quę oīm nostrū communis est parēs, diaboli potestatē effugari posse ab infantulo q ante baptismū exorcizatur? Quis iam improbet fidelē & religiosam quæ à principio in Dei ecclesia inoleuit cōsuetudinē, qua fideles Deo pro suis paruulis fidem suam offerunt, & pro paruulorum futura

tura fide spondent, quatenus sicut fide mulieris illius libe rata est à dæmonio filia eius, ita & fide credentium pecca ta paruulis relaxentur. Vnde Beda:

Propter humilem fidelemq; matris sermonē filiam eius deseruit dæmoniū. Quo nobis exemplū datur cathe chizandi & baptizandi infantes, quia videlicet per fidē & confessionem parentum, in baptismo liberantur à dia bolo paruuli, qui necdum per se sapere, vel aliquid agere boni possunt aut mali.

Dominica tertia QVADRAGESIMÆ.

ERat Iesus eiiciens dæmoniū & illud erat mutum. Et quū eiecisset dæmonium loquu tus est mutus. Luc. 11.

In sacra præsentis euangelij lectione quatuor comprehendun tur. Primum est, in eiectione dæ monij diuinæ virtutis ostēsio. Secundum, per blasphe mantes calūnię Christo impositio, ibi: Quidā autem dixe runt. Tertiū est, calūnię mendacis vera confutatio, ibi: Ip se autem vt vidit. Quartum est, piæ mulieris voce di gna Christi laudatio, ibi: Factum est autem.

Circa primum duo designantur. Vnum est, maligni dæmonij cōsideratio. Alterum, eiecto ab hoīe dæmonio, turbarū digna admiratio, ibi: Et admiratæ sunt turbæ.

Circa primum dicitur: Et erat Iesus eiiciens dæmo nium, & illud erat mutum.

Vbi notandū est q; dæmon Primo eiectus fuit de cœ lo empyreo propter suam superbiā qua similis esse voluit altissimo. Vnde & ad eum dicitur: Eieci te de monte san cto meo. Abiectus autem, exercitandis hominibus ceci dit in hūc aērem caliginosum, & in terram. Vnde est illa vox cla

A Diabolus primū cœ lo eiectus. Ezech. 28.

Apoc. 12. vox clamantium in cœlo angelorum & dicẽtium: Vę terræ & mari, quia descendit ad vos diabolus habens irã magnam, sciens quia modicum tempus habet. Modicũ enim est ei vsque ad diem iudicij tempus omne tantę suæ explẽdæ malitiæ. Et reuera breue est tempus omne, quod aliquando finietur interminabili collatum æternitati.

Tria diabolꝰ sibi vsurpauit.

Porrò diabolus in hunc inferiorem dclapsus mundum tria sibi vsurpare præsumpsit, vnde per Christum eiicitur, videlicet Primo diuinos honores per cultum idolatriæ, vnde Christus cum virtute suę passionis & mortis, Apostolis per vniuersum mundum prædicantibus, detectis eius dolis, eiecit. Hinc enim propinqua iam passione

Ioan. 12. sua ait: Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Vnde

Zach. 13. & per Zachariam prophetam loquente Domino fuerat prænuntiatum: Auferam spiritum immundum de terra.

Secundo, arripuit sibi tyrannide sæua dominium humani corporis, dum illud subintrans, horribili cruciatu immaniter concutit & discerpit. Sed & hinc eũ Christus imperio suæ diuinitatis eiecit. Vnde in Euangelio scriptũ est: Curauit multos qui vexabantur variis lãguoribus, et

Mar. 1. dæmonia multa eiiciebat. Vbi etiam paulò antè dicitur: Et mirati sunt omnes, ita vt conquirerent inter se dicẽtes: Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in potestate spiritibus immundis imperat & obediunt ei?

Tertio, diabolus per peccatum subintrans, vendicat sibi cor humanum, quasi serpẽs, antrum: & quasi latro speluncam suam sibi illud efficiens. In apocalypsi scriptũ est,

Apoc. 18. clamante angelo & dicente: Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi. Babylon confusio interpretatur, & significat animam peccatricem, quæ diuinæ legis ordine derelicto, versa est in confusionem. Hæc gemina cadens ruina, à fide videlicet, & operibus, habitatio fit dęmoniorum. Sed hinc quoque per Christum eiicitur, dum immisso sacro charitatis igne, procedentem inde lachrymosæ cõpunctionis fumum immundus spiritus ferre non sustinens hanc relinquit.

Tob. 6. In cuius rei typo Tobiã angelus docuit, dicens: Cordis particulam si super carbones ponas, fumus eius extri-

B cat omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere.

Dæmoniũ quale.

Porrò quale fuerit dęmonium quod præsenti lectione à Christo memoratur eiectum, ostendit euangelista quum

quum dicit: Et illud erat mutum, non quidem in se, sed in suo maleficio, quo possessum à se hominem mutum effecerat. Apud Matthæum dæmoniacus iste, non solum mutus, sed & cæcus fuisse, curatusq; memoratur à Christo, ita vt loqueretur & videret. Tria signa simul in vno homine perpetrata sunt. Cæcus videt, mutus loquitur, possessus à dæmonio liberatur. Quod tunc quidem carnaliter factum est, sed & quotidie completur in conuersione credentium, vt expulso primum dæmone, fidei lumen aspiciant, deinde in laudē Dei tacentia prius ora laxētur. Matt. 12. Hieron.

Dicit Chrysostomus: hominem hunc nō modo pdæmonem cæcum & mutum, sed & surdum factum fuisse. Vnde etiam secundum Theophilactum mutus ille (vt in pluribus) dicitur, qui non loquitur, sed magis proprie, qui nec audit, nec loquitur. Qui enim à natiuitate non audiunt, ex necessitate non loquuntur. Ea enim loquimur, quæ per auditum loqui didicimus. Si quis tamen ex aliqua passione superueniente auditum amiserit, huic nihil prohibet loqui. Qui autem in euangelio à Domino curatus legitur, & mutus erat lingua, & surdus auditu. Vnde Chrysostomus.

O pestiferam dæmonis astutiam, vtranque viam occupauit atq; obstruxit, quibus ille erat crediturus, visum scilicet, & auditum, quin etiam & linguam, ne cōfiteatur, quas tamen vias Christus reseruit. Vbi etiā potestas diabolicæ ferocitatis ostenditur, vt animun quoq; hois (modo illi permittatur à Deo) si velit insanum reddat & furibundum, ipsumq; hominem cęcū, mutum, & surdū faciat.

Sanè tribus modis hominem diabolus facit mutum: Primo, à laude Dei & actione gratiarum. Nā sicut in Iob scriptum est, quum laudarent Deum astra matutina, & iubilarēt omnes filij Dei, iste per inuidiam à Dei laude obmutuit. Vnde & alibi dicitur: Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. In hunc modum plerosq; diabolus à Dei laude mutos effecit, vt pro innumeris acceptis ab eo donis, laudē nullam, nullam Deo reddant gratiarum actionem, sed magis porcorum ad morē semper murmurent, etiam comedentes. C Mutū tribus modis. Iob. 38. Esa. 38.

Secūdo, facit mutū à proferenda veritate, & ad mendacia comminiscenda facundū, vt videlicet huiusmodi sibi adsimilet, qui quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mēdax est, & mēdacij pater. Hinc per Apo- Io. 8.

ſtolum Petrum cuidam à ſpiritu mẽdaci decepto dicitur:
Act. 5. Quur tentauit ſatanas cor tuũ mẽtiri ſpiritui ſancto? At longe aliter Apoſtolus Paulus: Deponentes, inquit, mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem membra.

Tertio facit hoſem mutũ ad delicti ſui cõfeſſionem, vel ingerẽdo pudorẽ, vel ſuſpicando proditionẽ, vel deſperationẽ ſuggerendo, vel certè pœnitentiã contẽnendo. Vnde gloſſa. Mutũ vel ſurdũ dicit dęmoniũ, quod hãc ingerit paſſionẽ, vt diuinũ verbũ nõ audiatur. Nã dæmones aufcrentes aptitudinẽ humani affectus, obtundũt aię noſtrę auditũ. Idcirco venit Chriſtus vt eiiciat dęmoniũ, & audiamus verbum veritatis. Vnum enim ſanauit, vt vniuerſalẽ præguſtationem faciat humanæ ſalutis.

Circa ſecundum, quod eſt, eiecto dęmonio turbarum admiratio, ſubditur.

Et admiratæ ſunt turbæ.

D Apud Matthæum habes: Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic eſt filius Dauid? Ob miſericordiam vtique, & beneficia, filium Dauid prędicant. Turbę igitur id eſt, minores illi, Domini facta mirantur, & multis fuit cauſa ſalutis admiratio, maiores autem ea blaſphemant. Vnde Beda.

Populariũ fides commẽdatur.

Turbis quæ minus eruditæ videbantur Domini ſem per facta mirantibus, ſcribæ & Phariſæi, vel negare hæc, vel quæ negare nequiuerant, ſiniſtra interpretatione pertuertere laborabant, quaſi hæc non diuinitatis, ſed immũ di ſpiritus opera fuiſſent. Vnde ſequitur.

Circa tertium principale dicitur.

Quidam autẽ eorũ dixerunt: In beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.

E Hic notatur per blaſphemantes calumniæ impoſitio. Vbi duo ſunt conſideranda. Vnum eſt. indigna Phariſæorũ blaſphemia. Alterum. tentantium Chriſtum cæca perfidia, ibi: Et alĩ tentantes.

Futuri ſceleris iudiciũ.

Circa primum attende vt diuinæ virtutis miraculũ quod propter ſui euidentiãnegare (vt dictum eſt) non potuerunt, conati ſunt peruertere & contaminare, dicentes: In beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Dicit Marcus hos fuiſſe ſcribas qui deſcenderãt ab Ieroſolymis, &

mis,& dixisse:Quoniam beelzebub habet,& quia in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.

Nec sine causa qui tãtum blasphemię Dño inferebãt, ab Ierosolymis descẽdisse dicũtur,sed futurũ vtiq; portendebãt,eũ à ciuibus vrbis illius vsq; ad mortẽ esse persequẽdum.Legimus quidẽ supra qa multa turba à Galilęa & Iudæa sequuta est eum, & ab Ierosolymis & ab Idumæa, & trans Iordanẽ,& qui circa Tyrũ & Sidonẽ multitudo magna,audientes quę faciebat,venerũt ad eũ. Turba ergo ab Ierosolymis veniẽs,sequuta est dominũ,sicut & ab aliis regionibus Iudæorum,siue etiam gentium. Quis enim nesciat Idumæam,Tyrum, & Sidonem,prouincias siue ciuitates fuisse gentilium? Beda.

Sed scribæ ab Ierosolymis descendentes blasphemiis illum persequebantur horrendis,quia nimirũ sic erat passionis suæ tempore futurũ, vt turba illũ populi Iudæorũ cũ palmis ac laudibus Ierosolymã pduceret,gẽtiles videre desiderarẽt,sed scribę & seniores ppli de ei9nece tractarẽt.

In Beelzebub,inquiunt,principe dęmoniorum,eiicit dæmonia.Beelzebub qui deus quondã erat Accaron,quæ erat vna ex ciuitatibus Philisthinorum,ipse est Baal. Zebub musca vocatur. Beelzebub ergo baal muscarũ,id est, vir muscarum,siue habens muscas interpretatur, ob sordes videlicet immolaticĩ cruoris, ex cuius spurcissimo ritu vel nomine, principem dæmoniorum Iudæi cognominabant. Beelzebub. 4.Reg.1.

Porrò idoli huius occasione, idolatrię ratio atq; origo altius est repetẽda. Itaq; Ninus rex Assyriorũ eius magnæ ciuitatis conditor quæ à nomine suo Niniue est appellata,statuã fecit in honorem patris sui defuncti, nomine Beli,cui tantum honoris deferri cœpit, vt ad hanc & rei confugientes promerita euaderent supplicia. Vnde factum est vt suggerente diabolo & vano hominũ errore glisćente,diuini honores eidem statuæ,thura videlicet & sacrificia tandem attribuerentur. Quod cernens diabolus vt miseros mortales pniciosius deciperet,cœpit in idolis huiusmodi etiam respõsa dare petentibus.Idolũ hoc Assyriũ Belum,Babylonĩ bel, Moabitæ Beelphegor, Palæstini Baal,& interdum Baalim, Accaronitæ beelzebub,quique secundum suę regionis linguam vocauerũt. Et quia oĩm idolorum hoc primũ idolũ fuit, ideo Iudæi F Idolatrię prima occasio

hoc tantæ habebant (vt iam dictum est) abominationi, vt vel omnium dæmoniorũ principem hoc cenſerẽt noie.

Ex hoc perpẽde quanta & quàm acerba hæc fuerit in Chriſtum contumelia, quum blaſphemantes dicunt eum vel beelzebub habere, vel magum eſſe, qui beelzebub præſidio fretus, eiiceret dæmones.

Quòd ſi quæras vnde moti fuerunt tam indigna de Chriſto loqui: Dicẽdum hos nulla neq; vera (q̃d abſit) neque verosimili ratione motos hãc quã ex patre mendacij diabolo conceperant euomuiſſe blaſphemiã, imo nec credidiſſe vera eſſe quæ ipſi dicebant, ſed inuidiæ & odij furore ſtimulatos, ad tã indignã ruiſſe cõtumeliã nec attendiſſe quid dicerent, ſed ſolũ, vt contumelioſiſſime dicerẽt. Inuidia enim non quærit quid dicat, ſed ſolum vt dicat.

Chryſ. Et ideo nulla malitia peior eſt inuidia. Adulter in breui complet peccatum ſuum, inuidus autem nunquam quieſcit, ſed ſicut ſcarabęi nutriuntur ſtercore, ita inuidi infortuniis paſcuntur aliorum.

Peccati in ſpiritũ ſctm grauitas.

Porrò Iudęi dicentes Chriſtum in beelzebub eiicere dæmonia, grauiſſimo peccato ſeſe contaminauerunt, id eſt peccato in ſpiritum ſanctum, quia agnitam impugnabant veritatem. Vnde apud Marcum Dominus loquitur, dicens: Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata & blaſphemiæ, quibus blaſphemauerint, qui autẽ blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, non habebit remiſſionẽ in æternum, ſed reus erit æterni delicti, quoniam dicebant: Spiritum immundum habet.

Marc. 3.

Matt. 12. Apud Matthæum verò ſic: Quicunque dixerit verbũ contra filium hominis remittetur ei, qui autem dixerit cõtra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neq; in futuro. Sane cõtra ſpiritũ ſanctũ dicit, q̃ contradicit ei q̃d ſpiritus ſanctus aperte cordi ei⁹ manifeſtat.

Circa ſecundum, quod eſt tentantium Chriſtum cæca perfidia, ſubditur.

Et alii tentantes, ſignum de cælo quærebãt ab eo.

G Et alij, inquit, paribus ſtimulati liuoris aculeis, petebant ab eo cœleſte videre portentum. Quaſi dicerent: Quanuis ab homine dæmonium eieceris, non tamen hoc eſt diuinæ operationis ſufficiens argumentum. Nõdum enim vidimus aliqd priſcis miraculis ſimile. Moyſes enim tranſ

Cyrill.

duxit

duxit populum per medium maris. Iosue successor eius, solem stare fecit ad Gabaon. Tu vero nihil horum hactenus ostendisti. Quærere enim prodigia de cęlo satis innuit, quòd huiusmodi cogitationibus tunc temporis adficiebantur erga Christum.

Signum, inquit, de cœlo quærebant ab eo, videlicet quia vel in morem Heliæ ignem de sublimi venire cupiebant, vel in similitudinem Samuelis, tempore æstiuo mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere, quasi non possent & illa calūniari, & dicere ex occultis & variis aëris passionibus accidisse. Christū tentantiū perfidia. 4. Reg. 1. 1. Reg. 12.

At tu qui calūniaris ea quæ oculis vides, manu tenes, vtilitate sentis, quid facies de his quæ de cœlo venerint? Vtique respondebis, & magos in Ægypto signa multa fecisse de cœlo. Sanè multa iā ab eo fieri signa viderāt, & tamen quasi non vidissent, signa quærunt, nullum enim eorum aspectu spiritali, id est, fide viderant. Quid autē proderunt signa iis qui scripturis sunt incredulis? Profectò si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Si fides adhibenda est testimoniis signorum, quur nō ęquè testimoniis verborum? quasi vero Deus ipse minus verax sit in his quæ testatur verbis, quàm in his quæ signis confirmat. Res sane indigna, imo nequissima in Deum perfidia. Luc. 16.

Antiquum fuit Iudæis signa quærere, non vt ex visis signis crederent, aut credentes fierent meliores, sed reuera, vt ex ostensis sibi signis aduersum vniuersos homines superbirent, quasi qui soli ex omnibus hominibus signis diuinis digni haberentur. Vnde & per Apostolum Paulū dicitur: Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quęrunt. Vnde & eis à Domino cū graui reprehensione dicitur: Nisi signa & prodigia videritis, nō creditis. Et rursum alibi: Generatio mala & adultera signum quærit, scilicet è sublimi, nempe signum maiestatis, & non dabitur, sed potius castigandis superbis dabitur signum humilitatis, vt tali signo examinati, si hoc signum amplexantes fuerint imitati, adprobentur, si aspernati, cū diabolo & ipsi reprobentur in æternum. H Iudæis antiquū signis gloriari. 1. Cor. 1. Ioan. 4. Matt. 12. Superbis, signum humilitatis, Christus.

Et vtique in signū humilitatis dei filius homo factus positus est, dicente ad pastores angelo nati nuntio Saluatoris: Hoc vobis signum. Inuenietis infantem, pannis involutum, & positum in præsepio. Huc etiam accedit testi- Luc. 2.

moniũ S. Simeonis prophetico ſpiritu futura cernẽtis & dicẽtis: Poſitus eſt hic (vtiq; infans Ieſus dei filius ſaluator mundi) in ſignum. Sed attende quid ſubſequutus adiunxit: In ſignum, inquit, cui contradicetur.

Itaque ſignum maieſtatis è ſublimi petentibus perfidis, ſignum humilitatis, ſignum paupertatis, ſignum deinque infirmitatis & paſſionis, & abiectiſſimæ mortis obtẽditur, tametſi hoc ſigno cæci & omniũ miſerrimi, licet nõ miſerandi, ſe erudiri & tentari non intellexerũt, ſed nec volucrint intelligere.

Circa tertium principale dicitur.

Ipſe autem vt vidit cogitatiões eorũ, dixit:

Hic ponitur calumniæ mendacis abundans confutatio. Vbi duo ſunt notanda. Vnum eſt, ipſa blaſphemantũ iuſtiſſima confutatio. Alterum, iniquæ calumniæ in auctores ſuos retorſio, ibi: Quum immundus ſpiritus.

I Signum diuinitatis. Circa primũ dicit euangeliſta: Ipſe autẽ vt vidit cogitationes eorũ. Hoc eſt euidẽtius ſuæ ſignũ diuinitatis, q̃ vlIere. 17. lum fuiſſet viſibile de cœlo portentũ. Quis enĩ ſcrutat reſnes & corda niſi ſol? Deus? Prauũ, inqt, eſt cor hois & inſcrutabile, qs cognoſcet illud? Ego Dñs ſcrutans corda, &1. Reg. 16. probans renes. Et rurſum alibi: Homo videt ea quę patẽt, Deus autem intuetur cor. Quũ itaq; Phariſæorum hęc cõtra Dominũ cogitatio eſſet irrationabilis, metu multitudinis non audebant hanc diuulgare, ſed tacitam animo Hieron. verſabant. Chriſtus autem non ad dicta, ſed ad cogitata eorum reſpondit, vt vel ſic compellerentur credere potentiæ eius qui cordis cernebat occulta. Hoc enim nec dæmon ipſe, nec aliqua per ſe poteſt creatura. Sed ille ſolus (vt iam dictum eſt) de quo per Apoſtolũ dicitur: Omnia Heb. 4. nuda & aperta ſunt oculis eius, nec eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius.

Porrò Dominus confutaturus tentantes & calumniantes, nequaquam ad hoc ſcripturas allegauit, prout antè fecerat, vbi ſatanam tentantem ſcripturarum telis abegit, ſed potius impias eorum ſuſpitiones, rationibus firmis atque patentibus fortiter infregit, quòd ad ſcripturarum (quas falſo interpretabantur) teſtimonia (vtique in hoc diabolo peiores) non fuiſſent attẽturi. Reſpondẽs ergo ex his quę cõmuniter accidunt, pluribus rationibus ſe non in beelzebub (vt illi blaſphemabant) ſed propriè

diuinita-

diuinitatis virtute eiicere dæmones, manſuetè & patienter oſtendit. Harum rationum prima, talis eſt:

Omne regnũ in ſeipſum diuiſum, deſolabitur, & domus ſupra domũ cadet. Si aũt & ſatanas in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnũ ipſius, quia dicitis in Beelzebub me eiicere dæmonia?

Ratione plana, probat ſe nequaquàm in Beelzebub eiicere dæmonia, dicens: Omne regnum in ſe diuiſum, deſolabitur, iuxta quod per Oſee dicitur: Diuiſum eſt cor eorũ, nunc interibũt. Vnde etiam hoc loco Hiero. poſt Salustium dicit, concordia res paruas creſcere, diſcordia verò etiam maximas quaſq; dilabi. Cuius rei & his temporibus exemplorum plus ſatis conſpicimus. K Regnũ diſcors deſolandum.

Simile aliquid factum fuiſſe temporibus Ioſaphat regis legimus. Quum enim congregati eſſent contra eum in prælium filij Amon, & Moab, & Idumæi, & Ioſaphat inuocaſſet dominum, vertit dominus inſidias eorum in ſemetipſos, filiorum ſcilicet Moab & Amon, & montis Seir, qui egreſſi fuerant vt pugnarent contra Iudam, & percuſſi ſunt. Nam filij Amon & Moab conſurrexerunt aduerſum habitatores montis Seir, vt interficerent & delerent eos. Quum'q; hoc opere perpetraſſent, etiam in ſemetipſos verſi, mutuis concidere vulneribus. Ecce vt eorũ fortitudo per inteſtinam diſcordiã ſoluta, & ad nihilum redacta eſt. Patet ergo veriſſimã eſſe Chriſti propoſitionẽ iſtã: Omne regnũ in ſe diuiſum, deſolabitur, ſed & domus ſupra domum cadet, hoc eſt, diſſentientium pars vna ſuper aliam. Domus enim aut ciuitas ſi fuerit diuiſa, velociter diſſipatur, & etiam regnum, quo tamen nihil eſt validius. Firmat enim & regnũ & domos concordia ciuiũ. 2. Par. 20. Cyril.

Dicat ergo iam Chriſtus: Si ego per dęmonẽ dæmonia eiicio, diſſenſio inter dęmones eſt, & perit virtus eorũ, nec amplius habent in hoc mũdo locũ aduerſariæ poteſtates, quarũ inter ſe bellum, pax hominũ eſt. Vnde ſubdit: Si aũt & ſatanas in ſeipſum diuiſus eſt, quomõ ſtabit regnũ ipſius? Non enim ſatanas ſibiipſi repugnat, nec ſuis nocet ſatellitibus, ſed potius ſtatuit mala cõcordia regnũ ſuũ. Hiero.

Satanas ergo ſatanæ non aduerſatur, vt hunc eiiciat, quin magis alius alium pertinaciter adiuuat in Dęmonum concordia.

malignitate. Alioqui diaboli regnum nequaquàm consisteret, quod falsum esse probatione non indiget. Incessanter enim regnum diaboli Christi regnum impugnat, licet impotenter. Nam (vt ipse ait) portæ inferi non præualebunt aduersus eam, nimirum, ecclesiam Christi. Patet ergo satanæ qualecunq; regnũ & perseuerare & stare, quod sine concordia nequaq̃ posset fieri, quod tamen esset consequens, si quod impudenter & sine ratione dicitis verum esset, quòd videlicet in Beelzebub eiicerem dæmonia. Et hæc prima domini contra calumniatores blasphemos defensio, secundam subdit, dicens:

Mat. 16.

Si autem ego in Beelzebub eiicio dęmonia, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.

Iudęi cur à filiis iudicandi.

Non dicit discipuli mei, tametsi de iis loquatur, sed filij vestri, volens vtiq; eorum permulcere furorem. Iudæi namq; & à Iudeis secundum carnem exorti sunt Christi discipuli, qui potestatem super spiritus immundos à Christo acceperant, & oppressos ab eis in Christi nomine liberabant. Quando ergo (inquit) filij vestri in nomine meo satanam conterunt, quantæ est dementiæ dicere me in virtute Beelzebub eiicere dæmonia?

Beda.

Nec dubitãdum est de aliis hoc eum q̃ de suis dixisse discipulis Iudaici populi filiis. Qui vtiq; domini discipuli bene sibi conscij erant, nihil se malarum artium à bono magistro didicisse, vt & ipsi in principe dæmoniorum eiicerent dæmones. Ideo (inquit) ipsi iudices vestri erunt, in quibus non artificiosa malignitas, sed sancta simplicitas meæ virtutis apparet, ipsi testes mei, iudices erunt vestri. Non tantũ sicut Niniuitę & regina Saba sui comparatione, sed vt adsessores magnifici perfidiæ vestræ iniquitatem iudicantes condemnabunt, iuxta promissum domini, quo ait: Amen dico vobis, q̃ vos qui secuti estis me, in regeneratione quum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel. Coarctat ergo eos interrogatione prudenti, vt confiteantur quòd ipse fecerat, opus esse spiritus sancti. Ac si dicat:

Peruersum de Christo iudiciũ Iudæorum.

Si expulsio dęmonum in filiis vestris, deo nõ dæmonibus deputatur, quare idem in me opus non eandem habeat caussam? Ego enim non minoris sum virtutis q̃ discipuli mei filij vestri, quibus ego dedi virtutem & potestatẽ

super

super omnia dæmonia. Quum ergo vos non ignoretis eos virtute mea dæmones depellere, sed nec vnũ eis impo fueritis q̃ in Beelzebub eiicerent dæmonia, quid vos impellit tam indigna de me & sentire & loqui, nisi ea quæ vos & omne de me iudicium vestrum excæcat & peruertit inuidia? Quòd si non dæmonum sed dei virtute hæc illos agere non diffitemini, quare de me non idem sentitis?

M Falsum esse quod de exorcistis iactatur.

Cæterum, non vero similis eorum esse videtur opinio qui putant per hos Iudæorum filios exorcistas quosdam ex Iudæorũ populo designari, qui per arcana quædam, id est, caracteres quosdam & carmina, quasi à Salomone quondam adinuenta, ab obsessis hominum corporibus dæmonia pellerent. Si enim tales eo tempore fuissent in populo, quid opus erat concurrentes turbas adeò mirari Christum dæmonium eiicientem, vt etiam opinarentur filium esse Dauid, qui hæc posset efficere, id est, nouo miraculo dæmonia eiiceret? Profectò si hoc & alĩ quoque Iudæi possent, non sustinerent pharisæi sine contradictione, hunc filium Dauid putari, quum & alĩ plerique per dictam artem, hoc ipsum possent, qui propter hoc tamen nequaq̃ filĩ Dauid putabantur. Sed nec sustinuissent pharisæi inuidia & odio in Christum indurati, quempiã à dæmonio obsessum hominem, vt liberaretur, ad Christum adduci, qui per tales exorcistas liberari potuisset.

Itaq; Iudæorum iniquissima cogitatione, valida ratione confutata, ex altera parte concludens dominus, ait:

Porro si in digito dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum dei.

N Digit⁹ dei, Exo. 8. Aug.

Nomine digiti dei, dei virtus, & dei spiritus significatur, quomodo & malefici Pharaonis in tertio signo deficientes dicebant, digitus dei est iste, id est, spiritus dei, diuinæq; virtutis manifestatio. Ergo quòd Lucas digitum dei dicit, vbi Matthæus dixit: spiritum dei, ab eadem sententia nõ recedit, quin potius & aliquid docet, vt nouerimus quemadmodum intelligere debeamus vbicunq; scripturarum legerimus, digitum dei.

Dicitur autẽ spiritus sanctus digitus dei, propter partitionem donorũ quæ in eo dantur vnicuiq; propria, siue hominum, siue angelorum. In nullis enim membris nostris magis apparet partitio q̃ in digitis. Igitur manus & brachium, dei filius est, & digitus eius, spiritus sanctus. Per

filium enim pater cuncta operatur. Et sicut digitus nō est alienus à manu, sed ei naturaliter insitus, sic spiritussanctus consubstantialiter connexus est filio, & per eū omnia
Beda. filius operatur. Non tamen te scandalizet membrorū inæqualitas, quum ædificet corporis vnitas.

Itaq; in expulsione dæmonum magnæ gratiæ & virtutis esse spiritussanctus ostenditur. Et ideo sicut rem aliquam digito demonstrare solemus, ita virtutem & omnipotentiam dei, miracula commonstrant & arguunt. Quū autem dicit se Christus in digito dei eiicere dęmonia, hoc non tantum instructionem habet, sed & grauem Iudæorum redargutionem. Quasi diceret eis Christus: Quid cogitatis blasphemātes in cordibus vestris, ꝙ in Beelzebub eiiciam dæmonia, digitus dei est hic, id est, magna & insignis diuinæ virtutis manifestatio, quam & malefici Pharaonis cognouerunt, & vos hanc cognoscere cōtemnitis.

O Cyril. Conuenienter autem subdit inferens: Profectò peruenit in vos regnum dei. Hoc est, Si ego homo existens, in spiritu diuino eiicio dæmones, ditata est humana natura
Ambro. in me, & aduenit regnum dei. Quod dicens, simul etiam
Regnū dei vt in Iudæos peruenit. ostendit imperialem quandam esse spiritussancti potestatem, in quo regnū est dei. Quasi dicat: Quū hactenus abusq; lapsu prothoparentis Adæ vsq; adeo diabolus in mūdo regnauerit, vt etiam homines totos obsideret, nūc tandē me in virtute spiritus dei dęmonia eiiciente, peruenit vtiq; in vos regnum dei, dum pulso diabolo spiritus dei per me regnat in bonis, vt sit in vobis regnum fidei, cuius fidei merito ad regnum tandem perueniatis æternum.

Luc. 3. Hoc regnum & Ioannes & ipse Christus prædicauerant, dicentes: Pœnitentiā agite, adpropinquabit enim regnum cœlorum. Vbi etiam mira Christi elucet benignitas Iudęos ad fidem inducentis, & nē diuinæ virtutis opera diabolo attribuerent, ac si diceret: Quur aduersus salutem vestram repugnatis, quur miracula quæ in commodū vestrum facio contemnitis? Ecce si in digito dei eiicio dęmonia, iam nunc in vos peruenit regnum dei, iam præsto vobis adest illa gratia, quam tantopere tot retro seculis patres vestri summis votis exoptarunt. Itaq; contra salutem vestram nolite contendere, nolite malignari, ne fitis ipsi vobis contrarij, dei regno (cui & dæmones cedere coguntur) impotenter & vestram ad pernitiem repugnantes.

Proinde

Proinde dominus tertia ratione adducta, conuincit pharisæos, manifeste ostendens, dæmonibus eiiciendis nullatenus se Beelzebub indigere præsidio, nempe qui hunc fortior deuictum superauerit. Vnde subditur:

Quum fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.

Quia necessarium erat diuersis rationibus detrahentium impia refellere mendacia, vtitur nunc dominus exemplo manifestissimo, quo demonstrat volentibus intueri, quòd huius seculi principem insita sibi virtute superauit, dicẽs: Quum fortis armatus custodit atrium suum. Fortem vocat diabolum, innuens antiquam eius tyrannidem, quam ignauia nostra fortem effecit. Erat enim ante saluatoris aduentum violentia multa rapiens alienos greges (scilicet dei) & quasi ad proprium ducebat ouile. P Chry. Fortis armatus. Cyril.

Atrium verò illius, mundum qui in maligno positus est, dominus appellat, in quo vsq; ad saluatoris aduentum malè pacato potiebatur imperio, quia in cordibus infidelium sine vlla contradictione quiescebat. Vnde & alibi princeps mundi vocatur, dicente domino: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquàm. Et iterum: Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. De qua eiectione benè subiungitur: Beda. Atrium & pax diaboli. Ioan. 12.

Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. De seipso quippe loquitur, quòd non concordi fallax operatione, quemadmodum calumniabantur, sed fortiori potentia victor, homines à diabolo liberaret.

Arma in quibus ille fortis confidebat, astutiæ dolíq; sunt nequitiæ spiritualis. Spolia verò eius, ipsi homines ab eo decepti, quæ victor CHRISTVS distribuit, quod est insigne triumphantis, qui captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, quosdam quidem Apostolos, alios verò Euangelistas, hos Prophetas, illos in pastores ordinans & doctores. Arma diaboli & spolia. Ephe. 4.

Porrò,

Pax diabo li qualis.

Porrò, quòd dictum est, in pace fuisse omnia quæ antè diabolus possederat, de ea intelligendum est pace, de qua per Christum in Euangelio dicitur: Non veni pacem mittere, sed gladium. Est enim & pax mala, & bellum bonum. Bellum enim per Christum immissum est bonum, vt rumperetur pax mala. Mala est pax coniurantiũ aduersus ecclesiam catholicam. Mala est pax eorum qui priorũ omnium cœtum exosum habentes, conuenientes aduersus dominum, & aduersus christum eius dicunt: Venite, disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltrà.

Mat. 10.

Hiero.

Psal.

Est itaq; sententiæ summa, vt manifestum sit Christũ non in diaboli, sed in virtute dei signa facere, quandoquidem ea ipse esset potestate, vt etiam ipsum diabolum vinceret ac superaret. Spolia (inquit) ei? distribuet. Qui enim dudum irretiti fuerant ab eo in ignorantiæ dei errorem, per sanctos Apostolos euocati sunt ad notitiam veritatis, & oblati sunt deo patri per fidem in Iesum Christum filium eius.

Cyril.

Quarto, probat dominus in eiiciendis dæmonibus nequaq; se Beelzebub indigere suffragiis, quũ subdit, dicẽs:

Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit.

Q. Christi & diaboli ops cõtraria.

Quasi dicat Ego illius opera egeo minimè, qui mihi totis studiis aduersatur. Diabolus autem est eiusmodi, quod per hoc patet, quia ego colligo, ille dispergit. Ego colligo in fidei vnitatem, ille per sectas & schismata, per odia & simultates, vnitos dispergit.

Ioan. 11.

Sanè diabolus lupus est qui rapit & dispergit oues. Iesus aũt moriturus erat (inquit Euangelista) pro gente, & non tantum pro gente (scilicet Iudæorum) sed etiam, vt filios dei, qui erant dispersi, congregaret in vnũ. Puta Christum dicere: Ego volo homines offerre deo, satanas conatur auferre. Qui ergo fieri posset, vt qui mihi non cooperatur, sed dissipat quæ mea sunt, tam consentaneus mihi fieret, vt vnà mecum eiiceret dæmones? Et quum ille à me collectos satagat dispergere, qui fieri posset, vt is qui mihi refragatur satanas, eiiciendis spiritibus immundis virtutem mihi subministret?

Chry.

Qui non est mecum, contra me est. Nihil hic medij. Necesse est enim vt vel deo coniunctus quisq; sit, vel cõtra

Deum

Deum à parte ſtet diaboli. Itaq; quum diabolus vniuerſumq; ſatellitium eius cũ domino nequaquã eſſent, contra eum fuiſſe certum eſt. quandoquidem (vt iam dictum eſt) ipſa opera diaboli operib⁹ Chriſti aduerſentur. Diabolus enim damnationẽ vult animarũ, Chriſt⁹ liberationem & ſalutem. Ille prædicat idôla, hic vnius Dei veri notitiam: ille trahit ad vitia, hic ad virtutes reuocat. Quomodo ergo poſſent inter ſe habere cõcordiam, quorum opera tam diuerſa ſunt? Quid itaq; ſuſpicamini in Beelzebub eiicere me dæmonia, quum ille mihi in omnibus contrarius, opera quoq; mea diſpergat? Hierony.

Et licet verba hęc Dominus præcipue contra diabolũ dixerit, poſſunt tamen de membris ipſius, ſchiſmaticis & hæreticis intelligi, qui quoniam à parte Chriſti non ſtant, cũ diabolo & pro eo & ſtare & cadere conuincuntur. Nutriunt enim odia, ſeminãt diſcordias, iurgia miſcent, commouent ſeditiones, cõſtituunt ſectas, parãt rebellionem. Nulla enim vnquam hæreſis abſque ſeditionibus & bello concitatur. R Qui non Chriſti, diaboli ſatellitium eſt,

Porrò hi qui ſe neutrales eſſe volunt, hoc Chriſti verbo conuincũtur neutrales eſſe nõ poſſe. Si enim cũ eccleſia catholica pro domino aduerſum eos nõ ſtant, pro diaboli parte contra dominũ eos ſtare manifeſtum eſt. Qui enim non colligit cum eo, vtiq; diſpergit. Proinde vel hoc vno (& quidem argumento certiſſimo) diſcernitur eccleſia catholica à conuenticulis hæreticorũ, videlicet, q̃ vnica eſt, & nõ niſi in vnitate cõſiſtit, vbi ſectas hæreticorũ (vtiq; ſynagogas ſatanæ) ſciſſas diſperſasq; & ſibi contrarias, ac in partes varias conſtat eſſe diuiſas. Eccleſia, & cõuenticula ſic differũt,

Circa ſecundum, quod eſt iniquæ calumniæ in authores ſuos retorſio, ſubditur in litera:

Quum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem. Et non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui.

Poſtquam Dominus iniquam & falſam phariſæorum calumniam iuſtis ac manifeſtis rationibus à ſe reiecit, nũc oſtẽdit vnde hoc illis cõtigit vt ad tã indignas de ipſo cogitationes laberẽtur, dicẽs: Quum immũdus ſpiritus exierit ab hoĩe, ambulat per loca inaquoſa quærẽs requiem. S

Quod

Cyrill. Mat. 12 Iudæos habuisse dæmonium.

Quod enim exemplũ hoc ad Iudæos spectet, Matthæus expressit dicẽs: Sic erit generationi huic pessimæ. Quãdiu enim erant in Ægypto viuentes ritu Ægyptiorũ, habitabat in eis per idolatriam spiritus immundus, qui expulsus est ab eis quãdo mactauerunt agnũ in figura CHRISTI, & liniti sunt eius sanguine, & sic euitauerunt angelum exterminatorẽ. Itaq; in vno hoie à quo immundus exiit spiritus, totius populi Iudaici comparatio est, à quo spiritus ipse malignus (modo quo dictum est, & etiam per legem acceptam) exierat. Sed quia in gentibus, quorum corda prius quasi loca arida erant, quæ postea per baptismum rore spiritus humescebãt, propter iam susceptam fidem Christi, requiem diabolus reperire non potuit (immundis enim spiritibus Christus incendium est) regressus est ad plebem Iudęorũ, hos deterius q̃ vnquam ante possessurus. Itaq; ipso impulsore Iudæi Christũ falsis contumeliis blasphemabãt dicentes eum habere Beelzebub, & immundorũ spirituum captare præsidia. Quã falsam calumniam verissima ratione in eos retorquet, dũ hos à diabolo septuplo q̃ olim ostendit occupatos.

Ambro.

Hæretic⁹, diaboli receptaculum.

Quod etiam nõ incongrue secundũ Bedã de hęretico quolibet vel schismatico, vel etiã malo catholico potest intelligi. De quo, tẽpore baptismatis spirit⁹ immũdus qui in eo prius habitauerat, ad cõfessionẽ catholicę fidei abrenũtiationem q; mũdanę cõuersationis eiicitur, loca q; in quo sa peragret. i. corda fidelium, q̃ à mollitie fluxæ cogitationis expurgata sunt, callidus tentator explorat, si quos ibi fortè nequitiæ gressus figere possit.

Et bene dicitur: Quærens requiem & non inueniens, quia castas mentes effugiẽs, in solo diabolus corde prauorum gratã sibi potest inuenire quietem. Vnde & de illo in Iob Dominus loquitur dicens:

Iob. 40 Cubile diaboli

Sub vmbra dormit, in secreto calami, in locis humẽtibus. Protegũt vmbræ vmbrã eius. Ecce diaboli cubile. In vmbra (inquit) dormit, vbi videlicet sol iustitiæ gratię suę radiis minime lucet. In secreto calami, hoc est, in hypocrisis & fictis, peccata q; sua celãtib⁹, sanctitate & virtute more calami vacuis, & cõtra vim tentationis fragilibus. In locis humentibus, id est, hominibus carnali voluptate defluentibus. Protegunt vmbræ vmbrã eius, videlicet, quando carnales & praui homines, similium sibi peccata, vel cooperiunt, vel excusant, vel etiam defendunt.

Reuer

Reuertar, inquit, in domũ meam, vnde exiui. Hoc est, Abibo ad Iudæos quos antè dimiserã. Sed & nobis quoque timendus est iste versiculus, potius q̃ exponendus, ne culpam quã in nobis extinctam credebam⁹, per incuriam etiam nos vacantes opprimat. Sequitur: Beda.

Et quum venerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc vadit & adsumit septem alios spiritus secũ nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius, peiora prioribus.

Apud Matthæum scriptũ habes: Et veniẽs inuenit vacantẽ scopis mundatã & ornatam. Vbi Hiero. Vacabat templũ Iudæorũ, & Christũ hospitẽ non habebat, dicentẽ: Surgite eamus hinc. Et in alio loco: Relinquetur vobis domus vestea deserta. Quia igitur & Dei & angelorũ præsidia non habebant, & ornati erãt superfluis obseruationibus legis, & traditionib⁹ Pharisæorũ, reuertitur diabolus ad sedem suam priorem, & septenario sibi dæmonũ numero addito, habitat pristinã domum. Et fiunt illius populi nouissima peiora prioribus. Multo enim nunc maiori numero dæmonũ possidẽtur blasphemãtes in synagogis suis Christũ IESVM, q̃ in Ægypto possessi fuerãt ante legis notitiam. Quia aliud est venturum non credere, aliud eum nõ suscepisse qui venerit. Vnde Chrysostomus: Prius aderat eis diuina prouisio, & gratia spũssancti, nũc verò etiã hac cura priuãtur. Propter quod eis nũc, & virtutis maior penuria, & ærumna intẽsior, & dæmonum exactio sæuior. T Ioan. 14. Mat. 23 Iudęi, dom⁹ vacans.

Porrò si hæc ad eos qui intra ecclesiam catholicã esse censentur referre voluerimus, facile est intelligere, quia quum ad cuiuspiam Chrũ animi domum immundus spiritus venerit, inuenit scopis mũdatam, hoc est gratia baptismatis à peccatorum labe castigatã, sed nulla boni operis industria cumulatam. Vnde bene Matthæus hanc domũ vacantem, scopis mundatã, atq; ornatam dicit inuentam, mundatã scilicet à vitiis pristinis per Dei gratiam, vacantem à bonis actibus per negligentiam, ornatam simulatis virtutibus per hypocrisim. Beda. Recidiuũ grauitas.

Et tunc vadit & adsumit septem alios spirit⁹ nequiores se, & ingressi habitant ibi. Per septem alios spiritus vniuersa vitia designat. Quemcunq; enim post baptisma, siue

siue prauitas hæretica, seu humana cupiditas adripuerit, mox omnium prosternet in ima vitiorum. Vnde rectè ne quiores tunc eum spiritus dicuntur ingressi, quia non solum habebit illa septem vitia, quæ septem spiritualibus cõtraria sunt virtutibus, sed & per hypocrisim, ipsas se virtutes habere simulabit.

Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

2. Pet. 2 Melius erat enĩ viam veritatis non agnoscere, q̃ post agnitam retrorsum conuerti. Quod in Iuda traditore, vel in Simone mago, cæterisq; talibus specialiter legitur impletum. Si enim illustrati, & à pristinis malis remoti denuo redimus ad eandem nequitiam, grauior deinceps erit pœna sequentium peccatorum.

Chryso.

Circa quartum principale dicitur:

Factum est autem quum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.

V Hic ponitur piæ mulieris cõfessione digna Christi laudatio. Vbi duo notantur. Vnum est, piæ laudis per mulierẽ confessio. Alterum, deuotę confessionis per Christum ad probatio, ibi: At ille dixit.

Circa primũ dicit Euangelista: Factum est autẽ quum hæc diceret, rationabiliter & manifestè pharisæos calumniatores conuincẽs, vt mulier quędam à laude se cõtinere nõ sustinens, de medio turbarũ in Christi præconium vocem extollens, clamaret: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Vbi Beda:

Mira mulieris fides.

Magnæ deuotionis & fidei mulier hæc ostẽditur, quę scribis & pharisæis dominũ tentantibus, simul & blasphemantibus, tanta eius incarnationẽ præ omnibus synceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, vt & præsentium proteruam calumniam, & futurorũ confundat hæreticorum perfidiam. Nam sicut tunc Iudæi sancti spiritus opera blasphemando, verum consubstantialemq; patri filium negabant, sic hæretici postea negando Mariam semper virginem sancti spiritus operãte virtute nascituro ex humanis membris vnigenito Deo carnis suæ materiam ministrasse, verũ consubstantialemq; matri filium hominis fateri non debere dixerunt.

Vera christi probat humanitas.

Sed si

Sed ſi caro verbi Dei ſecundum carnẽ naſcentis, à carne virginis matris pronũtiatur extranea, ſine cauſſa vẽter qui eum portaſſet, & vbera q̃ lactaſſent beatificãtur. Quæ enim cõſequentia, vt eius lacte credatur nutritus, cuius ſemine negatur eſſe cõceptus, quum ex vnius eiuſdemq; fontis origine ſecundũ Phyſicos vterque liquor emanare putetur? Niſi fortè putanda eſt virgo ſementinã ſuæ carnis materiam, nutriendo in carne Dei filio ſuggerere potuiſſe, incarnando autem quaſi maiore & inuſitatiore miraculo, minime potuiſſe.

Gal.

Sed huic opinioni obſtat Apoſtolus dicẽs, quia miſit Deus filium ſuum factũ ex muliere, factũ ſub lege. Neque enim audiendi ſunt qui legendũ putant, natum ex mulie-re, ſed non, factũ ex muliere, quia conceptus in vtero virginali, carnẽ non de nihilo, non aliunde, ſed materna traxit ex carne. Alioqui nec verè filius hoĩs diceretur, qui originẽ non haberet ex hoĩe. Et nos igitur his cõtra Euthicẽ dictis, extollamus vocẽ cum eccleſia catholica (cuius hæc mulier typũ geſſit) extollamus & mentẽ de medio turbarum, dicamusq; ſaluatori: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Et verè vt quidam ait, beata parẽs, quæ

Error temerariorũ confutatur.

Sedulius.

enixa eſt puerpera regem,

Qui cœlum terramq; regit per ſecula, cuius
Numen ab æterno complectens omnia gyro,
Imperium ſine fine manet, quæ ventre beato
Gaudia matris habens cum virginitatis honore,
Nec primam ſimilem viſa eſt nec habere ſequentem.

Circa ſecundũ, quod eſt, deuotæ confeſſionis per Chriſtũ adprobatio, ſubditur in litera:

At ille dixit: Quinimo, beati qui audiũt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

X Chryſoſt. Nota.

Hoc nõ fuit reſponſum, quaſi repudiantis matrẽ, ſed oſtendentis q̃ nihil ei partus profuiſſet, niſi valde bona & fidelis fuiſſet. Quòd ſi Mariæ nõ proderat ſine virtutibus animi Chriſtum ab ea ortũ traxiſſe, multo minus nobis, ſiue patrẽ, ſiue fratrẽ, ſiue filium virtuoſum habeamus, & interim ab illius abſiſtamus virtute, prodeſſe valebit.

Beda. Spiritualiter Chriſtũ cõcipe & parere

Cæterum, pulchre ſaluator adteſtationi mulieris adnuit, etiam addens non eam tantũmodo beatam quæ verbũ Dei corporaliter generare meruerat, ſed & omnes qui idem verbum ſpiritualiter auditu fidei cõcipere, & boni

operis custodia, vel in suo, vel in proximorũ corde parere, & quasi alere studuerint, adseuerat esse beatos. Quia & eadem Dei genitrix & inde quidẽ beata, quia verbi incarnãdi ministra facta est tẽporalis, sed inde multo beatior, quia eiusdem verbi semper amandi, custos manebat æterna. Qua sententia sapientes Iudæorum clàm percutit, qui verbum Dei nõ audire & custodire, sed negare & blasphemare quærebant.

Et est sensus: Vtiq; beatus est venter qui me portauit, & quæ suxi vbera, vti confiteris, sunt beata. Nihilominus tamen & hi beati sunt & felices, qui Dei verbum & audiunt, & custodiunt, ne veniens diabolus tollat verbum de corde eorum, ne per illud salui fiant. Nec tamen propter hoc beatiores, vel æquè beati sunt etiam sancti qui verbũ Dei & audierũt & custodierunt vti electa CHRISTI genitrix Maria, quæ & Dei verbum de se incarnatum virginali gestauit in vtero, & nihilominus cœlestis verbi mysteria quæ auditu fideli perceperat, mente memori conseruans, pio iugiter versabat in animo. Vnde & beatus Lucas in Euangelio perhibet dicens: Maria autem conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Luc. 2.

Dominica quarta in quadragesima.

Legẽ



Abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. Ioan. 6.

In sancta præsentis Euãgelij lectione quatuor sunt cõsideranda. Primũ est, multitudinis turbarum post Christum concursio. Secundũ est, de concurrente multitudine pia Christi solicitudo, ibi: Quum subleuasset ergo. Tertium est, esurientium multitudinis miranda refectio, ibi: Dicit ergo Iesus. Quartum est, diuinæ virtutis signo, notanda cõsequutio, ibi: Vt autem.

Circa

Circa primum tria notantur. Primũ est, Christi per mare Galilææ nauigatio. Secundum est, Ingentis turbæ post Christũ profectio, ibi: Et sequebatur eum. Tertium est, Loci & tẽporis notanda designatio, ibi: Subiit ergo.

Circa primum dicitur: Abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis. Vnde autem, vel quò, vel quur abierit, & quę sequuntur fecerit, Matthæus patefacit. videlicet primũ Vnde abierit, quia de patria sua Nazareth, vbi nõ fecit virtutes multas, propter incredulitatẽ illorum. A Mat. 13

Quur autem inde abiit, nisi quia scandalizabãtur in eo. Dicebant enim: Nónne hic est fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas, & sorores eius, nónne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Mare Galilææ cur abiens trãsiit.

Herodes quoque Tetrarcha fama eius audita, Hic est, inquit, Ioãnes baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. propter hæc à patria sua discedens, abiit trans mare Galilææ quod est Tiberiadis.

Secundum Lucam verò: Reuersi iam Apostoli narrauerant Domino quæcunq; fecerant, nec ea solũ, sed etiam quæ Ioannes, eis in docendo occupatis, sit passus, vel Christi, vel eiusdem Ioannis discipuli ei renuntiant, sicut Matthæus insinuat. Vnde quod apud Lucam scribitur: Et adsumptis illis secessit seorsum in locũ desertũ, qui est Bethsaidæ, non timore mortis egit, vt quidam arbitrantur, sed parcẽs inimicis suis ne homicidio homicidium iungerẽt, simul & oportunum suæ passionis tempus expectans. Luc. 9. Beda.

Nam plusquam anni spatio Ioannis & Domini passiones distare qui diligenter Euangelia legerit, inueniet. Sic quidem miraculũ panum dominus tribus cõsentientibus Euangelistis mox post decollationem Ioannis impleuit. Vnde colligitur Ioannem imminente eadem festiuitate paschali fuisse decollatum. & anno post hunc sequente, quum denuo paschale tempus rediret, mysterium Dominicæ passionis esse completum. Passiones Christi & Ioãnis quãtum distãt. Nota.

Et propterea quod in martyrologio (quod Eusebij & Hieronymi vocabulis insignitum est) legitur, quarto Calendas Septẽbris, in Emisa ciuitate Phœniciæ prouinciæ, natale Ioannis baptistę die quo decollatus est, nõ speciali ter ipsum diem decollationis eius, sed diem potius quo caput eius in eadẽ Emisa ciuitate repertũ, atq; in ecclesia est conditum, designat. De quo plenius apud Bedã reperies.

Beda. B Porrò iuxta historiam, notandũ est ꝙ mare Galilææ (quod multis pro diuersitate circumiacentium regionum vocabulis distinguitur) illis tantũ in locis Tiberiadis vocatur, vbi Tiberiadi adiacet ciuitati. Siquidem influente Iordane, duo de viginti passuum milib⁹ in longũ, & quinque extenditur in latum.

Itaq; quod accepto de nece Ioannis nuntio Christus iuxta Marcũ dixit discipulis: Venite seorsum in desertum locũ, & requiescite pusillum, & cætera, caussa requietionis ipsorũ hoc fecit. Erant enim qui veniebant & redibãt multi, & nec manducandi spatium habebant.

Felicitas temporis Vbi magna tẽporis illius felicitas de labore simul & docentium & discentium studio demonstratur, quæ vtinã nostro in æuo rediret, vt tanta ministris verbi frequentia fidelium insistat auditorũ, quæ nec liberũ eis curandi corporis spatium cõcedat. Nam quibus necessaria curãdi corporis hora negatur, quãto minus illecebris animę siue carnis studendi facultas adest? Quin potius à quibus verbũ fidei & salutare ministerium oportunè importunè exigitur, horũ animus cõsequenter ad agenda semper & cogitãda cœlestia succenditur, ne ea quæ verbis docẽt, factis impugnent. Quod ergo hic dicitur: Abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis, hoc ipsum est, ꝙd apud Marcum post præmissa subditur: Et ascendẽtes in nauem abierunt in desertum locũ seorsum. Non discipuli soli, sed assumpto Domino ascenderunt in nauem, & locum petiere desertum, vt Matthæus apertè demonstrat. Et viderũt, inquit Marcus, eos abeuntes, & cognouerunt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos.

Marc. 6 Cap. 14

C Dum pedestres eos præuenisse dicuntur, ostenditur ꝙ non in aliam maris siue Iordanis ripam nauigio peruenerunt discipuli cum dño, sed transito naui aliquo freti aut stagni sinu, proxima eiusdem regionis loca adierunt, quo etiam indigenæ pedestres peruenire potuerunt.

Rupertus. Chrũs à Iudęis vt adgẽtes transit. Sed mysteria sunt hic nonnulla requirenda. Abiit, inquit, Iesus. Ecce palàm est quia abiit, quia reliquit domũ suam, dimisit hæreditatẽ suam. Reliquit enim domesticos suæ carnis, falsos & semetipsos fallentes Moysi discipulos, quibus antè dixerat: Si literis illius non creditis, quo modo verbis meis credetis? Et longe abiit, ad suscitandos mortuos quos voluit, nempe ad suscitandos de lapidibus, id est

Iere. 12 Ioan. 5

id est gentibus, filios Abrahæ, ad dandum cibũ & vitã om-
nibus à quibus æquè vt patrẽ se nouit honorificandum.

Abiit trans mare Galilææ, id est, transmigrauit amara via & nauigatione difficili, scilicet, portatus ligno crucis, qua tamen triumphauit omnes fluctus suæ passionis, quod videlicet mare est Tiberiadis, quia (quod omnibus notum est) passus est sub Pontio Pilato prẽside Tiberij Cæsaris, nobisq; (magnæ gentilium multitudini) eiusdem crucis nauigium ad sequenda vestigia sua dereliquit. Vnde ipse ait: Qui vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Mat. 16

Circa secundum, quod est, ingentis turbæ post Christum profectio, subditur:

Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur.

Apud Lucã scriptum est: Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Spiritualiter verò abeuntem per mare Iesum multitudo maxima sequebatur, quę doctrinæ, sanationis & refectionis ab eo cœlestis, summa munera perciperet, quia priusquã Dominus in carne appareret, solum illum gens Iudæa sequebatur credendo. D Luc. 6 Beda. Turba cur Christũ sequitur.

Postquã verò per incarnationis suæ dispensationẽ fluctus vitę corruptibilis adiit, calcauit, trãsiit, maxima mox eum multitudo credentium sequuta est nationũ, spiritualiter instrui, sanari, ac satiari desiderans, & deprecans cum Psalmista: Domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam. Miserere mei domine quoniam infirmus sum, sana me domine quoniam cõturbata sunt oĩa ossa mea. Et iterũ de fiducia consequendi ab eo necessarĩ alimenti. Iacta, inquit, cogitatũ tuum in domino, & ipse te enutriet.

Circa tertium, quod est, tam loci quàm temporis notanda designatio, subditur:

Subiit ergo in montem IESVS, & ibi sedebat cum discipulis suis.

Ergo, inquit, quia trans mare abiit, idcirco ipse quoque in montem subiit, quia videlicet propter hoc illum Deus exaltauit, quia factus est obediẽs vsque ad mortem, mortem autem crucis, & idcirco super omnes cœlos cœlorum caput ex Rupertus. Futurę chrĩ glorię typũ. Phil. 2.

put exaltauit, quia de torrente passionis in via bibit.

Et ibi, inquit, sedebat cum discipulis suis, proculdubio in magna solēnitate contēplationis, habēs coram se opus suum, & religioso corporis habitu exprimens præparationem gloriæ & honoris, in quo sedere habebat in dextera maiestatis in excelsis, & q̄, vbi foret ipse, illic essent simul & discipuli sui. Si enim oīs vita sapientis meditatio mortis est, quum tamen nesciat homo finem suum, quantomagis ipse qui nouerat, & pro suo arbitrio disponebat cursum & finem suum, quem latere non poterat quæ vtilitas foret in sanguine passionis suæ, cunctas humanitatis suæ vias, secundum eundem finem suum coram se habebat? Porrò q̄ congruo tempore sic procederet, Euangelista pulchrè innuit ita subiungens:

Erat autem proximum pascha, dies festus Iudæorum.

Mortis christi tempus.

E Festo quippe Iudæorū die qui dicitur pascha, id est transitus, quādo agnus brutus in figura huius veri & rationalis agni, immolabatur, & cuius sanguine postes consecrabantur, & sic transitus filiorū Israel per mare rubrum, celebrabatur, tenendus erat hic idem dñs, & oībus sequentibus se viam maris rubri, id est, baptismi per mortē suam paraturus, & omnia quæ nunc tā miraculo panum q̄ sermone cōmendat, in semetipso completurus.

Christ⁹ cur defuit solēnitati.

Quærat forsan aliquis, quur iam hoc tempore à Ieru salem secessit Dominus, quo Iudæis illuc conuenire per legem præcipiebatur. Sed sciendum est ab hac lege exceptos fuisse non modo valetudinarios & infirmos, sed eos etiam qui graues illic & periculosas habebāt inimicitias, & hac ratione CHRISTVM, cui in Ierosolymis pharisæi mortem intentabant, ab hoc legis præcepto fuisse exceptum.

Ad hæc quoq;, quāuis dñs venisset legem spiritualiter implere, attamen hanc tanquam legis dñs ad literā interdum soluebat. Vnde Theophilactus:

Quia enim Iudæi CHRISTVM persequebantur, occasionem recessus accipiens, legem excluſit, innuens obseruantibus quòd veritate aduenīente, cessat omnis figura, & q̄ legibus ipse non subiicitur, vt legalia festa perficiat. Et hoc attende, q̄ non erat festum CHRISTI, sed Iudæorum.

Proinde

Proinde legem seruans, hominem se esse demonstrat, verum hanc soluens, plus quàm hominem, nempe deum.

Cæterum paschale tempus patrando mox miraculo valde congruebat. Siquidem corporalis hæc refectio turbis esurientibus à CHRISTO exhibita, typus erat exhibendi fidelibus in eadem solennitate futuris temporibus, suæ sacrosanctæ mensæ conuiuij, vbi sub velamine panis & vini, ipse CHRISTVS æterne vitæ cibus est & potus. Vnde & post hoc præsens multiplicationis panum miraculum, de mysterijs tanti tamq; salubris sacramenti prolixo gratiæ suæ sermone differere dignatus est.

F Panũ miraculo congruũ tempus.

Bene ergo facer Euangelista miraculum hoc, tanti mysterij tantæq; gratiæ exhibendæ typum, descripturus ait: Erat proximum pascha. Non enim in longinquum differendum, sed post annum futurum erat, vt (sicut dictum est) mare Galilææ, id est, amaritudinem iniret transmigrationis suæ, (Galilæa enim transmigratio interpretatur) videlicet transeundo ex hoc mundo ad patrem per amaram passionis & mortis tribulationem, ac deinde se per fidem sequentes turbas populorum secundum animã refecturus erat sanctarum cibarijs scripturarum, simulq; secundum corpus & animam, vt vtrumq; vitam haberet, daturus in escam necessarium corporis & sanguinis sui sacramentum. Hoc (inquam) manifestè præsenti facto prophetauit. Vnde constat homines istos tanto miraculo refectos, non à semetipsis, sed nutu diuino dixisse, quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum, ipsumq; Euangelistam hoc ipsum intendere, quum præmittit (vt iam dictum est) Erat autem proximum pascha dies festus Iudæorum. Quia videlicet in paschali solennitate transeundo (vt dictum est) ex hoc mundo ad patrem, relicturus erat nobis sequentibus se in escam & potum corpus suum & sanguinem. Vnde etiam non sine caussa hoc vnum tantum & solum miraculum de omnibus quæ ab aliis Euangelistis descripta sunt miraculis, ab hoc Euangelista iteratum est.

Ruper.

Circa secundum principale dicitur:

Quum subleuasset ergo oculos Iesus.

G Hic ponitur de concurrente multitudine reficienda. Christi pia sollicitudo. Vbi tria notantur. Primum est, benigna domini oculorum subleuatio. Secundum est, eius quæ conuenerat multitudinis contemplatio. Ibi: Et vidisset. Tertium est, dispensatiua discipulorum de pascendis turbis consultatio. Ibi: Dicit ad Philippum.

Pauper. Oculorum Iesu piasub leuatio. Circa primum dicit: Quum subleuasset ergo oculos Iesus. Vt interpositæ coniunctionis istius, ergo, (quæ vtiq; est nota illationis) vim teneas, illud memoriter scien dum est, q; idcirco & mare transierit, & subierit in montẽ, vt turbæ sequerentur, imò idcirco mortis amaritudinem passus sit, & in cœlum ascenderit, vt nos eius vestigia sequentes, ad thronum gratiæ per ipsum fiducialiter accederemus.

Quum subleuasset (inquit) oculos. Subleuati oculi Iesu, fenestræ salutis, & patentes misericordię ianuæ sunt, per quas gratia & misericordia emittitur. Nam subleuatio oculorum Iesu, præsens miserorũ compassio est. Quõ contrà Psalmista de his quorum viscera crudelia misereri

Psal. nesciunt & parcere nolunt, ait: Oculos suos statuerũt declinare in terram. Et quidem peccata patrum nostrorum, qui peccauerunt, & nõ sunt (quorum nos iniquitates portauimus) hoc merebantur, vt Iesus oculos suos in iram iustè depressos, minimè subleuaret. Verum extra debitum iustitiæ misericorditer de nobis recogitans, quum esset in sinu patris, prospexit de excelso sancto suo, & postmodũ cœlo denuo receptus, aspecturus erat de cœlo in terrã, vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum. Vnde & alibi Psalmista: Oculi (inquit) eius super gentes respiciunt.

H Oculus qñ subleuãd⁹. Notandum est autem Christum (Euangelio testante) tribus vicibus oculos subleuasse, videlicet, Primo, dum erat turbam esurientem cibo refecturus, prout præsentis Euangelij lectio testatur, suo nos docẽs exemplo, vt à paupere & inope oculos nõ auertamus. Nam (vt ait Ambro.) nihil grauiꝰ, q̃ vt pauperes fratres superbo oculo despiciamus. Vnde & Tobias filium instituens: Ne auertas (inquit) faciem tuam ab vllo paupere, ita enim fiet vt nec à

Tob. 4. te auertatur facies domini.

Secũdo, reperimus Christum oculos subleuasse dum erat miracula facturus. Vnde quum esset quatriduo mortuum suscitaturus, eleuatis sursum oculis gratias agebat

patri

patri, iuxta quod in Euangelio dicitur: Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Vtiq; nos docens, vt in operibus bonis intentionem nostrã in deum eleuemus. Attende similitudinẽ: Ioan.11.

Emissurus quispiã spiculum ẽ balista, sinistro clauso, solo dextro oculo rem in quam hoc dirigit, intuetur. Stultus esset, qui ad nullam rem certam, sed in incertum, & (vt dicunt) vacuum per inane sagittam emitteret. Quisquis ergo in opere bono deo placere desiderat, sinistræ intentionis oculo clauso, solum deũ proponat in cõspectu suo. Oculꝰ sinister claudẽdus.

Perdunt plerique bona quæ agunt, vel quia nullam in his habent deo placendi intentionem, vel quia intentionem habent iniquam, quia videlicet opera sua bona in finem referunt qui non est secundum deum, quomodo faciebant pharisæi ieiunantes, vel eleemosynam facientes, vel etiam orantes. De quibus dominus loquitur, dicens: Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Mat.6. Mat.23.

His erutus est à diabolo oculus dexter, vt sic ei fœderentur. Quomodo Naas Amonites cum habitatoribus Iabes Galaad fœdus inire præsto fuit. Illis enim roganti- 1.Re.11.
bus pacem, & dicentibus: Habeto nos confœderatos, & seruiemus tibi, ipse respondit: In hoc feriam vobiscũ fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamq; vos opprobrium in vniuerso Israel.

Debemus aũt piæ intentionis oculum ad deum eleuare, & *in initio* boni operis, & in medio, & in fine. In initio, vt per gratiam sanctiſpiritus nobis dignetur cooperari, quia sine me (inquit) nihil potestis facere. Et vnde per Apostolum dicitur: Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Omne enim quod bonum est, ab illo est, qui solus est bonus. Eleuare ergo debemus ad eum supplices in boni operis *initio oculum intentionis piæ*, quia ipse est qui operatur *in nobis & velle*, & perficere pro bona voluntate. I Oculus dexter quãdo aperiendꝰ. Ioan.15. 2.Cor.3. Phil.2.

Item & *in medio* boni operis debemus oculũ hũc ad deum eleuare, ne diabolus insidians, vel in progressu illud impediat, vel inficiat per inanem gloriam. In fine nihilominus sanctæ intentionis ad deum eleuare oculum oportet, ne videlicet homo bonum opus ad finem vsq; nõ perducat. Ipse enim diabolus est ille Ægypti tyrannus, qui Israelitici germinis paruulos iubet necari. Itaq; leuatis ad deum (vt dictum est) oculis supplicare debemus, vt det no-

bis feruẽter velle, sincerè progredi, & perseuerare cõstãter.

Tertio subleuasse legimus Christum oculos, quando patrem erat oraturus. Vnde in Euangelio scriptum est:
Ioan.17. Subleuatis Iesus oculis in cœlum, dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, nobis vtiq; in exemplum, vt & ipsi orantes interiorẽ mentis intuitum dirigamus ad Deum, iuxta quod per Psalmistam dicitur: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Et sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominũ deum nostrum, donec misereatur nostri.

Porrò oculi exteriores inter orandum potius sunt deprimendi, quum propter multa, tum propter humilitatem & culpæ verecundiam, exemplo publicani qui ore
Luc.18. Christi commendatur in Euangelio, quòd à longè stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Tum vt vanitatibus cohibeantur, iuxta quod Psalmista precatur, dicens: Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Mentales autem oculi (vt dictum est) in deum sunt per intentionem & desiderium pium figendi. Siquidem
Mat.6. vbi amor, ibi oculus, dicente domino: Vbi thesaurus tuus est, ibi est & cor tuum. Qui in cœlis thesaurum suũ constituit, qui hic exilium illic habet patriam, hanc cum desiderio, crebris suspiriis debet salutare.

Circa secundum, quod est, eius quæ conuenerat multitudinis contemplatio, subditur:

Et vidisset ꝙ multitudo maxima venit ad eũ.

K In Euangelio secundum Marcum dicitur: Vidit turbam
Mar.6. multam Iesus, & misertus est super eos, quia erant sicut
Quõ Christus misereoues non habentes pastorem, & cœpit docere illos multa.
tur. Quomodo misertus est super eos Matthæus plenius exponit, dicens: Et misertus est eis, & curauit languidos eorum. Hoc estenim veraciter pauperum & non habentiũ
Beda. pastorem misereri, & viam eis veritatis docendo aperire, & molestias corporales medicando auferre, sed & ieiunos reficiendo ad laudem supernæ largitatis animare, quæ omnia Christum erga has hominum turbas fecisse, sancti Euangelistæ testantur.

Tentat autem fidem turbarum, & probatam digna mercede compensat. Petendo enim solitudinem, an sequi curent explorat. Turbæ verò sequendo, & non in iumen-

tis

tis, aut vehiculis diuersis, sed proprio labore pedum iter arripiendo deserti, quantam salutis suæ curam gerant, ostendunt. Rursum ipse vt potens, piusq; saluator, ac medicus, excipiendo fatigatos, docendo inscios, sanando ægrotos, recreando ieiunos, quantum deuotione credentiũ delectetur, insinuat.

L
Turbæ Christũ sequentis intentio varia.

Est autem inter hæc sciendum, quia non vno animo eodemq; consilio, multitudo hæc Christum sequebatur. Siquidem eorum quidam sequebantur sola ducti vana curiositate, vt videlicet aliquid noui audirent, non vt quæ bona & salutaria sunt audientes, facerent, aut fierent meliores, de quibus per Apostolum dicitur: Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Vnde & b. Iacobus hortatur, dicens: Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Porrò, beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud.

Ro.2.

Ia.1.

Luc.viij

Secundo, quidam sequebantur, vt saturarentur. Quibus dicitur: Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Sunt & nunc plerique qui quamlibet vitam cœnobiticam sectari conspiciuntur illecti potius temporalibus commodis, quàm delectati spiritualibus cœlestis gratiæ donis. De quibus per Apostolum dicitur: Quorum deus venter est. Et alibi: Huiusmodi Christo domino non seruiũt, sed suo ventri. His dicitur: Primum quærite regnum dei, & iustitiã eius. Verum ordine præpostero regno dei neglecto, quę carnis sunt quærere videntur.

Carnales curę sequuntur.
Ioan.6.

Phil.3.
Ro.16.

Tertio, quidam Christum sequebãtur, vt ditarentur, quorum ille erat vnus de quo apud Matthæum dicitur: Accedens vnus scriba, ait illi: Magister sequar te quocunq; ieris. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suũ reclinet. Ex qua domini responsione patet hunc auaritia duce Christum voluisse sectari, atq; intendisse vt earum quas dñs operabatur curationũ ipse mercedẽ acciperet, vnde tandẽ ditatus, sublimis in mundo fieret & gloriosus. Vulpes ergo erat in prauitate suę intẽtionis, quasi in quadã occulta fouea volẽs delitescere, vt tandẽ huiusce spoliis

Mat.8.
Auari sequuntur.

diues

diues effectus, & ex vulpe conuersus in volucrem, ad alta mundi huius, vbi tanquàm in nido gloriæ mundanæ superbus foueretur, transuolaret.

Hoc mundo nonnulli ea quæ religionis sunt sectari etiam nunc videntur, qui diuitias optatas se consequi posse in seculari conuersatione desperantes, ecclesiastica beneficia & dignitates, facultatesq; cœnobiorum, (nempè oculos Christi) ad morem Iudæ proditoris, inuadunt. Quibus per Ezechielem prophetam dominus terribiliter intonans cõminatur, dicens:

In malos prælatos.

Ezc.34. Væ pastoribus Israel qui pascebãt semetipsos. Nónne greges à pastoribus pascuntur? Lac commedebatis, & lanis operiebamini, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotũ, non sanastis. Quod confractum, non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quæsistis. Per hos maximè religio Christiana labefactatur, & Ecclesiasticorum reuerentia minuitur sacramentorum, (quis enim adoret quod pecuniæ pretio redimitur?) & Christianus populus peruertitur & scandalizatur.

Bubonibus sanè non immerito sunt comparandi, nempè qui alis extincto lumine lampadarum, oleum ebibunt, & templum atq; altaria fecibus alui commaculant. Aues vtiq; tenebrarum & noctis amicæ, solem iustitiæ & lumen veritatis odientes, vtiq; ad tenebras sempiternas, nisi resipiscant, ablegandi. Quibus dicitur: Non potestis deo seruire & mammonæ. Quis enim vno & eodẽ gradiendi motu posset contrarias ingredi vias? Etenim sequi Christũ & sequi diuitias, viæ prorsus oppositę sunt.

Mat.6.

Quarto, quidam Christum sequebantur propter suas corporales infirmitates. Vnde & in Euangelio secundum Lucam dicitur: Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Tales extant & nunc qui corporalium infirmitatum doloribus stimulati Deum in salutem suam inuocant, sed recuperata sanitate, mox dei obliuiscuntur. De quibus scriptum est: Quum occideret eos quærebant eum. Vnde & diuturni temporis languido sanato à domino dicitur: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Verum multo magis curandis animarum nostrarum languoribus post CHRISTVM nobis est properandum.

M Luc.6.

Doloribus affecti Christũ sequunt

Psal. Ioan.5.

Quis

Quis enim ſpiritualiter non infirmatur? Vnde & de nobis verificatur quod per Pſalmiſtam dictum eſt: Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt.

Quinto ſequebantur nonnulli Chriſtum, vt ad ſalutem verbo ſuo informarentur, è quibus ille fuit, qui ait: Domine, verba vitæ æternæ habes, & quo ibimus, ſubaudis, ſi te derelicto abierimus? Sed & ille doctrinę huiuſmodi cedinem guſtauerat, qui ait: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Nimirum ij qui in hoc mundo peregrini, patriam habent in cœlo, verbis cœleſtibus delectantur, iuxta quod per Pſalmiſtam dicitur: Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Plj quur Chriſtum ſequũtur. Ioan. 6.

Porrò qui de terra eſt, de terra loquitur, & nil niſi terrenum hunc audire libet, nam & in ſolis rebus terrenis delectatur. Hic non ſapit quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi. Nec enim recipit ſtultus verba prudẽtiæ, niſi ea dixeris, quę verſantur in corde eius. Vnde ſcriptum eſt: Anima ſaturata calcabit fauum. Prou. 27.

Circa tertiũ, quod eſt de turbis paſcendis Chriſti diſpenſatiua interrogatio, ſubditur in litera:

> Dicit ad Philippum: Vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.

Apud Matthæum ſic habes: Veſpere autẽ facto, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicẽtes: Deſertus eſt locus, & hora iam præteriit, dimitte turbas, vt euntes in caſtella, emant ſibi eſcas. IESVS autem dixit eis: Non habent neceſſe ire, date illis vos manducare. Quibus Matthæi dictis conſonant Marcus & Lucas. Intelligendum ergo eſt ſecundum Auguſtinum poſt hæc verba Dominum inſpexiſſe multitudinem, & dixiſſe ad Philippum: Vnde ememus panes vt manducent hi? N De conſen. euange.

Vbi fortè quæſieris, quur Dñs de turba paſcenda Philippũ potius interrogauit, quàm Iudã qui loculos habebat? Reſpondetur, quòd locus ille deſertus in finibus erat Bethſaidę ciuitatis, vt ex ſuperioribus patet, Philippus autem è ciuitate Bethſaida natus, turbis illis cęteris diſcipulis erat notior, vnde & de turba illa paſcenda amplior Quur non Iudam ſed Philippum conſulit,

ei erat

ei erat solicitudo.

Verum quoniam ex ea ciuitate essent etiam Andreas & Petrus, Philippum potius interrogauit Christus qui non ignorabat, qui ex discipulis suis magis indigebat in rebus diuinæ virtutis intellectu & animo confirmari.

Ioan.14. Talis autem erat Philippus, qui postea dixit: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Propterea & iam ipsum præ cæteris interrogatione sua erudire intendebat, Et ideo dicit Euangelista: Hoc autem dicebat tentans eum. Non quidem tentabat eum quasi ignorans quid ille & sentiret, & esset responsurus, sed more humano hoc dictū est. Quemadmodū quod dicitur: Deus scrutatur corda hominum, non ostendit scrutationem ignorantiæ, sed certissimæ cognitionis, ita quum hic dicitur: Tentans eum, nihil aliud ostendit, quàm rei sibi certissimæ, in discipulo ignorationem, quemadmodum magister tentat discipulum quem scit esse ignorantem, vt ipsi discipulo ignorantia sua manifestetur, & ex hoc habeat occasionē acquirendi quod discat. Vnde Beda.

Prouida dispensatione hoc facit, non vt ipse quę non nouerat discat, sed vt Philippus tarditatem suæ fidei, quam, magistro sciente ipse nesciebat, tentatus agnoscat, & miraculo facto castiget. Neque enim dubitare debuerat præsente rerum creatore, qui educit panem de terra & vino lætificat cor hominis paucorum dænariorum panes sufficere turbarum milibus non paucis, vt vnusquisque sufficienter acciperet, & iam saturatus abiret.

Denique Philippū de reficienda esuriente turba Dominus interrogat, vt ex ipsius responsione mox sequuturā diuinæ virtutis signum euidentius innotescat, quomodo & vini penuriam in nuptiis permisit prius innotescere, quàm aquam ipse in vinum conuerteret.

O Vnde, inquit, ememus panes? quod duobus potest modis intelligi. Vno sic, Vnde ememus, id est, vnde nobis pretium, tantum panis comparandi, vt huic sufficiat multitudini. Alio modo sic: Vnde ememus, id est, à quibus vendentibus ememus, quum locus iste sepositus ab hominibus, sit disertus? Vtrunque verum fuisse credendū est, & pecuniæ videlicet & emendi panis fuisse defectū.

Ipse, inquit, sciebat quid esset facturus. Hoc dicit Euangelista, ne ex infirmitate loquutionis huius: Vnde ememus panes, minorationem potentię in Christo quisquam

suspicę

suspicetur. Sciebat, inquit, cognitione videlicet infallibili, & non solum sciebat, sed etiam disposuerat quid esset facturus.

Indicauit sanè hic CHRISTVS prouidentię suæ curam quam habet super omnem creaturam, de qua etiam per beatum Petrum dicitur: Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Vnde & vnumquemque nostrum propheticus admonet sermo dicens: Iacta cogitatum tuum in Domino & ipse te enutriet. 1.Pet.5.

Enutrit autē hoīem secundum vitam triplicē, videlicet, Naturæ, gratiæ, & gloriæ. Vnde & triplicem cōfert cibum, scilicet naturalem siue materialem, spiritualem, & æternalem. Primum dat ad conseruationem naturæ, de quo dicitur per Psalmistam: Qui dat escam omni carni. Huncab eo petimus dicentes: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Pascit triplicitер Christus.

Secundo dat cibum spiritualem quo conseruemur in vita gratiæ, scilicet verbum Dei, quin & sacrosanctum corpus & sanguinem suum, panem vtique viuum qui de cœlo descendit & dat vitam mundo.

Tertio dat cibum gloriæ. Nam si consideretur homo secundum se totum, id est, secundum corpus pariter & animam post resurrectionem à mortuis, cōfert ei cibum gloriæ & fœlicitatis æternę, in clara visione & fruitione beata diuinitatis Christi pariter & eius humanitatis. Hic enim cibus pascit ineffabiliter beatificans electos. Sequtur.

Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiūt eis, vt vnusquisque modicum, quid accipiat.

Philippus ergo reficiēdæ turbæ emēdos fore panes arbitratus, ducētos denarios cōmemorat, nihil prorsus ad oī- P
potentiā Christi attendēs. In quo tarditatē suam ostēdit. Nā si perfecte de creatore sentiret, de ipsius potētiæ non diffideret largitate. Ducentorum, inquit, denariorum panes, id est, panes ducentis empti denariis non sufficerent eis, non modo ad satietatem, sed neque vt vnusquisque modicum quid accipiat, sed multa eis opus est annona, quum sint & numero plurimi, famelici præterea & fatigati, & non in vico vel oppido, sed in hoc sterili deserto, vbi non solum nihil panū, sed nec fructuum

vel gratis

vel gratis vel pretio posset haberi. Vnde patet quod tantę hominum multitudini reficiendæ humanum consilium omnino fuit inualidum. Sequitur.

Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos?

4. Reg. 4. Æstimo (inqt Chryſ.) nõ sine causa Andreã id dicere. Sed quia audiuerat signũ quod Helisæus quondã de panibus hordeaceis fecerat. pauit enĩ de viginti pãnibus centũ homines. Ascẽdit igitur mẽte in aliq̃d excelsum, sed ad summũ nõ potuit puenire, quod ex eo patet q̃d subdidit: Sed hæc quid sunt inter tantos? Æstimabat enim q̃ de paucioribus pauciora, & de pluribus plura facturus esset, qui miracula faciebat. Sed ita non erat. Nam æquè facile ei erat, vt de pluribus, ita de paucioribus panibus pascere turbas. Non enim subiecta materia indigebat, sed ne viderentur creaturæ alienæ esse ab eius sapientia, ipsis creaturis vtitur ad materiam miraculorum.

Manichęi confutãtur. Theoph. Confundantur igitur Manichæi, qui dicunt quòd & panis, & omnia huiusmodi creata sunt a malo Deo, quia boni Dei filius IESVS CHRISTVS panes multiplicauit. Nam si creaturæ malæ fuissent, nequaquã bonus mala multiplicasset.

Matt. 10. Sed dicat aliquis: Quum Dominus ante præcepisset discipulis dicẽs: Nolite possidere aurũ, neq; argentũ, neque pecuniã in zonis vestris, nõ perã in via, neq; duas tunicas, quur hic panes secũ acceperãt? Sed constat hoc illis Dñm præcepisse ad op9 p̃dicationis proficiscẽtibus, ac p̃ hoc declarasse vitę necessaria prædicatorib9 fore conferenda. Hic autem ex prædicatione regressi, & rursus Dominum sequuturi, ex consuetudine secum aliquid attulerãt, iuxta quod alio loco memoratur eos fuisse panũ oblitos. Matt. 16.

Q. Chryſ. Apostolor: qualis commeatus. Attendant hic deliciis dediti, quid viri illi magni & admirabiles comederint, quãm vilis & modica eorum mensa fuerit, intueantur in omnibus eorum abstinentiam. Tantum panes habebant hordeaceos, cibum vtique pauperum, & pisces duos. Hic totus erat apparatus.

Rupertus Est, inquit, puer vnus hic. Quis iste puer cum panibus & piscibus fuerit, vel cuius in obsequium, vtrumne Christi &

stil & discipulorum eius, an quorumlibet è turba, & venalia hæc portauerit, iuxta historiam ignoramus.

Mysticè verò, quæcunq; in solitudine, quasi in deserti (id est, seculi huius) regione turba gentium Christum sequitur trans mare baptismi eius, illic adest puer stultitiæ magnitudine cunctis notus, scilicet ille Iudæorum populus, sed malitia veteranus, sanguine Christi pollutus, qui pro parte eorum qui residui sunt à gladio, in omnes gentes captiuus ductus est. Quocunq; enim Christum turba credentium sequuta est, illuc iste puer deportauit secum integros quinq; Moysaicæ legis panes, id est, totidem libros, duos quoq; pisces, id est, prophetas omnes, & psalmos, legem simul & Euangelium testificantes, vel vnum eundemq; Christum, regem simul & sacerdotem, claris præconiis concinentes.

Iudæorum populꝰ puer stultus.

Illos scripturarum panes ac pisces, collo seruili baiulat nec manducat, sudat sub onere literæ, nec attingit manu vel dente medullam spiritualis intelligentiæ. Non ergo sibi, sed omni mundo portat, vt omnis homo vel quæcunq; gens testimonia Christi quàm antiquissima sint, de vicino audiat, & vt non dicat paganus siue hæreticus à nobis conficta esse quæcunq; de Christo contra eos proferimus testimonia, quęcunq; de rege & sponso suo catholica contra omnes veritatis aduersarios prædicat ecclesia, nec ea negare queat idem puer stultus, suo conuictus onere, id est, lege sua.

Iudæi non sibi, sed nobis scripturas ferunt.

Nam quemadmodum filij Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse, nolentes transire cum cæteris filiis Israel ad habitandum trans Iordanem, & citra ipsum caulas ouium fabricãtes & stabula armentorum, nosipsi (inquiũt) armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua, vsq; dum possideant hæreditatem suam, nec quicquam quærimus trans Iordanem, quia iam habemus possessionem nostram, & ita egerunt.

R. Filij Rubẽ & Gad. Num. 32.

Sic iste populus qui noluit nobiscum transire Christi baptismum, tamen hic inter nos est, portans, non sibi (vt dictum est) sed nobis, omnes scripturas legis & prophetarum, quæ vno eodemq; sensu cibus & arma nobis sunt, neq; dimittunt nos donec perueniat ad victoriam auditorium nostrum, siue contra paganum, siue hæreticum, siue etiam contra ipsum armaturæ nostræ portitorem

quicquam dicendum sit vel agendū. Est igitur puer vnus hic habens quinque panes hordeaceos & duos pisces, id est, quinque Moysi libros sub tenacissima literæ palea granum spiritus continentes, prophetasq; & Psalmos Christum testificantes.

Veteribus scripturis quō vtēdū.

Sed quid hæc sunt inter tantos? videlicet si ita permaneant, quomodo iste puer illos circumportat, permodicum & nimis parum est. Esurientium quippe multitudo magna est, & in ipsa multitudine aliqui sunt magni, id est, magnæ capaces scientiæ, oratores atque philosophi. Nam & de ipsis nonnulli veniunt ad fidem Christi. Atille scripturæ secundū literalem sensum non valde magnæ sunt. Quid enim magnum apponeretur auido cōuiuæ, id est, cuilibet philosopho vel oratori, vocato & sedenti ad mensam Christi, quum non nisi secundum literam legeretur illi, quia Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla & vnum de libera, vel minor ex filiis Isaac, scilicet Iacob astu matris maiori filio benedictionem præripuit, contectus hirsutis hœdorum pelliculis? Sic & in plerisque gestis, mandatis, siue holocaustis, adeo macra litera est, vt quamlibet esurienti, id est, verbum Dei desideranti, in ipso desyderio fastidium generare possit, nisi ad Christi manus implenda hæc scriptura peruenisset.

Gal. 4. Gen. 27

HOMILIA ALTERA.

FAcite homines discumbere. Ioan. 6.

In hac euangelicæ lectionis parte duo restant consideranda. Vnum est, multitudinis esurientiū miranda refectio. Alterum, patrato signo notanda consequutio, ibi: Vt autem impleti sunt.

Circa primum tria notantur, Primum est, reficiendorum decens ordinatio. Secundum est, loci recumbentium attendenda conditio, Ibi: Erat autem fœnum multum.

Tertium est, diuinitatis beneficij admiranda collatio, ibi: Accepit ergo.

A Circa primum dicit Euangelista: Dixit ergo Iesus, Facite homines discumbere. Imbecillo auxilio humano derelicto quod sibi videbatur est exequutus. Verum ad Apostolos pertinere voluit, vt facerent homines discumbere,

bere, sed ab ipso expectabatur vnde reficerentur discumbentes. Vbi & Apostolorum attendenda est obedientia, qui non interrogabant ad quid deberẽt homines discumbere, nec vnde deberent refici, sed quod iussum erat humiliter impleuerũt, non ignorantes quin is qui olim parauerat mensam in deserto, etiam nũc reficere turbas posset in solitudine. Vbi Cyrillus: Apostorũ obedientia.

Innata sibi, inquit, mansuetudine nec increpat, nec vllo modo reprehendit discipulos tanta adfectos pusillanimitate, sed rebus ipsis ad fidem inducit: Facite, inquiens, homines discumbere, & virtutẽ meam in panum multiplicatione cognoscetis.

Vbi aduertere est quemadmodum discipulorũ & mentes erigit, & diffidentiam demonstrat. siquidem nondum visis panibus iubet in spem refectionis turbã discumbere, vt ostendat ei subdita esse etiam ea quæ non sunt, sicut ea quæ sunt. Vnde & per Apostolum dicitur: Vocat ea qnæ non sunt sicut ea quæ sunt. Rom. 4

Itaq; dum audis q; Apostoli fecerũt homines discumbere, cognosce prælatorũ & eorũ qui funguntur magistra: tu id esse officiũ vt ea instituant præcipiantq; subiectis, per q̃ æquitate seruata in pace & vnanimitate adinuicẽ ordinentur. In Euangelio secundum Marcum habes: Prælatorũ hoc est.

Et præcepit illis vt accumbere facerẽt omnes secundũ contubernia super viride fœnũ, & discubuerunt in partes per centenos & per quinquagenos. Vbi diuersi cõuiuantium discubitus distinctos per orbem ecclesiarũ conuẽtus, quæ vnam catholicam faciunt, designant. Quos bene dominus quinquagenos per turmas, vel centenos discũbere præcepit, vt videlicet turba fidelium escã suam & locis distincta & moribus coniuncta perciperet. Beda.

Circa secundum, quod est, loci recumbentium attendenda conditio, subditur:

Erat autem fœnum multum in loco.

Dicitur hic fœnum herba viridis. Erat enim proximum pascha, quod in primo mense veris celebrabatur, quando videlicet arridet noui temporis gratia, amœna cœli temperies, & iocunditas vernalis, quando iam renouata post hyemem facies terræ pulchrè germinat, & in spem fructus arbores floribus decorantur. B

Quia igitur fœnum multum erat in loco, commodius poterant homines discumbere.

Beda. Fœnũ myst. Esa. 40

Mystice, fœnũ in quo discumbẽs turba reficitur, cõcupiscentia carnis intelligitur, quam sibi subiicere, calcare & premere debet oĩs qui spiritualibus alimentis satiari desiderat. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Discumbat ergo super florem fœni, & florem fœni huius cõterat, id est, castiget corpus suum, & seruituti subiiciat, voluptates carnis edomet, luxuriæ fluxa restringat, quisquis panis viui suauitate cupit refici, quisquis supernæ gratiæ dapib9 amat renouari. Illi ergo quasi super viride fœnũ discumbentes dominicis pascũtur alimentis, qui per studium continẽtiæ calcatis carnalium cõcupiscentiarum illecebris, audiendis implendisq; Dei verbis operam impendunt.

Sequitur:

Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque milia.

Sic Marcus quoque & Lucas testantur. Matthæus autem completius hunc numerum designat, dicens: Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis. Quoties enim (vt dicit Hieronymus) sacerdotes atque Leuitæ, & exercitus vel turmæ pugnantium describuntur, serui & mulieres, & paruuli, & vulgus ignobile absque numero prætermittitur.

Arbitrandum est autem æquali vel certè maiori numero mulieres & alios huiusmodi non solitos numerari ibidem fuisse. Porrò numerus quinque milium exprimitur vt cuilibet hominum millenario panis vnus responderet. Discubuerunt ergo nec vagi neque fortuitu, sed (vt dictum est) ordine congruenti seorsum distincti per contubernia, id est, per societates, centeni & quinquageni.

Circa secundum, quod est, Diuini beneficij multiplicatis escis miranda exhibitio, subditur:

Accepit ergo IESVS panes, & quum gratias egisset distribuit discumbentibus.

Non

Non ergo saluator noua creat cibaria, sed acceptis eis quę habuerunt discipuli, benedicit. quia veniens in carne non alia quę prædicta sunt, prædicabat, sed legis & prophetarum scripta quę sint mysteriis gratiæ grauida demonstrat. C Beda.

Egit autem gratias, videlicet vt nos de perceptis vel percipiendis cœlestis gratiæ donis exemplo suo gratias agere prædoceret, & ipse quantum de nostris profectibus gratuletur, & de nostra spirituali refectione gaudeat intimaret. Gratias agit Christus.

Proinde quantum nostræ congaudeat saluti ex eo patet quod narrat Lucas Euangelista, dedisse videlicet eum discipulis potestatem calcandi supra omnem virtutem inimici, eorúmque nomina scripta indicasse in cœlis, quum mox subiunxit: In ipsa hora exultauit in spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Claret ergo quia saluti ac vitæ fidelium congratulatur, qui patrem gratias agendo collaudat, quòd ea quæ superbientibus abscondit, humilibus spiritu secreta reuelauerit. Saluti nostræ cõgaudet Christus. Luc. 10

Noluit autem Dominus panes vnde turbam reficeret de nouo creare plures ob causas. Primo, vt Manichæorum confutet errorem dicentium corporalem substãtiam esse malam, & à malo deo productam. Si enim creatura panis mala esset, nequaquam CHRISTVS qui bonus est mala multiplicasset. Itaque creaturis ad miracula vtitur ne videantur ab eius bonitate & sapientia esse alienæ. Panes nostros cur nõ creat.

Secundo, vt ostendat se victualium omnium esse largitorem illum de quo per Psalmistam dicitur: Qui dat escam omni carni.

Tertio panes multiplicat, vt ostẽdat se illum esse qui in principio conditionis rerum dixit: Germinet terra herbam virentem & facientem semen. Pisces verò multiplicat, vt probet se esse qui in pricipio omne animal aquaticum ex aquis produxit. Gen. 1.

Quarto, vt per hoc ostendat se esse Dominum terræ pariter & maris.

Quinto, vt nobis det exemplum, quòd & si etiam nõ nisi pauca habemus ex his libenter aliquid indigentibus impartiamur, iuxta illud: Si multum tibi fuerit, abun- Tob. 4

danter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Exemplo etiam nobis ad hoc sunt Apostoli qui quinque panes (nempe totum victũ suum) alendæ turbæ proferre iussi, nil contradicunt, nil remurmurant, vt dicant: Vnde nos tamem propriam mitigabimus?

D Rupert. Cæterum intelligamus quia Dominus Iesus quotidie sequentibus se (vnicuique iuxta beneplacitum gratiæ suæ) panem cœlestis doctrinæ distribuit. Hoc præcipiens vniuersis vt (sicut dictum est) recumbant super fœnum, id est, vt reprimant vitia carnis.

Quando autem scripturam legis & prophetarũ (quæ per panes istos & pisces designantur) qua nos pascit, in manibus suis ipse accepit, planius aperitur, quando ipse (iuxta Ioannis Apocalypsim) verus agnus (assistens in medio throni & quatuor animalium & seniorum, id est, in medio ecclesiæ, tanquam occisus, imo & reuera occisus, sed denuo viuus, habẽs cornua septem & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei ab ipso recepto in cœlum missi in omnem terram) venit per incarnatiõis mysterium & passionis ac resurrectionis suæ triumphum vsque ad dexteram sedentis super thronum. Vbi accepit librũ de dexteram sedentis super thronũ & aperuit illũ, id est, vniuersam scripturam sanctam diuinitus inspiratam, de diuina potentia suscepit in semetipso complendam, cuius videlicet tota circa salutem nostrã in natura hois assumpta dispensatio, prædicti libri apertio, id est, sanctarum scripturarum adimpletio est. Non enim intelligerentur scripturæ, nisi in illo fuissent impletæ.

Apoc. 5

Scripturę mysteria Christus referat.

Itaque tunc scripturarum sanctarum panes Dominus Iesus in manibus suis accepit, quando secundum scripturas incarnatus passus est & resurrexit. Tunc, inquam, acceptis panibus gratias egit, quando ita scripturas adimplendo, semetipsum obtulit patri, in sacrificium gratiæ & veritatis.

Beda. Porrò secundum Matthęum & Lucam multiplicatus panes Dominus suspexit in cœlum, vt illuc dirigendã mentis aciẽ ibiq; lucẽ scientiæ doceat esse quærendam. Frangit, & ante turbas ponenda discipulis distribuit, quia sacramenta prophetiæ sanctis doctoribus qui hæc toto orbe prædicent, patefacit.

Accepit, inquit, Iesus panes, hordeaceos nimirũ, qui-

bus omnem sequentium se multitudinem ad vitam æternam erat refecturus & duos pisces. Hi sunt quinq; libri Moysi, quibus spirituali intellectu patefactis, & abundantiore iam sensu multiplicatis, auditorum fidelium quotidie corda reficit. Qui panes benè ordeacei referuntur, nimirum propter austeriora legis edicta, & tegmina literæ grossiora, quæ interiorem spiritualis sensus quasi medullam cælabant. Quinq; panes ordeacei mysticè.

Porrò duo pisces quos addidit, psalmistarum non inconuenienter & prophetarum scripta significant, quorum vnum canendo, alterum colloquendo suis auditoribus futura CHRISTI & Ecclesiæ sacramenta narrabant. Sequitur:

Similiter & ex piscibus quantum volebant.

Hoc est, tam de Moyse quàm de omnibus prophetis & psalmis sufficienter populum suum instruxit, aperiens illis sensum, vt intelligerent scripturas. Primum, ipsis apostolis, deinde per ipsos, eorum adiutores & successores, illuminans & informans, vt sufficientia de lege & prophetis & psalmis euangelicæ fidei adiumenta subministrarent. Vnde & notanter in cæteris Euangelistis expressum legimus, quia quum CHRISTVS benedixisset & fregisset, discipulis suis, discipuli autem turbis accepta proposuerunt. E

Et attende quemadmodum summa eruditionis testamenti veteris in his quinq; panibus & duobus piscibus designetur. Siquidem quinq; libris Mosaicæ legis diuinæ æternitatis cognitio, mundi creatio, procursus seculi labentis, & vera deo seruiendi religio innotuit. Per duos verò pisces (sicut iam dictum est) psalmi sunt & prophetæ figurati, qui eruditum in lege dei populum de promissione dominicæ incarnationis noua gratiæ dulcedine pascebant. Qua trina sacræ scripturæ distinctione totam veteris instrumenti seriem comprehendi dominica authoritate docemur.

Apparēs enim discipulis ait dominus ipse, quia oportet impleri omnia quę scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Et quum aperuit illis sensum vt intelligerēt scripturas, & intellectas spiritaliter fidelibus Luc. vlt.

traderent auditoribus, quasi benedicens panibus apostolicis ac piscibus, hosq; internæ suauitatis dono multiplicans, turbis dispertiri præcepit.

Christus vt ad perfectiora prouocat.

Notandum verò est, quia dominus pro suis cuiq; viribus dona tribuens, semperq; ad perfectiora prouocans, primo, quinq; panibus quinq; milia, secundo, septem panibus quatuor hominum milia reficit, tertio, discipulis suæ carnis & sanguinis mysterium credit, ad vltimum, magno munere dat electis, vt edant & bibant super mensam suam in regno suo.

Luc. 22.

Tria Christus fecit imitanda.

Proinde sciendum est, quòd alij tres Euangelistæ designant CHRISTVM circa miraculum hoc tria fecisse, quia videlicet suspexit in cœlum, benedixit panes, & eos fregit, quæ tria Ioannes tacet. Suspexit quidem in cœlum ad patrẽ, à quo est in filio potentia diuinitatis æqualis patri miraculis operandis. Benedixit panes. Porrò dei benedictio (secundum Gregorium) diuinorum collatio donorum est, & eorundem multiplicatio. Sicut enim in rerum primordio omnes creaturas benedicens, naturalem illis virtutem contulit vt ex seinuicem naturaliter multiplicarentur, ita & nunc quia panum multiplicatio supernaturalis erat, necessaria ad hoc fuit benedictio singularis. Quibus autem verbis hanc Christus expresserit, literis proditum non est.

Cyril.

Hinc documentum habemus, vt nihil in cibum sumamus, nisi verbo dei & crucis signaculo prius sanctificetur. Siquidem ex peccato hominis hoc consequutum est, vt potestatem sibi diabolus in rebus istis corporalibus ad subleuandam hominis necessitatem ordinatis vsurpauerit, vt per eas homini noceat.

F

Dictum est etiam, quia panes quos benedixit Christus, fregit, vt frustatim populo diuiderentur. Quum autem dicit, quia distribuit discumbentibus, intellige distributionem hanc discipulorum manibus factam. Vnde Matthæus, dedit (inquit) discipulis, discipuli autem turbis.

Multiplicationis panũ modus.

Quærunt nonnulli quomodo hæc multiplicatio panum & piscium facta fuerit. Respondet Hilarius: Non sensus (inquiens) non visus, effectum tam conspicabilis operationis adsequitur. Quia est, quod nõ erat, videtur, quod non intelligitur. Solum hoc supereſt, vt deus omnia posse credatur.

2. de tri.

Dicit

Dicit autem Hieronymus, quòd domino panem frangente, multiplicatio partium facta est. Sed & inter discipulorum manus, & etiam in manibus sumentium immensa crescebat panis substantia.

Quòd si quæras, vnde veniebant partes illæ panis quæ succedebãt fragmentis distributis. Dicit Augustinus: Vnde multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinq; panes. Potestas enim erat in manibus Christi. Panes illi quinq; quasi semina erant, non quidem terræ mandata, sed ab eo qui terram fecit, multiplicata.

Circa secundum principale dicitur:

Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.

Hic ponitur patrato miraculo notanda consequutio. Vbi tria notantur. Primum est, fragmentorum quæ supererant imperata collectio. Secundum est, quantitatis collectorum consideranda designatio. Ibi: Collegerunt ergo. Tertium est, ob visum signum digna laudatio. Ibi: Illi ergo. Circa primum, aduerte quòd hæc fragmentorum imperata collectio, non ostentatio superflua fuit, sed ne phantasiam æstimarent quod factum est, propter quod etiam ex subiecta materia miraculum fecit. Chry. G Fragmẽtorum collectio.

Sed quare non turbis commisit fragmenta portanda sed discipulis? Videlicet quoniam hos maximè erudire volebat, qui orbis terrarum debebant esse magistri. Ego autem (inquit idem Chryso.) non solum admiror multiplicationem panum quæ facta est, sed & certitudinem superfluorum, quia non plus neq; minus fecit superfluum esse, sed tantum quantum volebat, scilicet duodecim cophinos secundum numerum duodecim Apostolorum.

Ecce magnum quidem in facto exteriori diuini beneficij miraculum, veruntamen quotidianis operibus dei non magis admirandum. Maius enim totius mundi gubernatio est miraculum, quàm de quinq; panibus saturatio quinq; milium hominum. Itaq; non tam mirandum est hoc facere potuisse deum, quàm gaudendum, eum qui Ruper. Miraculi consideratio.

hæc facere posset, venisse in hunc mundum, verum deum dei filium hominem verum factum esse.

H Panis triplex petendus.

Cæterum quòd hinc ad nos spectat attende quòd quum orãtes dicimus: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, triplicem debet panem humilitas nostræ deuotionis intendere. Primum, scilicet panẽ spiritualem, id est, omne verbũ quod procedit ex ore dei, quo noster homo interior viuit. Deinde panẽ dominici corporis, quo interior simul & exterior homo in vitam conualescit æternam. Et subinde panem carnalem, quẽ etiam idem deus & pater omniũ homini immerito de terra producit, operanti terram in sudore vultus sui, qui nisi peccasset, poterat absq; labore frui vltroneis paradisi deliciis. Siquidem & ipse dominus præsentibus turbis omnem huius triplicis panis largitatem eodem tempore aperuit. Loquebatur enim illis de regno dei, quod est panem spiritualem frangere esurienti. Refecit eos carnalibus epulis, & deinde prædicauit eis, vt esurirent & sitirent cibum & potum corporis sui & sanguinis.

Fragmenta nõ pereant

Igitur quòd nunc ait, colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant, reuerenter & diligenter est obseruandum in omni pane, quem tripliciter (vt iam dictum est) vitæ nostræ & saluti gratia eius prouidit, videlicet ne nimis sublimia & fortia prædicemus infirmis, ne indignis indiscretè tradamus eucharistiam dominici corporis & sanguinis, ne abundantia nostra in carnalibus cibis (quæ aliorum inopiam supplere possit) aut in superfluitate abutamur, aut per incuriam perire patiamur.

Circa secundum, quod est, quantitatis collectorum notanda designatio, subditur:

> Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus quæ superfuerunt his qui manducauerant.

I Redarguta est ergo discipulorum tarditas & fides adhuc permodica qui dixerant ducentorum denariorum panes eis non sufficere vt vnusquisq; modicum quid acciperet. Item de quinq; panibus & duobus piscibus, hæc quid sunt inter tantos? imò & iuxta alios Euangelistas confi-

lium

lium incompetens dabant omnipotenti misericordię dei, dimittere scilicet turbas, vt irent in castella villasq; proximas, & emerent sibi escas.

Acrius verò, & multo maximè ille nullius fidei puer Iudaicus populus sensu paruulus, & malitia nimirum vetus dum videt panes diuinæ scripturæ quos volebat solus portare, nec tamen curabat manducare, & ablatos sibi & toti mundo communicatos, iuxta quod idem dominus noster alibi dicit: Amen dico vobis, quia auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Videt & inuidet saturatas esse suis panibus gentes quarũ æternam odit refectionem, & inter commedentium ora manusq; crescere iugiter medullam ordei, ita vt armaria conuiuantium plena sunt explanationum libris, cuius videlicet ordei paleam asperrimam ore languido famelicus lambit, & puerili dente rodit frustra. Mat. 21 Iudæus inanis verbi sil deles saturantur.

Quur autem in duodecim cophinos magis quàm in alium numerum Christo disponente fragmentorum abundantia succreuit, videlicet, quia duodecim erant Apostoli numero suo præfigurantes vniuersos sanctæ ecclesiæ doctores, quorum fideli ministerio tractandus erat vitalis iste scripturarum panis. Duodecim cophini mystice.

Constat verò, nec dubium sinit esse veritas promitentis, quòd omnis seruus fidelis & prudens quem constituit dominus supra familiam suam vt det illis cibum in tempore, quum ita fecerit præmium condignum reportabit, & iuxta aliam parabolam, quia habuit, dabitur ei & abundabit.

Igitur quia & vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, rectè saturatis omnibus, duodecim fragmentorum cophini superfuerunt, vt vnusquisq; discipulorum qui ministrauerant, suum reportaret cophinum. 1. Cor. 3.

Circa tertium, quod est, ob signum visum digna laudatio, subiungitur in litera:

> Illi ergo homines quum vidissent quod fecerat Iesus signum, dicebant: Quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum.

Et nos

K Et nos de quibus scriptum est: Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum, nos inquam, qui requisiuimus eum, trans mare baptismi sui illum sequuti, nunc interim in hac regione deserti triplici (vt prædictum est) pane ab illo quotidie refecti. Laudemus illum vera laude, dicentes: Quia hic est verè

Gratiarum actio. Propheta, qui venturus est in mundum, quia magnum & euidens fecit nobis signum, superatis aquis quæ intrauerunt vsq; ad animam eius, id est, victa morte, quia resurrexit & in cœlum ascendit, misitq; nobis famelicis gratiam suæ benedictionis, scilicet spiritum sanctum, quo panes suos multiplices nobis manducabiles, id est, scripturas sanctas intelligibiles fecit, & hoc modo immisit in os nostrum vocem confessionis, canticum laudis, hymnum gratiarum actionis.

Dicamus itaq;, quia hic est verè Propheta qui venturus est in mundum. Verè enim non cecidit in terram vnũ verbum ex omnibus que loquutus est quæ de ipso prædixit, quæ nobis pollicitus est. Ex his ergo quæ iam facta sunt scimus indubitãter & illud quod futurum est, quia venturus est in mundum, scilicet ad iudicandum omne seculum, ad regnandum in secula seculorum. Attamen illi homines qui viderunt hoc signum, & hæc de illo dixerunt, non eo sensu dixerunt, sed carnales quum essent, temporali eius beneficio delectati, quod tamen mirabiliter fecit, ita dixerunt, qui venturus est in mundum, ac si dicerent, qui huius mundi gloriam, & temporale iam iam nobis viuentibus accepturus est regnum Iudæorum. Nam sequitur:

Iesus ergo quum cognouisset quòd venturi essent, vt raperent eum, & facerent super se regem, fugit iterum in montem ipse solus. Sic illi: At nos certiori cognitione veritatis & fidei, videntes mundum quem fecit IESVS,

Beda. & signa quibus illum repleuit, dicamus: Quia hic est verè mediator dei & hominum, qui implet mundum diuinitate, & mundus per ipsum factus est, qui in propria venit genus humanum quærere, & saluare quod perierat, ac recreare mundum quem fecerat, qui cum suis fidelibus per præsentiam deitatis est in mundo omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi, qui in consummatione seculi per humanitatem venturus est in mundum vt reddat singulis secundum opera eorum, impios

qui

quidem & peccatores æternum proiiciens in ignem, iustos autem in vitam introducens æternam.

Dominica in paſſione.



Vis ex vobis arguet me de peccato? Ioannis. 8.

In lectione ſancti Euangelij ſeriatim quatuor ſunt conſideranda. Primum eſt, Irreprehẽſibilis Chriſti tam doctrina q̃ actio. Secundum eſt, Blaſphemantium Chriſtũ indigna cõtradictio, ibi: Reſponderunt ergo Iudæi. Tertium eſt, Aduerſum vera reſpondentẽ contumelioſa replicatio, ibi: Dixerunt ergo Iudæi. Quartum eſt, Calumnias diluenti parata lapidatio, ibi: Reſpondit Ieſus, Si ego.

Circa primũ tria notantur. Primũ eſt, Bene ſibi conſcij propoſita innocentia. Secundum eſt, Veritati non credentium redarguta malitia, ibi: Si veritatem. Tertium eſt, Oſtenſa perfidis incredulitatis ſuæ cauſſa, ibi: Qui eſt ex Deo. Circa primũ dominus loquitur dicẽs: Quis ex vobis arguet me de peccato? Interrogatio eſt bene ſibi de ſua innocentia conſcij. Magnã enim hoc Chriſti verbum habet fiduciam, quum nullus hominũ fiducialiter hoc dicere potuerit, niſi ſolus Dominus noſter qui peccatũ non fecit. Magna etiam elucet manſuetudo filij Dei, qua percũctari dignatur, quis eum de peccato arguere velit aut poſſit, quum ipſe ad relaxanda peccata venerit. A

Chriſtus de ſua ſecurus innocẽtia.

Origẽ.

Magna nihilominus iuſtitia, cuius conſcientia talem apud maleuolos auditores propoſitionẽ facit. Ait vir ſanctus: Nõ contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo & cũ ancilla mea, quum diſceptarẽt aduerſum me. Chriſtus autem nõ quorſicunq; ſeruorum iudicio ſe cõmittit, ſed malorum, ſed infidelium ſeruorũ, ſed hoſtili furore aduerſantium. Magna igitur innocentiæ fiducia, vbi etiam aduerſatio

Iob. 31.

sario iudiciuin causę ab eo qui reus insimulatur, cōmittit.

Sed quorsum hoc tendit, nisi vsq; ad victoriam iudicij ad confutādas (videlicet) rebelles cōscientias inimicorū regis? Eo nanq; tendit, vt agnoscant q; in die iudicij nullā sint excusationem habituri, quia nō crediderunt illi, præsertim quum nec sic proponēte Domino, possint obiicere, feciſti, aut facis quod minus rectum est hoc vel illud. Proinde nec poterāt in eum iactare illud, quod iam vulgo dicitur: Cuius vita despicitur, restat vt & eius prædicatio contemnatur.

Sic etiam cōstanter humiles, & humiliter confidātes suos quoq; vult esse discipulos in auctoritate prædicationis,

Mat. 10. quum dicit: Et quicūq; non receperint vos, exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerē de pedibus vestris,

Puluis excutiendus in testimonium eorū. Hoc autem est prædicatori puluerē quoq; qui de ciuitatibus reproborū, pedibus eius adhæsit excutere in testimonium eorum, peccata etiam leuiora fine quibus humana omnino non potest vita transigi, publicè plangere, & quotidianis hęc emundando remediis de cætero vestimēta sua, id est totius corporis mēbra, ab omni luto vitę carnalis impolluta custodire.

Qui ergo discipulis hoc præcipiebat, vt vestimenta

Eccēs. 9 sua sic excuterent, vt (iuxta quod Salomon ait) omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat, sanctè viuendo pacem euangelizarent, dignè ipse prior vestimentum suum mundum, & nulla indigens excussione istis ostendebat, dicens: Quis ex vobis arguet me de peccato? Dicit autem de contemptoribus eorundem excussorum: Amen dico vobis, tolerabilius erit terrę Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm ciuitati illi. Quantomagis isti inexcusabiles erūt, q̄i hunc de nullo (quamuis exiguo) peccato arguere valentes, non recipiunt.

Circa secundum, quod est, veritati nō credentium redarguta malitia, subditur:

Si veritatem dico, quare non creditis mihi?

B Igitur quum dixisset: Quis ex vobis arguet me de peccato?

Rupert. recte subiunxit: Si veritatē dico, quare nō creditis mihi? vt ita cōuenti, cōscientias suas interrogent, quā excusationem habere possint in die iudicij.

Porrò

Porrò cauſam quare veritatẽ dicenti nõ credebãt, paulò antè oſtendit vbi ait: Ego autem quia veritatẽ dico vobis, nõ creditis mihi. Quaſi dicat: Illius qui homicida fuit ab initio & in veritate non ſtetit, vos deſideria facere vultis: mihi autem nec ſaltem creditis, nõ aliam ob cauſſam, niſi quia veritatẽ dico vobis. Quid autem hoc peruerſius? Quid tali oculo nequius? Quid magis obliquum aut trãſuerſum, quàm non credere cuiquam, eo quòd dicat veritatem? quum econtrario magis illi credendum fuerit, eo q̃ veritatem dicat? Mira peruerſitas.

Sed ne mireris, iſti enĩ ex patre diabolo ſunt. Generationis autẽ diabolicę hoc proprium eſt, vt ſit mẽdax, & cõmutet veritatẽ dei in mendacium, dicẽdo ſcilicet bonũ malum, & malum bonũ, ponẽdo dulce amarũ, & amarum dulce, vocãdo lucem tenebras, & tenebras lucem. Hinc igitur quoniam veritas eſt, & falli ipſe nõ poteſt, qui dixerat eis: Vos ex patre diabolo eſtis, neceſſe erat, vt maxĩe propter hãc cauſſam nõ crederent, quia veritatẽ dicebat eis, & idcir co lucẽ tenebras vocarẽt, quia lumen ſuum fundebat inuĩtis, ſed impudenti cõtentione mendacium adſtruẽtes, citò cauſſa cadunt, q̃ nullius rationis habent patrocinium. Rom. 1. Eſa. 5

Circa tertium, quod eſt, oſtenſa perfidis nõ audiendi cauſſa, ſubditur in litera:

Quí ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non eſtis.

Noli attendere naturã, ſed vitium. Sũt iſti ex Deo, & non ſunt ex Deo. Natura ex Deo, vitio, non ex Deo. Eis autem hoc dictũ eſt qui non ſolũ peccato vitioſi erãt, nam hoc cõmune erat oĩbus, ſed & pręcogniti, quod non erãt creditури ea fide qua poſſent à peccatorum obligatione liberari. Qui ex Deo eſt, inquit, verba Dei audit. C Auguſt.

Tanquam diceret: Quid aduerſum me reſultatis, dicentes: Vnũ patrem habemus Deum. Omnis qui ex Deo eſt hoc euĩdenti ſigno dinoſcitur, quia videlicet habet aures audiendi, & audit verba Dei. Vos autem non auditis, ſed ſine auribus eſtis ad omne quod loquitur Deus, & hoc palàm omnibus eſt, ex eo maxime, quod me quæritis interficere ſicut paulò ſuperius vobis dixi, quia ſermo meus non capit in vobis, igitur ex deo nõ eſtis, & propterea nõ auditis. Quid deinde reſtat, niſi ſic eſſe, vt dixi, quia vos ex patre diabolo eſtis? Rupert. Signũ an qs ex deo ſit.

Vbi dili-

Vbi diligentius considerandũ est quid sit esse ex Deo, & idcirco verba Dei audire: vel econtrà, ex Deo nõ esse, & propterea nõ audire. Nulla planè esset quęstio, si ita dictũ fuisset: Qui verba Dei audit ex Deo est, propterea vos ex Deo non estis, quia nõ auditis. Sed propterea, inquit, vos non auditis, quia ex Deo non estis.

D Ex Deo esse vel nõ esse, quid

Igitur quid sit ex Deo esse vel nõ esse, & propterea verba Dei audire vel non audire, cum authoritate sacræ scripturæ quærentes, Primo ad memoriam reuocemus causam cur hęc dicta sint. Dicta vtiq; sunt hęc propter nimis elatã Iudæorum superbiam, qua se solos ex Deo esse præsumebant, quia videlicet secundũ Isaac, quẽ ex Deo Sara sterilis & longæua, ex Deo inquam, id est, per Dei repromissionẽ, & non per carnis accepit consuetudinem, quõ Agar Ismaelẽ. Hoc scientes Iudæi se solos (vt dictũ est) ex Deo esse præsumebant, solosq; se esse filios Abrahæ.

Aduersus huiusmodi æstimationem veritas præsens, qui ex Deo est (inquit) verba Dei audit. propterea vos nõ auditis, quia ex Deo nõ estis. Quod est dicere: Qui nõ in illa multiplici superfluitate naturæ est, de qua Deꝰ post peccatum primi hominis dixit ad Euam matrem cunctorum

Gen.3 viuentium: Multiplicabo ærumnas tuas, & cõceptus tuos, sed ex illa benedictione, qua in paradiso ante peccatũ be-

Gen.1 nedixit eis dicens: Crescite & multiplicamini & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animãtibus quæ mouẽtur super terram, hic verba Dei audit.

Rom.8 Constat quippe q̃ omnes sancti & electi qui nunc per Christi gratiam vocantur, iustificantur, meritisq; diuersis magnificantur, omnes (inquã) & si nõ eadem prærogatiua meritorũ, eadem tamen prouidẽtia Dei, præcogniti & prędestinati generantur, & omnes ex illa benedictione sunt, qua primos homines ante peccatũ (vt iam dictum est) benedixit Deus.

Illud quoq; certũ est, quia nisi peccatũ fuisset admissum, illi tantũmodo nascerentur qui nunc per Christi gratiam liberantur. Illi autẽ omnes qui nunc in perditione relinquuntur ex illa maledictione sunt, qua dictum est ad mulierẽ, multiplicabo ærumnas tuas & cõceptus tuos, quia nisi peccatum præcessisset (vt dictum est) nullatenꝰ ista sylua

Mat.3 (quæ ad nihil aliud est nisi vt excidatur & in ignem mittatur) de radice carnis nostræ succreuisset.

Igitur

Igitur qui est ex Deo (inquit) id est, ex benedictione illa, qua Deus omnes ad vitã pertinẽtes nasci iussit, hic verba Dei audit, id est, præeunte gratiæ Dei aspiratione obaudit, ad eandẽ vitam quã intercipiente præuaricatione perdiderat, reuocanti. Et propterea vos nõ auditis, quia nõ vti vos putatis æquè vt Isaac pater vester secundũ carnem, ex illa benedictione, sed ex maledictione quę peccatũ consequuta est, multipliciter & superflue pullulastis, testante propheta, quia de aquis Iuda existis, id est, non ex fide patrum, sed ex sola carne traducti estis. Esa. 48

Itaque terribile est quod hic ore diuino dicitur: Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non estis. Si enim verba Dei audit qui ex deo est, & audire verba Dei nõ potest quisquis ex illo nõ est, interroget se vnusquisq; si verba Dei in aure cordis percipit, & intelliget vnde sit. E Grego. An ex Deo sis.

Cœlestem patriam desiderare veritas iubet, carnis desideria conterere, mundi gloriam declinare, aliena nõ appetere, propria largiri. Pensет ergo apud se quisque si hæc vox Dei in cordis aure conualuit, & quia iam ex Deo sit cognoscit.

Nam sunt nonnulli qui præcepta Dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nõnulli qui hæc quidem corporis aure percipiunt, sed nullo ea mentis desiderio cõplectuntur. Et sunt nonnulli qui libenter verba Dei suscipiunt, ita vt etiam in fletibus compungantur, sed post lachrymarum tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profectò verba Dei non audiunt, qui hæc exercere in opere cõtemnunt. Vitam ergo vestram ante mentis oculos reuocate, & alta consideratione pertimescite hoc quod ex ore veritatis sonat: Propterea vos non auditis, quia ex DEO non estis.

Sanè qualis quisq; est, talia hunc delectat audire. Sed & quæ cuiq; conueniunt & in commodum cedunt, his libenter auditũ accommodat. Verbi gratia: Libẽter audit infirmus de medicina, peregrinus de patria, de nundinis mercator, amator qui libet de re amata. Quę quisq; libenter audit,

Porrò verbi cœlestis auditio, necessaria est ad salutem peccantibus, pœnitentibus, & proficientibus.

Peccantibus, vt ad sui cognitionẽ illuminẽtur, cõpunctione cordis emolliãtur, terreãtur salubriter, & cõuertantur: vel minus saltem delectentur in peccatis.

Pœnitentibus autem, vt sanentur in affectibus, conseruentur à culpis, confirmentur in bono, & spiritualiter consolentur.

Proficientibus etiam necessaria est auditio verbi Dei, vt per illud dirigãtur, vt dilectione sancta accendãtur, vt Dei verbo pasti, in interiori homine corroborentur.

Circa secundum principale dicitur: Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nõne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Hic ponitur blasphemantium Iudæorũ contradictio. Vbi duo describũtur. Vnum est, in Dei filium horrẽda blasphemia. Alterum, aduersum blasphemãtes defensa innocẽtia, ibi: Respondit Iesus, Ego dæmonium non habeo.

F Circa primum, aduerte quemadmodum id quod istis Christus dixerat (videlicet, propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non estis) ipsi de semetipsis verum esse, suis operibus ostendunt, quum respondentes dicunt: Nónne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu & dæmonium habes?

Simile Quia enim caussa ceciderũt, & ratione superati sunt, furiosã ad conuitia proruunt. Quomodo si athletam fortissimũ, victus quispiam & solo deiectus aduersarius, quia ferire non potest armis, petat spumosis dentibus. Nónne, inquiunt, bene dicimus nos quia Samaritanus es & dæmonium habes? Ecce duo quasi peccatoris argumenta. Dixerat enim: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Ergo ne intactus abiret, impingunt duo hæc, quod & Samaritanus esset, & dæmonium haberet. Sed apertè mentita est iniquitas sibi, quia profectò hęc verba non sunt dæmonium habentis, sicut & turbę quodã loco testantur dicentibus pharisęis, Dæmonium habet & insanit, quid eum auditis?

Blasphemi? Iudæorum furor.

Ioan. 10

Igitur vt ait Sapiens, à facie verbi parturit fatuus, sicut gemitus partus infantis, cito Iudæi isti per furiosum stultitiæ suæ partum, verũ esse testati sunt (vt iam dictum est) quod dixerat veritas, quia ex patre diabolo essent, qui ex propriis loquitur mendaciis. Non enim cũ paruo amaritudinis suæ tormẽto blasphemiam hanc ènixi sunt, quã de patre suo, patre mendacij conceperũt filij mendaces, animę ad-

Eccl. 19

Iudæi parturiunt.

thæ adulteræ & fatuæ à facie verbi, ab increpatione veritatis mendacium parturientes.

Porrò vbi vel quando dixerunt, quòd dæmonium haberet, & in hoc Euangelista & in cæteris Euangelistis similiter reperimus. Nam & aliàs dixerant: Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Et ipsum quoque Beelzebub vocauerunt, dicente ipso apud Matthæum: Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ioan. 7 Mat. 10.

Verum, vbi, vel quando Samaritanum illum vocauerunt, vel vnde huiusce improperij occasionem nacti sint, apud neminem Euangelistarum inuenimus, nisi fortè pro eo quod apud Samaritanos (quibus vtique Iudæi nõ cohabitantur) biduo mansit & docuit. Itaque Iudæi furore ebrij & cæci, non considerantes quid dicerent, sed tantum vt contumeliosissime dicerent, aiunt: Nónne bene dicimus nos. quo patet quòd hanc cõtumeliam vel CHRISTO affatim obiicere, vel obtrectantes absenti dicere soliti essent. Cur samaritanũ vocãt. Ioan. 4 G

Samaritanus, inquiunt, es tu. cõtra id quod dixerat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Verum contra id quod dixerat: Si veritatẽ dico vobis quare nõ creditis mihi, obiiciunt dicentes: Et dæmonium habes, & ideo nõ loqueris veritatem.

Sciendum est autem quòd Iudæi CHRISTVM Samaritanũ vocant, quem vtique non ignorabant genere esse Iudæum, & à loco Galileum, de quo & aliàs dixerunt: Scrutare & vide, quia propheta à Galilæa non surgit. Sed Iudæi isti (vtique paruuli quos occidit inuidia) ea lenitate animi de homine naturaliter Iudæo facere volunt Samaritanum, qua & ipsi dicebant: Semen Abrahę sumus, pater noster Abraham est, & vnũ patrem habemus Deum, & irascebantur illud sibi non concedi. qui tamen inter hęc quærebant interficere hominem qui veritatẽ eis loquebatur, quod Abraham non fecit. Ioan. 7 Iob. 5 Ioan. 8

Itaque Samaritanum vocant, diuersas ob causas. Primo in ipsius opprobrium, q̃ natio illa apud eos exosa valde esset & contemptibilis. Christum enim & exosum pariter habebant & contemptibilem.

Secũdo Samaritanũ eum dicebãt tanquã ritus Hebraicos dissoluentẽ, vtpote obseruationẽ sabbati vti imponebant. Samaritani enim non perfectè iudaizabant.

Tertio, quia Samaritani apud eos, peccatores habebãtur, & contrarij Iudæris. Christus autem ꝙ Iudæorum scelera reprehendebat, habebatur ab eis loco hostis & aduersarij. In quibus omnibus (vt dictum est) nituntur illum ostendere peccatorem esse.

H Cur dæmoniacũ dicũt.

Dæmonium insuper habere dicũt, vel ꝙ secreta cogitationum ipsorũ deprehendebat, quod imperitè dæmonio tribuebãt, qui humani cordis ignorat arcana. Vel quia credebant eum in principe dæmoniorum eiicere dæmonia. Veleriã propter sermones eius humanã capacitatẽ interdũ transcendẽtes, quibus & Deum esse patrẽ suum adserebat, & ꝙ de cœlo descenderat, & ꝙ esset panis viuus.

Itaq; tam diuinã in eo potẽtiam q̃ sapientiam blasphemantes, dæmoni adscribebãt. atq; per hoc instabãt (vt iam dictum est) contra id quod dixerat: Si veritatẽ dico vobis, quare nõ creditis mihi? Nam dæmoniacis credendũ non est, ꝙ per eos mendacij pater diabolus ipse loquatur.

Circa secundum, quod est, aduersum blasphemantes defensa Christi innocentia, subditur:

Respondit IESVS: Ego dæmonium nõ habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me.

I Rupert. Mãsuetudo Christi.

Accepta Dominus contumelia tam indigna, à mansuetudine solita non recedit, qua neminem referire consuevit. Aliud nanq; est quum interrogatus quis negat, atq; aliud quum id quod alius affirmauerat, ipse ex oppositio consistens denegat. Hoc autem interrogando dixerant: Nõne bene dicimus nos, quia Samaritanus es & dæmonium habes? Cæterum & aliàs dixerũt cum affirmatione: Dæmonium habes. Quis te quærit interficere? & paulò pòst dicturi sunt etiam affirmantes: Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Igitur & in hoc seruat mansuetudinis suę tenorem, ꝙ vnũ idemq; opprobrium, & hic interrogatus negat, & alibi tacita patientia dissimulat.

Ioan. 7

Notandum verò est, quòd non ait: Samaritanus non sum. Vnde & quum de hac parte iniecti opprobrij silet, ipso suo silentio satis indicat, quia genere esse Samaritanum vel Iudæum, aut certè Græcũ, non tanti est, vt quispiam animum aduertere, aut vllam operam dare debeat ad eluendum, vel remouendum à se huiusce denominationis opprobrium.

Aliàs

Alias autem & verè iuxta mysticum sensum (quem tamen Iudæi non attendebant) Samaritanus est Dominus noster IESVS CHRISTVS, sicut ab ipsius nominis interpretatione palàm omnibus intelligi datur. Samaritanus etenim interpretatur custos. Quis autem nisi ipse verus & peruigil, non dormitans neq; dormiens, humani generis est custos? Christ⁹ Samaritanus pius.

Quapropter in illa insigni parabola quã sic inchoat: Homo quidã descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, pulchrè seipsum Samaritani illius noïe & opere cõmendat, qui faciens iter venit secus eundẽ hominem, & alligauit vulnera eius infundẽs oleum & vinum. Prospiciẽs etenim iste custos noster de excelso sancto suo, de cœlo in terrã aspiciens, vidit genus humanũ à latronibus despoliatum, & plagis impositis semiuiuum relictum id est, à diabolo deceptore dignitate suæ conditionis exutum, & creatoris sui, non quidẽ imagine, sed similitudine nudatum, quod erat semiuiuum esse relictum. Rationem, secundũ quam ad imaginẽ Dei factus est, homo nõ perdiderat, sed imitationẽ bonitatis eius, secundũ quam ad similitudinẽ Dei factus erat, amiserat. Vidit, inquã, genus humanum sic semiuiuum, & appropiauit, proxim⁹ enim noster fact⁹ est, & absq; peccato nostri per oia similis, & oẽm curam quam eadem parabola prosequitur, adhibebat. Luc. 10

Igitur de hoc nomine quod est, Samaritan⁹, rectè custos hominũ Dominus noster tacuit, & tacendo satis laudauit. Hoc autem q̃ nullius boni notam retinet, interrogatus, non bene dictum esse respondit, dicens: Ego dæmonium non habeo. Sed quid? Honorifico, inquit, patrẽ meum. Ergo hæc contrario modo opposita esse constat, dæmonium habere, & patrẽ deum honorificare. Amplius, honorificare Deum, & inhonorare Dei filium, opposita sunt, quia non solum sensu, sed & voce contraria sunt. Proinde dæmonium habere & Deum inhonorare voce quidem diuersa, sensu autem paria sunt. K Mẽdacium dixisse Iudæos.

Igitur dum sic respondet mansuetus & verax: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonoratis me, obprobrium inimicorũ retorquet in caput ipsorum, voce quidem deuitãs horrisonam turpitudinem ne diceret: Vos potius dæmonium habetis, rei autem tenens veritatem, quia reuera nisi dæmonium haberent, Dei filium non inhonorarent.

Exemplum imitandum

Cæterũ (vt dicit Grego.) manſuetudinis Chriſti inter tanta cõuitia imoto aio perſiſtẽtis exẽplo, quid aliud q̃ ſuperbia noſtra cõfunditur? q̃ ſi exagitata vel leniter fuerit, atrociores reddit iniurias q̃ accepit, facit mala quę poteſt, minatur & q̃ nõ poteſt. Ecce iniuriam ſuſcipiens Deus nõ iraſcitur, nõ contumelioſa verba reſpondet. Qui ſi eiſdem iſta dicentibus reſpondere voluiſſet: Dæmonium vos habetis, verum profecto diceret, quia niſi impleti dæmonio eſſent, tam peruerſa de Deo loqui non poſſent. Sed acceptа iniuria, etiam quod verum erat dicere veritas noluit, ne non dixiſſe veritatẽ, ſed prouocatus cõtumeliam reddidiſſe videretur.

Ex qua re quid nobis innuitur niſi vt eo tẽpore quo à proximis ex falſitate contumelias accipimus, eorũ etiam vera mala taceamus, ne miniſterium iuſtæ correptionis vertamus in arma furoris. Sed quia quiſquis zelo Dei vritur, ſæpe à prauis hominibus dehoneſtatur, in ſemetipſo Dominus nobis patiẽtiæ præbuit exemplum, qui ait: Sed honorifico patrem meum, & vos inhonoraſtis me.

Quo dicto, ſtatim peruerſis illorum cogitationibus occurrit dicens:

Ego autem non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & iudicet.

L. Chriſtꝰ ſuã non quærit gloriam. Luc. 10

Exiſtimabant iniqui q̃ ille eſſet eorum ſimilis, id eſt, quod vanam quęrẽs gloriam de ſeipſo teſtimonium perhiberet, & ea mente diceret: Quis ex vobis arguet me de peccato? & his ſimilia, qua & illi quibus rectè dicebat: Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda veſtra, & huiuſmodi quàmplurima. Talem quippe illum haberi volentes antè dixerant: Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.

At ille intantum nulli vnquam adulatus eſt, vt in ciuitate illorum magna & ampla vel vnius noctis hoſpitium nunquam habuerit, ſed ſemper foris, & in Bethania maxime, hoſpitatus ſit.

Non enim quẽadmodũ hoĩes mũdi huius amatores, gloriam ſuam quærentes, & in domibus regũ eſſe feſtinantes, omnibꝰ adulantur, & idcirco rectè mollibus veſtiti dicuntur, non inquã ita & ipſe fauorem illorũ optabat, vt ſibi ab eis quantocius regiæ ſalutationes acclamarentur, & dicerętur: Viuat rex CHRISTVS, & ſic per hoĩ-

mines

mines super Dauidicum solium sublimaretur. Quod si quidpiam tale expectaret ab eis, nō vtiq; sic argueret eos in veritate, vt & paulò antè non tacuerit, dicens: Vos ex patre diabolo estis.

Verissimè ergo ait: Ego gloriā meam non quæro. Et protinus adiungit: Est qui quærat & iudicet. Tuti valde animi verba sunt hęc. Nec frustra. Quomodo enim gloriā Christi sui, gloriā regni sui, gloriā sacerdotij eius, nō quęreret & iudicaret? Quomodo hāc eius cōfidētiā Iudæi nō agnoscebāt? Siquidē de gloria regni eius prophetico spiritu dictū fuerat: Iurauit dñs Dauid veritatē, & nō frustrabitur eū, de fructu ventris tui ponā super sedem tuā. Item de gloria sacerdotij eius: Iurauit dñs & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundū ordinē Melchisedech. M Gloriā filij quærit pater. Psal. Psal.

Erant ergo inimici veritatis, & cum patre suo, patre mēdacij diabolo cōsiliū insipiens ineant, quomodo quasi rationabiliter cōsilium dei spernāt in semetipsis, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos, & hoc modo impleant scripturā dicentē: Astiterunt reges terræ, & principes conuenerūt in vnum aduersus dominū & aduersus christum eius. Nam reuera qui iurauit (vt iam dictum est) ritè prouidebit sibi, ne iuramentum suum irritum sit. Luc. 19. Psal.

Quæret enim & iudicabit gloriam christi sui, vt sitis vos inimici Iudæi quasi tempestas transiens, ipse autem quasi fundamentum sempiternum, videntibus cunctis, & audientibus vniuersis sententiamq; laudantibus, q reos maiestatis, gloriæ filij sui inuidos, dominus cœlorum duplici contritione conterendos, iudicabit vos. Pro. 10.

Scimus certè q scriptum est, quia pater omne iudiciū dedit filio, & tamen idem filius iniurias accipiens gloriā suam non quærit, illatas contumelias patris iudicio refert, vt nobis insinuet quantum nos esse patientes debemus, dum se adhuc vlcisci non vult & ipse qui iudicat. Grego. Ioan. 5. Patientiæ exemplum Christus.

Quum verò malorum peruersitas crescit, quia non solum prædicatio frangi non debet, sed etiam augeri suo nos dominus admonet exemplo, qui postquàm dęmoniū habere dictus est prædicationis suæ beneficia etiam largius impendit, dicens:

Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.

N In eo quo cœpit, veritas sermone perseuerat, totius constantiæ exemplar singulare. Suprà namq; ante lectionis huius initium sic proposuerat: Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Nunc verò in tertia persona generaliter loquens, dicit: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Pro eodem enim accipienda sunt. In Christi sermone manere, & Christi sermonem seruare. Amen amen (inquit) dico vobis. Repetitio hæc, diuini iuramenti, verborum Christi infallibilem ostendit veritatem. Si quis sermonem meum seruauerit, corde credendo, & opere adimplendo, mortem non videbit, id est, non experietur in æternum. Sicut enim infusa corpori anima præstat ei vitam, & ros cœlestis florem vificat, ita Christi sermo fidelem viuificat animam.

Christi sermonẽ seruans quõ nõ moritur.

Sed obiiciat aliquis, & dicat: Quis est homo qui viuet, & nõ videbit mortem? Ecce enim morimur vniuersi.

Mors triplex. Phil. 1. 1. Cor. 15.

Sed triplex est mors, videlicet. Prima, naturæ, quæ animam à corpore separat, & hanc necesse est omnem hominem experiri. Sed tamen Christi sermo facit, vt ista mors contemnatur, imò vt desideretur, iuxta quod dicebat Apostolus: Cupio dissolui & esse cum Christo. Sed & tandem virtute sermonis Christi mors ista destruetur, quando mortale hoc induet immortalitatem. Tũc enim absorbebitur mors in victoria. Vnde per Esaiam dicitur: Esa. 25. Præcipitabit dominus mortem in sempiternum.

Secunda, est mors culpæ, per quam anima separatur à deo, & ab ista liberat seruatus sermo Christi. Nemo enim peccat nisi qui verbum Christi non seruat.

Tertia est, mors gehennæ ignis, de qua per Psalmistã dicitur: Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Et rursum alibi: Quoniam non infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te. Sed nec mortem hanc peccatorum pessimam videbunt in æternum Christi sermonem seruantes.

HOMILIA ALTERA.

NVnc cognouimus, quia dæmonium habes. Ioan. 8.

In hac parte Euangelicæ lectionis duo restant consi-

consideranda. Primum est, aduersum vera respondentem contumeliosa replicatio. Secundum est, calumnias diluenti parata lapidatio. Ibi: Respondit Iesus: Si ego.

Circa primum duo sunt notanda. Vnum est, aduersus veritatem iterata blasphemia. Alterum, imposita domino adrogantiæ calumnia. Ibi: Nunquid tu maior es.

Circa primum dicitur. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Sufficienter amouerat à se Christus hanc contumeliam, sed tamen eam replicant, ne succumbere videantur. Vnde & ratione superati, de beneficio ostensæ veritatis peiores fiunt, quemadmodum econtrario per contumelias boni efficiuntur meliores. Nam accepta domini prædicatione dicentis: Amen amen dico vobis, si quis sermonem meũ seruauerit, mortem non videbit in æternum, iterum Iudæi blasphemant, dicentes: Nunc cognouimus quia dæmonium habes. A Iudæorum furor atrox.

Vbi aduertere est & cæcitatem pariter & impudentiã Iudæorũ. Nunc (inquiunt) cognouimus, quia dæmonium habes. Id antè certò nesciebamus, nunc autem vere scimus. Vbi eorum stupiditatẽ palam est cernere. Nam quando dominum de morte damnationis æternæ cõstat fuisse loquutum, ipsi hoc ad corporalem mortem iniquè detorquebant. Vnde & dicunt:

Abraham mortuus est & Prophetæ, & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum?

Verè stulti & maligni contentionis studio aduersus dei sapientiam dimicant, quæ sint exordia sermonis dei, necdum se scire ostendentes. Vbi enim cor suum pariter & aures dereliquerant, tàm multa clamãte scriptura de morte peccatorum pessima, verbi gratia, dum dicit: Quia non infernus confitebitur tibi, nec mors laudabit te. Vel illud: Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi, & his similia. B Mors pessima.

Nempe de hac morte vera, de hac morte pessima dicebat veritas: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. At illi quia iam æternæ morti inhæserant, & eandem mortem cui inhæserant non videbant, dum solam mortem carnis aspicerent, in veritatis sermone caligabant. Dixerunt ergo:

Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Et vnde à possessores stultitiæ, tantę rei nacti estis notitiam? A maioribus (inquiunt) capimus argumentum. Abraham enim & prophetæ mortui sunt. Quasi dicant: Non maioris authoritatis & efficaciæ est tuus sermo, quàm sermo dei. Sed obseruatores diuini sermonis mortui sunt, nempe Abraham & cæteri Prophetæ, ergo sermo tuus à morte non liberat. Quin nec teipsum à morte poterit tuus sermo liberare, quanto minus potest alios facere immortales? Nisi fortè putes te esse maiorem Abraha & Prophetis. Abraham autem mortuus est, qui tamen sermonem dei in omnibus obseruauit, egrediens ad domini iussionem de terra sua & cognatione, qui etiam propter sermonem domini præsto fuit immolare vnigenitum suum in holocaustum. Denique & sermo eius tantæ fuit virtutis, tantumq; valuit apud dominum, vt ciuitatem & vniuersam regionem Sodomorum si in ea decem iusti inueniri potuissent, ab impendente subuersionis pœna potuerit liberare.

Obiectio Iudæorũ.

Gen. 18.

Et Prophetæ mortui sunt, qui dei sermonem seruauerunt, & in suo nihilominus potentes fuerunt sermone. Verbi gratia: Moyses, Dauid, Samuel, Helisæus, Esaias, Ezechiel, Ieremias, Daniel, atq; cęteri omnes. Et super hæc omnia, tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Loco eius quod dixerat, mortem non videbit, isti dicunt, non gustabit, & in idem redit, quia tam videre mortem quàm gustare, accipitur pro eo quod est experiri.

C

Orige. Mortuos non esse viuẽtes deo.

Notandum est autem Iudæos non verum dixisse de Abrahã & de prophetis qui mortui essent. Audiuit enim verbum CHRISTI Abraham atq; seruauit, & huius simile dices de prophetis, de quibus dicunt: Et prophetæ mortui sunt. Nam ipsi verbum filij dei custodierũt, quum verbum domini factum fuerit vel ad Osee, vel Esaiam, vel Ieremiam, quod si quis alius custodiuit, ipsi prophetæ custodierunt. Mendacium ergo dicunt, mortuos esse asserentes. Vnde dominus in Euangelio cum Saducæis disputans. Non legistis (inquit) in libro Moysi, super rubum quomodo dixerit ei deus, inquiens: Ego sum Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Non est deus mortuorum, sed viuorum. Vnde & apud Lucam subiungitur: Omnes enim viuunt ei.

Mar. 12.

Circa

Circa secundum, quod est, imposita domino adrogantiæ calumnia, subditur:

Nunquid tu maior es patre nostro Abrahã, qui mortuus est? & prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis?

Iudaicæ gentis Abraham fuit pater, cui etiam primo futuri seminis repromissio facta fuit, à quo incœpit & circuncisio, & omnes Iudæi secundum carnem ab eo descenderunt, qui tamen (inquiunt) mortuus est, & prophetæ mortui sunt, qui & maiores quam tu, fuerunt, & sermonẽ dei meliorem, magisq; tuo sermone auctenticum seruauerunt. Quem (inquiunt) teipsum facis? Quousq; tendis supra temetipsum, vel ad cuius mensuram magnificas temetipsum, cuius mensuram nos omnes nouimus, videlicet, quòd sis homo Galilæus, fabri filius. D

Talis vtiq; percunctatio dicentium, quem teipsum facis, nimis iniuriosa est. Quis enim aliud seipsum facit quã est, nisi is, in quo veritas non est, mendax & mendacii pater, & omnis hypocrita & nequam, qui vtiq; ex parte eius est? Ergo cæcutientium fuit hæc prolatio, quoniam non se fecit Iesus id quod est, sed ex patre recepit ab æterno, sicut & dicebat ipse: Nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui priusquàm mundus esset apud te. Magnus itaq; fuit, non quòd ipse semet fecerit magnum, sed quia talem eum ab æterno genuit pater. Quamuis & ipse qui tantus erat semetipsum humiliauit, & in forma dei existens, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Itaq; nimis indignè mendacem hanc contumeliam CHRISTO infligunt, quem quasi adrogantem atq; superbum calumniantur, qui se Abrahæ anteponeret & prophetis. Intergatio iniuriosa. Orige. Ioan. 17. Phil. 2.

Circa secundum principale dicitur:

Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me.

Hic ponitur calumnias diluenti parata lapidatio. Vbi primo dominus falsam calumniam patienter diluit.

Secun-

Secundo, maiorem se quàm Abraham ostendit. Ibi: Abraham pater vester. Tertio, homicidarum duritia ad lapides decurrit. ibi: Tulerunt ergo lapides Iudæi.

E Circa primum, attende quali responso retusi sint, dente putido sipientiam commordentes, & dicētes, quem te ipsum facis? Si ego (inquit) glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Hoc quantum ad eorum suspitionem dixit.

Seipsum glorificare quid sit.

Vbi hoc primo sciendum est, quod nemo nisi alienæ raptor gloriæ, seipsum glorificare æstimandus sit. Qui enim se iactat & dilatat, confidens in corde suo, exemplo illius, qui primus creatoris sui communione contempta,

Esa.14. sibimet in corde suo loquens, sedebo (inquit) in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo, ille inquam, qui iactando & dilatando se, hunc imitatur, glorificare seipsum dicēdus est, eiq; recte dicitur: Quē teipsum facis? quia stultus est, & iurgia concitat, dum supra semetipsum se extendit, socialem comparium charitatem deserens, inferiorumq; charitatem fastidiens. Ergo dei filius non seipsum glorificat, nam econtrà (vt iam dictum est) quum in forPhil.2. ma dei esset, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, factus obediens patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis.

Dicat itaq; : Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, id est, quisquis supra semetipsum tendit, sicut vos de me calumniamini, dicentes, quem teipsum facis, gloria eius nihil est. Debemus enim concordem patris & filij charitatem nos imitari, qua & pater filium, & filius patrem

Io.17. glorificat. Ipso filio dicente: Pater clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te, vt mutua charitate fiat in nobis quod scriptum est: Honore inuicem præuenientes, & tunc gloria nostra non nihil est.

F Vt filiū clarificauit pater.

Et pater meus (inquit) qui glorificat me. Quibus versis aduersus impios & obstinatos adhuc sese dominus aperit, & manifestè diuinam suam maiestatem ostendit, docens eum sibi esse patrem, quem illi suum profitentur deum, vt exinde eorum perfidia nullam prorsus habeat excusationem.

Patet autem quemadmodum pater filium suū secundum humanam naturam glorificauit. Et primo quidem

Luc.3. in baptismo voce cœlitus audita: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Simili postmodū voce in sua

glorioſa

glorioſa transfiguratione in excelſo monte è nube audita idem Dei filius à patre glorificatus eſt, dicente: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Proinde inſigni teſtimonio Ieroſolymis paulo ante paſſionem ſuam filium ſuum pater glorificauit huiuſcemodi ad ipſum de cælo voce dicente: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Matt. 17. Ioan. 12.

Nam & in ipſa paſſione ſua hunc admirandis prodigiis clarificauit, quando videlicet elementis iuſtum facientibus obſcuratus eſt ſol & aër, & ab hora ſexta vſq; in horam nonam (quoadusque videlicet in cruce viuens pependit) tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. Quãdo nihilominus terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta ſanctorum ſeſe aperuerunt, ſed & velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum.

Denique in eius glorioſa reſurrectione à mortuis, ac deinde in triumphali aſcenſione in cœlum, ſeſſioneq; ad dexteram patris, angelorum præterea multiplici atteſtatione, & fide gẽtium Deus pater Ieſum Chriſtum filium ſuum (quem Iudæi inhonorauerunt) magnificè glorificauit, dans ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium terreſtrium, & infernorum. Sequitur. Philip. 2.

Quem vos dicitis quia Deus noſter eſt, & non cognouiſtis eum, ego autem noui eũ. Et ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo.

Non peregrinum pro ſe aliunde teſtimoniũ adducit Dominus, ſed contentus eſt illo paterno, quando & pater ille ſuus quo fretus eſt, Deus erat Iudæorum, ne iſti ſuſpicarẽtur alienum deum ipſum inducere velle. G Chryſ.

Et non cognouiſtis, inquit, eum. Dices & Iudæos cognouiſſe Deũ, iuxta illud Pſalmiſtæ: Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius. Ad quod reſpondetur, cognouiſſe quidem Iudæos Deum, ſed vt conditorem tantum, & adminiſtratorẽ mundi, nõ vt eum qui per vnigenitũ filiũ ſuum Ieſum Chriſtũ miracula operaretur, quia ſi ſic Deum cognouiſſent, filium eius non crucifixiſſent. Quod tamen intelligendum eſt more ſcripturarum, quo Iudæos Deum non cognouiſſe. Chryſ.

appellan

Deum ignorare. Esa.1.

appellantur impij, qui ita omnia agũt quasi Deũ non ignoscant. Quo loquendi modo per Esaiam Dominus loquitur, dicens: Israel autem me non cognouit, & populus meus nõ intellexit.

Proinde quisquis viam Dei non ingreditur, vsitato scripturę modo perinde habetur, ac si neque Deum cognoscat, nec ab illo se putet agnosci, iuxta quod in Regum historia scriptum legimus: Filij Heli, filij Belial nescientes Dominum, neque officium sacerdotum ad populum. Palam est autem inde eos dici ignorasse Dominum, quod impiè vixerint. De huiusce modi per Apostolum dicitur: Fatentur se nosse Deum, factis autem negant. Bene ergo Iudæis Deum suis malis operibus negantibus, ore veritatis dicitur: Et non cognouistis eum, tametsi iactitantes diciris, quia Deus noster est. Quem tamen verè cognoscebat ipse iuxta quod ait: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Porro de seipso saluator subdit, dicens:

1. Reg. 2

Tit. 1.

Matt. 11.

Ego autem noui eum. Secundum carnem iudicantibus potuit & hic arrogans videri, sed arrogantia non ita caueatur, vt veritas relinquatur. Propter quod subdit.

August. Veritati Christus attestatur. Rupert.

Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Quasi dicat: Sicut dicentes vos scire eum mentimini, ita & ego, si dixero me eum nescire. Furstra namque veritas in hunc mundum venisset, si seipsam negando, mendacibus satisfeciisset.

Bene ergo quod mallet eligens dicit: Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Quod vtique maxima demonstratio est quod ab illo sit missus. Hic autem, inquit, sermo eius est, & hoc mandatum ille mihi dedit, vt non solum vsque ad opprobria, sed & vsque ad mortem, testimonium veritati perhibeam, quòd ipse me misit, ad hoc quod quisquis sermonem meum seruauerit, mortem non videat in æternum.

Circa secundum, vbi maiorem se quàm Abraham dominus ostendit, subditur.

Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est.

H Rupert.

Refutatio vanæ gloriæ conuitio, quo denotauerant eum aduersarij, dicentes: Quem teipsum facis, nunc demum ad

mum ad illud respondet, quod cum indignatione non parua interrogauerant, dicentes: Nunquid tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est? Abraham, inquit, pater vester exultauit vt videret diem meum. Maior Christus Abraham.

Magna sanè & mira sententia, qua & magnum patris Abrahæ meritum, & longè magis propriè magnitudinis prædicat testimonium. Quid enim est, exultauit vt videret diem meum, nisi illud, quod & nos in eodem patre fidei nostræ rectè miramur quia primus ad præceptum DEI longam & laboriosam sustinuit peregrinationem, non sic quasi tristitiam aut necessitatem, sed vt verè magnæ lætitiæ expectationem?

Promiserat enim illi DEVS nullum habenti hæredem, imò & (quod maius est) sterilem habenti vxorem, quod in semine eius benedicerentur omnes gentes, nec statim accepit filium, per quem illud semen benedictionis quod est CHRISTVS sperare posset, sed prius exiit, nesciens quò iret, & in terra aliena in casulis habitando demoratus est, non habens hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirens. Gen. 17. Gen. 12. Heb. 13.

Hoc ergo magnum quidem est patris Abrahæ meritum, quod vtique (id est hanc eius obedientiam) DEI filius appellat exultationem. Sed longe maius est suiipsius testimonium quod diem suum fuisse testatur eiusdem exultationis præmium dicendo: Exultauit vt videret diem meum.

Porrò secundum Augustinum, incertum esse potest, vtrum dixerit temporalem diem Domini, quo erat venturus in carne, an diem Domini qui nescit ortum, nescit occasum. Sed ego, inquit, non dubito patrem Abraham totum sciisse. Ajt enim seruo suo quem mittebat: Pone manum sub fœmore meo, & iura mihi per DEVM cœli. Ergo quæ fuit illa iuratio, nisi quia signabatur de genere Abrahæ venturum in carne Deum cœli. I Dic Christi vt Abraham vidit. Gen. 24.

Proinde etiam tunc diem Domini Abraham vidit, quando in figura summæ trinitatis angelos hospitio recepit. Quibus profecto susceptis, sic tribus quasi vni loquutus est, quia & si in personis numerus trinitatis, in natura tamen vnitas est diuinitatis. Vidit ergo & gauisus est. Gen. 18.

Quis autem pẽsare potest illud beati senis gaudium quando

quando accepit diutinæ expectationis suæ præmium, scilicet filium, veracis dei testimonium, posteritatis initium, fundamentum generis, salutis argumentũ, nascituri Christi seminarium. Quis, inquam, nisi quem eadem fides animauit, persentiscere potest gaudium amici Dei quo dilatabatur anima eius quum staret familiariter cũ illo sub arbore, à cuius facie timide absconditse reus Adam sub arbore, & cibis suis eum pasceret, quem ille per cibi rapinam offenderat, suamq; radicem vetus oliua reuirescere conspiceret ad proferendum fructum, qui tandem vetiti ligni morsus expiaret.

Abraham Deũ pascit.

Recte igitur hic filius Abrahæ maior quàm Abrahã loquitur, dicens: Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est.

At illi carnales filij Abrahæ, suos à carne oculos non subleuantes, & in eo solam carnis ætatem pensantes verba eius hæc intelligere nolebant. Verba enim oris eius (nimirum iniqui iudaici populi) iniquitas & dolus, & noluit intelligere vt bene ageret. Sequitur enim.

Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?

K Simile.

Non ignorabat veritas quicquid respõdisset, vertendum esse in calumniam. Sic enim insistebant aduersarij, quomodo luctatores improbi, qui virum fortissimum quia virtute deiicere non possunt, fraude vt in foueam ruere faciant, circumueniunt. Sic enim isti insidiosi vrgebant, vt verbum elicerent, quod pro blasphemia condemnare possent. Attamen respondendum à Christo ita illis erat, vt totus mundus illis non audientibus, audiret, non negiecta scriptura quæ dicit: Ne effundas sermonem, vbi non est auditus, quum non tam propter illos qui persequebantur, quàm propter nos qui crediturieramus, idem sermo funderetur.

Eccli. 32.

Quinquaginta, inquit, annos nondum habes. Sanè triginta & trium duntaxat annorum tunc erat Christus. Et Abraham vidisti, qui iam ante annos circiter bis mille mortuus fuerat? Nec tamen dixerat Dominus se Abraham vidisse, sed econuerso, quia Abraham viderat diem Christi, nihilominus tamen secundum eorum intellectũ

errone

erroneum eadem vtrobiq; erat difficultas. Verum corporeis oculis nec CHRISTVS ipsum Abrahã, nec ipse Abraham Christum vnquam viderat, prout isti suo distorto intellectu CHRISTVM dicere calumniabantur. Itaq; benignè redemptor noster à carnis suæ intuitu hos submouet, & ad diuinitatis suæ contemplationem trahit dicens:

Amen amen dico vobis: Antequam Abraham fieret ego sum.

Ante præteriti temporis est, sum præsentis. Et quia tempus præteritum & futurũ diuinitas non habet, sed semper esse habet, nõ ait: Ante Abraham ego fui, sed ante Abrahã ego sum. Vnde & ad Moysen olim dixerat: Ego sum, qui sum, & dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos. L. Gregõ. Christus se Deum esse insinuat. Exo. 3.

Ante ergo vel post Abrahã habuit, qui & accedere potuit per exhibitionem præsentiæ, & recedere per cursum vitæ. Veritas autem semper esse habet, quia ei quicquam nec priori tempore incipitur, nec subsequẽti terminatur. Sed sustinere ista æternitatis verba infidelium mentes nõ valuerunt, imò noluerunt, sicut de hoc maxime iniusto & insipiente populo scriptum est: Quia noluit intelligere vt bene ageret.

Circa tertium, quemadmodũ videlicet homicidarum duritia ad lapides decurrit, subditur:

Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. IESVS autem abscondit se, & exiuit de templo.

Ergo veritatis verba sustinere non valẽtes ad lapides currunt. Et quem intelligere non poterant, vel potius intelligere dissimulabant, obruere quærebant. Defecerant eis verba quibus CHRISTO vltrà exprobrarent, ergo currunt ad lapides. Quò enim tanta cordium duritia nisi ad lapides duros recurreret? Furentibus Christus cedit.

IESVS autem abscondit se, non in angulum aut in locum aliquem secretiorem quasi timidus se recipiens, sed de sua potentia sibi conscius & securus de medio eorũ qui ei insidiabãtur exiuit. Exiuit (inquit) de tẽplo, in quo voluerant ipsum lapidare.

Quis iam miretur Dei filium templum ipsorum relinquisse desertum, quod iam ei factum erat spelunca hienæ? Iudei iustè derelicti, Iere. 12

Iudæi iustè derelicti.

Quid enim est, quòd Iudæi nunc vsque longe sunt à salute, nisi quia Iesus, id est, saluator ab illis abscondit se? Et quid est quòd ciuitas & templum super oculos, imo & super cadauera eorum cecidit, exterminantibus Romanis, & quæcunque illic Deo patrum suorum offerre vel celebrare consueuerant, holocausta arietum, & adeps pinguium, & sanguis vitulorum & agnorum & hircorum, neomeniæ, & sabbata, & aliæ festiuitates eorum, quasi stercus super vultus eorum proiectæ sunt, Deo protestante & dicente: Iniqui sunt cœtus vestri, calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta? Quid est, inquam, hoc, nisi quia Iesus absconditus ab eis exiuit de templo? dicens: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

Iere. 12. Rupert. Esa. 1. Malac. 2. Matt. 23.

Quòd autem quasi infirmus, se abscondit & exiuit, victoriæ totius perfectionem expressit (dicente Apostolo: Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus) quia non tam à lapidibus, quàm à lapideis Iudæorum cordibus fugit.

1. Cor. 1.

Sed dicat aliquis: Mirum est quod Dominus persequutores suos fugiendo declinauerit, qui si voluisset tacito nutu mentis suæ eos aut in suis ictibus ligaret, aut pœna subitæ mortis obrueret. Sed qui pati venerat, exercere iudicium nolebat. Certè sub ipso passionis tempore & quantum ipse posset ostendit, & tamen hoc ad quod venerat, pertulit. Nam quum persequutoribus se quærentibus diceret: Ego sum, sola hac voce eorum superbiam perculit, & omnes in terram strauit.

Ioan. 18.

M Christi tolerantia imitanda. Gregor.

Qui ergo & in hoc loco potuit manus lapidantium non se abscondendo euadere, quur abscondit se, nisi quòd homo inter homines factus redemptor noster, quædam nobis verbo loquitur, quædam exemplo? Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi vt etiam quum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus? Vnde & per Paulum dicitur: Date locum iræ. Quanta humilitate iram proximi ferre debeat perpendeat homo, si furores irascentium abscondens se declinauerit Deus. Nemo ergo se contra acceptas contumelias erigat, nemo conuitiis conuitia reddat. Imitatione enim Dei gloriosius est iniuriam tacendo fugere, quàm respondendo superare.

Ro. 12

Sed contra hoc superbia dicit in corde: Turpe est, vt accepta

accepta iniuria taceas. Nam quisquis conspicit quia acci-
pis iniuriam & taces, non putat quia patientiam exhi-
bes, sed crimen agnoscis. Sed vnde vox ista in corde no-
stro contra patientiam nascitur, nisi quia in imis cogita-
tionem fiximus: & dum in terra gloriam quærimus, pla-
cere ei qui nos de cœlo conspicit, non curamus?

Accepta ergo contumelia meditemur in opere vo-
cem Dei: Ego gloriam meam non quæro, est qui quærat
& iudicet.

Cæterum multa Christus Iudæis prædicauerat, sed N
prædicationis eius verba illi deridebant. Deteriores quo Quibus se
que ex prædicatione facti sunt, qui vsque ad iaciendos la- veritas ab-
pides prosilierunt. Et quid abscondendo se Dominus si- scondit.
gnat, nisi quod eis ipsa veritas absconditur, qui eius sequi
verba contemnunt. Eam quippe quam non inuenit hu-
milem, veritas fugit mentem.

Et quàm multi sunt hodie qui Iudæorum duritiam
detestantur quia prædicationem Domini audire nolue-
runt, & tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem, tales
ipsi sunt ad operationem. Præcepta Dei audiunt, miracu-
la cognoscunt, sed conuerti à suis prauitatibus renuunt.
Ecce vocat & redire nolumus, ecce sustinet & eius patien-
tiam dissimulamus. Dum ergo tempus est fratres, prauita-
tem suam vnusquisque deserat, Dei patientiam pertime-
scat, ne quem nunc tranquillum despicit, iratum postmo-
dum nequaquam euadere possit.

DOMINICA IN RAMIS palmarum.

QVum appropinquasset IESVS Ieroso-
lymis & venisset Bethphage ad mon-
tem Oliueti. Matt. 21

In hac lectione tria comprehenduntur. Requi-
te supra, Dominica prima aduentus.

Dominica resur

RECTIONIS CHRISTI.



VVum transisset sabbathū, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Marci.16.

In hac sancti Euangelii lectione tria comprehenduntur. Primum est, sanctarum mulierum erga Christum Dominum morte peremptum obsequium & deuotio.

Secundum est, triumphalis Christi à mortuis resurrectio, ibi: Et dicebant ad inuicem.

Tertium est, Resurrectionis Christi per mulieres sanctas fœlix annuntiatio, ibi: Sed ite.

Circa primum tria notantur. Primum est, Iudaici sabbathi transitio. Secundum est, sanctarum mulierum deuota obsecutio, ibi: Maria Magdalene. Tertium est, notandi temporis designatio, ibi: Et valde mane.

Circa primum dicitur: Quum transisset sabbathum.

A Beda. In Euangelio secundum Lucam scriptum est, quod sanctæ mulieres Christo iam sepulto reuertentes à monumento parauerunt aromata & vnguēta, & sabbatho quidem siluerunt propter mandatum. Mandatum enim legis erat, vt sabbathi silentium à vespera vsque in vesperam seruaretur, ideóque religiosæ mulieres sepulto Domino quamdiu licebat operari (id est, vsque ad solis occasum) in vnguentis præparandis erant occupatæ. Et quia tunc præ angustia temporis opus cœptum explere nequibant, festinauerunt mox transacto sabbatho, id est, occidente sole, vbi operandi licentia remeauerat emere aromata, sicut in hoc Euangelio continetur, vt *mane venientes vngerent corpus* IESV. Neque enim *vespera sabbathi, præoccupante iam noctis articulo, monumentum adire valuerunt.*

Consiat

Cõstat itaq; quia in lachrymis peruigiles amore, nimi umq; longa retardantis sabbathi mora fatigatæ, quo nec operari (vt iam dictum est) nec plus mille passibus ambulare licitum erat Iudæis, mox vt onerosum illud sabbathum abiit, recessit, transiuit, non quieuerunt, nec dederunt somnum oculis suis, non luciferum ad proficiscendum præstolatę sunt. Noctem pro die, desiderium pro duce, lunam rapuere pro sole. Luna quippe nocti non defuit quia tũc decimaseptima extitit. Porro decimaseptima luna, clauso vespere, paulo põst (id est, ferè per horã & dimidiam) exurgit, toti deinceps lumen suum ministratura nocti. Piæ mulieres in lachrymis p uigiles.

Circa secundum, quod est sanctarum mulierum deuota obsequutio dicitur in litera: Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata. Et quidem has tres hic Marcus commemorat, Matthæus duarum tãtum meminit, dicens: Venit Maria Magdalene & altera Maria videre sepulchrum. Ioannes vnius tantum, dicens: Vna autẽ sabbathi Maria Magdalene venit mane quum adhuc tenebræ essent ad monumentum. Lucas verò nullius harum meminit nominatim, sed tantum in genere dicens: Subsequutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius, & reuertentes parauerunt aromata & vnguenta, de quibus subdit: Vna autem sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentum. B Piæ mulierũ deuotũ obsequium

Constat autẽ euangelistas tantũ eas noĩatim expressisse mulieres, quæ & præcipuæ & feruentiores in Christi dilectiõe fuerũt. Inter quas amplioris prærogatiua dilectionis elucet Maria Magdalene, cui à Domino dimissa fuerant peccata multa, quoniam dilexit multum. Maria Iacobi, ipsa est mater Iacobi minoris, & Simonis, & Iudę siue Thadæi apostolorum Christi, & Ioseph qui cognominatus est iustus. Salome verò, mater est filiorum Zebedæi, id est, Iacobi maioris & Ioannis. Labũtur errore qui hanc putant vocari Mariam, & Salome cognominari, à putato, nescimus quo Saloma ipsius patre. Salome enim nomẽ propriũ est mulieris, nequaquã viri. Vide Iosephũ. Præcipuæ inter mulieres pias. Salome nõ mẽ nõ viri, sed fœminę Lib. 17. an. cap. 3.

Itaq; istæ mulieres sanctæ quę (vt iã dictum est) viuentem fuerant Dominum sequutæ, cum aromatibus ad monumentum venerunt, & ei quem viuentem dilexerant, etiam mortuo studio humanitatis obsequuntur.

C Obsequentium Christo ferunt.

Nec satis illis videbatur quòd Ioseph ab Arimathia & Nicodemus condierant Dominum cum linteis & aromatibus ipsis præsentibus & aspicientibus, nisi & ipsi aliquid de suo superaddidissent.

Rupert.

Quo mysticè datur intelligi quemadmodũ piis & fidelibus mentibus semper optabile est, ad ea quæ Apostoli vel apostolici viri scripserũt de fide resurrectionis aliquid proprij superadiicere laboris. Faciuntq; hoc penè cuncti dictis aut factis, pauci etiam scriptis. Idcirco quemadmodum piis illis mulieribus viuum se præbuit, & vt agnosceretur Mariam suo nõe vocauit, quod magnum est indicium suæ dilectionis. Vnde & ad Moysen: Noui te, inquit, ex nomine, sic omnibus tũc prope aderit quærentibus nũc eum in veritate, & nomina ipsorum ostendet illis scripta in libro vitæ.

Nota.

Exo. 33

Mos amãtium.

Nõ ergo superfluum cuiquã videatur q̃ piæ mulieres voluerũt CHRISTI corpus iam semel vnctum & cũ aromatibus conditum & ipsæ denuò vngere, quia amantis est, vt magis cupiat ipse proprium obsequium amato impendere, q̃ vt hoc faciat alter. Itaque vis amoris in sanctis iis agebat mulieribus, vt venerandum Christi corpus & tangere vellent & vngere, quanquã prius vnctum (vt dictum est) nã minus actum eis videbatur quicquid sine eis fuisset ab aliis Domino sedulitatis impensum.

De Christo mortuohoror nullus.

Proinde & si horridũ sit videre mortuum, & amplius mortuum pertractare in monumento, præsertim in tenebris, adeò vt & mater mortuum exhorreat filium, nihilominus tamen in istis vsqueadeò naturę fragilitatẽ amor exsuperabat, vt nõ solũ minime timerẽt, verũ insuper summopere desiderarẽt mortuum Dñi corpus non solũ videre, sed & tangere, & vngere. Tantus enĩ fuerat earũ amor ad viuum, q̃ nõ credebãt se posse horrere mortuum. Sed neq; vlla cas habebat suspicio de fœtore sepulti, quas adeò delectauerat amor viuentis, q̃ credere nequibãt vllũ se fastidium de grauiore mortui odore habituras.

D Cur & christi mater nõ venerit.

Quæris forsan cur & ipsa Dñi mater vnà cũ aliis sanctis fœminis istis filij sui corpus vngere nõ veneritẽ? Vtiq; quia cõstanti fide resurrectionẽ eius vel iam tũc factã, vel mox futurã credebat. Fideli etenĩ mẽte verbũ ipsius cõseruabat quo se prędixerat tertia die à mortuis resurrecturũ. Quinetiam piè credendũ est, quia Dñs resurgẽs matri primũ apparuit, cuius animã passiõis suæ gladius pertrãsiuit.

Et quis

Et quis consequi verbis posset quantus torrens gaudij repentè inundans, locumq; vulneris replens, animam eius ferro doloris confossam, inebriauit, quum rediuiuus filius eius illi ante omnes mortales (materno virginè nõ defraudans honore) victoriam suam annuntiauit, & dulcia iam suæ carnis vulnera, carnis inquam quam ipsa genuit, præbuit deosculanda? Quid ergo? repugnare ne hoc videbitur Euangelio referenti, q; Iesus surgẽs primo Mariæ Magdalene apparuit? Absit. Sed omnibus beatam virginem matrem excipimus testibus præordinatis, quos solos nominare ad Euangelistas pertinuit, vel quos Christi resurrectionem decuit adnuntiare. Nunquid ergo decuit matrem ipsam filij sui nuntiare resurrectionem, vt verba eius tanquàm deliramenta viderẽtur Apostolis? Si enim extranearum verba fœminarum visa sunt eis deliramentis similia, quomodo non magis matrem amore filij crederent delirare? Verissimè ergo matri filius resurgens apparuit, sed illa vt ab initio cœperat, ita & nunc conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo.

Christum matri primũ apparuisse.

Cur Euangelistæ hoc tacuerunt.

Quòd si idcirco verũ nõ videtur, quia nullus Euãgelistarũ scriptis hoc restatur, cõsequẽs est, q; nunq; post resurrectionẽ suã visus sit matri, quia quãdo vel vbi apparuerit illi, nullus eorã edixit. Sed absit hoc ab illo qui in lege sua patrẽ & matrẽ honorare præcepit, absit inquam, vt matrẽ propter se doloris gladio transuerberatam, tam dura negligentia, talis filius inhonorauerit.

Exo. 20.

Sed nónne vel tunc quando vndecim discipuli abierunt in Galilæã, in montem sicut constituit illis Iesus, hãc beatã de qua loquimur virginẽ matrẽ Euãgelistæ præterierũt, & absq; illa vidẽtes adorauerũt? Imò nõ alio in loco q; in domũ illius, nõ aliũ in montẽ abierũt vt viderẽt eũ, q; in illum super quem ciuitas Nazareth sita erat.

Ruper.

Circa tertiũ, quod est notãdi tpis designatio, subditur:

Et valde mane vna sabbatorum veniũt ad monumentum orto iam sole.

Et valde manè inquit, quum videlicet secundum Ioannẽ adhuc tenebræ essent. Et apud Lucam dicitur: Vna autem sabbati valde diluculò. Sed qui fieri potuit, vt adhuc tenebræ essent, orto iam sole? Respondetur:

E.

Dissonãtia soluitur.

Valde manè mulieres veneruntad monumentum orto iam sole, id est, qñ iam cœlũ ab oriẽtis parte albesceret,

Beda.

quod vtiq; non fit nisi orituri solis vicinitate, manentibus adhuc nocturnarum reliquiis tenebrarum.

Per noctẽ mulieres ambulasse

Itaq; deuotæ fœminę quæ(vt dictum est)viuum dilexerãt & mortuum desiderabant,per noctem iuuante luna ambulantes venerunt ad monumentũ. Per noctem enim ambulauerunt,quæ diluculó venerũt ad monumentum.Nisi enim per noctem venissent,quomodo tam manè ad sepulchrũ peruenissent? Verbi gratia:Maria Magdalene, cuius domus erat Bethaniæ, qui vicus quindecim stadiis distat ab Ierosolymis,quomodo prima ante alias vna sabbati iuxta Ioannem,valde diluculó illó peruenisset,dum videlicet adhuc essent tenebræ? Sepulto quippe domino mulieres quæ illum sequutæ fuerant,Ierosolymis non remanserunt,sed quum aspexissent vbi poneretur, reuertentes(inquit Lucas) parauerunt aromata.

Falsó igitur quidam euangelistas calumniati sunt,q cõtraria dixissent,in eó quód Matthæus vesperè sabbati, cæteri prima sabbati diluculó mulieres venisse dixerunt ad monumentum. Matthæus enim vt earum commendaret desiderium, quando venire cœperunt, cæteri dixerunt, quando peruenerunt. Dicens enim: Vespere autem sabbati quæ lucescit in prima sabbati, satis indicat quid intenderit,nempe non eas ad sepulchrum vesperi venisse, sed in illa vespera, id est, nocte, quæ iam lucere incipit in sequentem diem. Vesperam ergo pro nocte intelligas.

F Valde manè (inquit)vna sabbatorum Hoc est, prima sabbatorum,& est prima dies à die sabbatorum,id est, requietionum, quam nunc diem dominicam propter resurrectionem domini saluatoris mos ecclesiasticus appellat.

Sed quur Euangelista quum posset prima sabbati dicere,maluit dicere vna sabbati,nisi propter singularem& vnicam gloriã eius diei? Est enim verè festa dies,verè beata dies,nobilitas anni,mensis decus,ornamentũ dierum.

Vt dies dominica sabbato præstantior.

Porró quanto præponderet huius diei sanctificatio quæ nobis data est, sanctificationi illi qua Iudæis sabbatum dedicatum est, ex comparatione caussarum vtriusq; sanctificationis aduertere licet. Imparibus enim longeq; diuersis caussis,& sabbatum creator noster benedixit, & primã sabbati idem ipse saluator noster dedicauit.Caussa nempe benedictionis sabbato fuit hæc, quia deus in illo cessauit ab omni opere quod patrauerat. Caussa verò benedictionis primę sabbati,quòd deus homo factus in illa resur-

resurrexit à mortuis. Quis hæc longius inter se differre non videat? Si enim dei requies causſa ſanctificationis diei eſt, conſequenter vbi maior & verior eius requies, illic ſanctificatio copioſior eſt. Ad hęc, vbi maiorem in operante laborem attendimus, maiorem nihilominus in ceſſante requiem agnoſcimus.

A grauiori labore dulcior requies.

Conſtat verò quia deus dum compleret mundum fatigatus non eſt, nempe qui omnia per verbum ſuum operatus eſt, & vniuerſa componens de ſingulis dixit, fiat, & factum eſt. At ipſe idem quũ vt mundũ redimeret homo factus, vnus idemq; Chriſtus deus & homo paſſus & crucifixus & ſepultus eſt, proculdubio fatigatione nõ parua fatigatus eſt. Qua ergo die reſurrexit veram vtiq; requiẽ, gloria & honore coronatus, introiuit, ac longè excellentius requieuit q̃ tunc qũ à mundi creatione ceſſauit. Deus enim non in mundanæ creaturæ mole viſibili, ſed in intellectualibus cœlis, id eſt, in ſanctis animabus requieſcit. Nulli ergo dubium quin prima ſabbati tãto vberius ſanctificata ſit, quãto verius ſuã in requiẽ (quę ſanctificationis diei cauſſa eſt) deus & homo Chriſtus reſurgẽs introiuit.

G

Vnde gaudeant Iudæi.

Relinquamus igitur Iudæis ſabbati ſui vetus gaudiũ quod eſt illis de creatione mundi viſibilis, cuius ſolius fructu tranſitorio ſemper delectati ſunt, cuius ſolius proſperitatibus ſemp lactari appetiuerũt, pro cuius ſolius acquiſitiõe creatorẽ eius ſeruiliter timentes colere viſi ſunt. Intantũ enim terrenis ſemper inhęſerũt, vt quæcunq; de cœleſtibus illis promiſſa ſunt, terrenarum quas amãt ſemper velari oportuerit nominibus rerum. Vnde eſt illud: Audi Iſrael præcepta dñi, & ea in corde tuo quaſi in libro ſcribe, & dabo tibi terrã fluentẽ lac & mel. Nam & ipſum deũ & dñm, per quẽ mundus factus eſt in propria venientem idcirco ipſi qui ſui erant, nõ receperũt, nec intelligere voluerunt eum eſſe regẽ Iudæorũ, quia cõtra carnalis ſenſus eorũ opinionem, beatitudinẽ pauperibus, & væ prædicabat diuitibus, quũ ipſi exiſtimarẽt q̃ nũc quoq; ſomniant, regnãte Chriſto aureã, gẽmatamq; Ieruſalẽ in terris, ſtratasq; auro mundo plateas eius ſe habituros.

Porrò noſter ſabbatiſmus hac die de ſeptima tranſfertur ad octauam quę prima eſt. Nam eadem octaua dies eſt, quæ & prima. Idcirco autem iure in octauam tranſfertur, quia de alio opere, quàm de creatione mundi, noſtrum (vt dictum eſt) gaudium ſumitur.

Dupla namq; est operatio dei. Prima est, creatio mundi, secūda saluatio mundi. Secundū creationē nihil nouū fit sub sole, quia, qui viuit in æternū, creauit omnia simul.

Eccl.18. Secundū saluationē verò. Pater meus (inquit) vsq; modo

Ioan.9. operatur, & ego operor. De creatione mundi sabbatizent dilectores mūdi, nobis aūt de saluatione mūdi gaudendū est, quorū vita & requies in deo cū Christo absc̄dita est.

Circa secundum principale dicitur:

Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.

Hic consequēter describitur glorioſę resurrectionis Christi declaratio. Vbi per ordinem quatuor notantur.

Primum est, ingentis saxi à monumento reuolutio. Secundum est, angelici luminis pauēribus apparitio. Ibi: Et introeuntes. Tertium est, trepidantium mulierum per angelum confortatio. Ibi: Qui dicit illis. Quartum est, dominicæ resurrectionis per angelum prædicatio. Ibi: Surrexit, non est hic.

H Circa primum dicitur: Et dicebāt ad inuicē, nimirum mulieres sanctæ quum essent in via, & iam adpropinquarent sepulchro: Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumēti? Sed quū sepulchrū grandi saxo multorū viribus admoto corā posite claudi vidissent, quur ad saxi reuolutionē nō adsumpserāt secū Petrū & Ioannē, vel alios quoslibet virorū fideliū? Sed discipuli scientes quia cum armata custodia sepulchrum seruaretur, non ausi fuissent illuc accedere, ne à custodibus hos furandi corporis gratia venisse arbitraturis, occiderentur.

Cur lapidi mouendo nō venerit discipuli.

Porrò, mulieres sanctæ amore vires animum q; superante, ne ipsos armatos quidem metuebant custodes. Fortis enim est vt mors dilectio. Itaq; & si dubitabāt quis lapidem illis ab ostio monumenti reuolueret, non tamen ab incœpto destiterunt.

Piarū constantia fœminarum.

Can.8.

Quod si custodes ipsos pecunia redimere præsto fuissent, nec ipsi milites custodes signatum sigillis principum sacerdotū & phariſęorum sepulchrū ausi fuissent reserare. His omnibus nō obstantibus piæ mulieres sperabāt se ad domini

dñi corpus quod vngere venerant posse pertingere. Nã sicut credẽti nihil impossibile, ita & amãti nihil esse difficile videtur. Siquidẽ vis amoris bonæ spei facit amantẽ, ita vt credat præsto esse quæ amantis desiderio suffragantur, iuxta quod quidam ait: Quid non speremus amantes? Virgi.

Et respicientes viderũt reuolutũ lapidẽ. Qualiter aũt reuolutio lapidis facta sit, Matthæus patefacit, simul indicans quemadmodũ & ipsi custodes iam aufugerant. Dño post noctẽ mediã è sepulchro clauso & inuiolato à mortuis resurgente, terræmotus (inquit) factus est magnus. Angelus enim dñi descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidẽ, & sedebat super eũ. Erat aũt aspectus eius sicut fulgur, & vestimentũ eius, sicut nix. Præ timore aũt eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Post paululum verò viribus resumptis aufugerant trepidi, & venientes in ciuitatem nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Qui congregati cũ seniori bus, cõsilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos vsq; in hodiernum diem. O mendacium ineptum, mendacium non modo multa pecunia, sed etiam Iudæorum animabus dispendioſè redemptum. O testes robustos, qui de iis rebus perhibent, quæ sterrentibus ipsis gerebantur. Ridiculum sanè vnà cum testibus testimonium.

I Lapidẽ angelus remouit. Mat. 28. Ineptũ Iudæi vt emerũt mẽdacium.

Amouerat autem angelus domini lapidem ab ostio monumenti, non vt egressuro domino ianuam panderet, sed vt hominibus suæ daretur resurrectionis indicium. Antè enim quàm angelus reuolueret lapidem, iam clauso dominus exierat sepulchro. Nam qui mortalis clauso virginis vtero potuit nascendo mundum ingredi, non est mirum si factus immortalis potuit resurgendo è clauso signatoq; sigillis saluis exire de monumento, quemadmodum & ipse iam rediuiuus à morte clausis ad discipulos suos foribus ingressus est.

Clauso Christus exiuit sepulchro.

Itaq; mulieres sanctæ videntes reuolutum lapidem, admiratæ simul fuerunt, & gauisæ, & territæ. Admiratæ quidem quo modo & à quibus lapis esset reuolutus: gauisæ autem, quia videbant reuolutum lapidem, propter

propter quem ſuſpicatę fuerant ſe impediendas ne vngendi gratia domini corpus intra ſepulchri ſpeluncā poſſent adire. Timidæ verò fuerunt, ne forte domini corpus eſſet ablatum, & à Iudæis indignum aliquid perpeſſum.

Circa ſecundum, quod eſt, angelici numinis pauentibus apparitio, ſubditur:

Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt.

K Monumentum appellat ſpeluncā ipſam in qua erat ſepulchrum. Longè enim alterius ſchematis erat illud domini ſepulchrum q̄ ſint noſtri moris ſepulchra, quæ effoſſo telure fouearum in modum excauantur, ad quæ non facilè plures poſſent homines ingredi. Porrò de hoc domini ſepulchro Eſaiæ vaticinio longè antè fuerat prænuntiatū: Et erit ſepulchrum eius glorioſum.

Eſa. 11. Dominici ſchema ſepulchri.

Cuius ſchema huiuſcemodi extitit: Domuncula ſeu cauerna fuit rotunda, exciſa de ſuperiacente rupe, tanti ambitus (teſte Remigio) vt vix decem caperet homines, & tantæ altitudinis, vt homo recto conſiſtens in pauimento, vix manu poſſet culmē attingere. Ab oriente habebat introitum, cui lapis ingens oſtiī loco erat aduolutus. Ad dexteram verò ingredientium, id eſt, à parte aquilonari erat exciſum ex eadē rupe ipſum dominici corporis receptaculum, habens longitudinis pedes ſeptem, & crat à pauimento tribus palmis ſurſum. Cuius patulum non deſuper, ſed ex latere verſus meridiem erat, ſicut fieri ſolet in muris domorum rebus quibuſlibet reponendis.

Beda. Situs dñici corporis.

Itaq; mulieres ſanctæ introeuntes in domum illam rotundam quæ in petra eſt exciſa, viderunt angelum ſedentem ad meridianam partem loci illius, vbi poſitū fuerat corpus Ieſu, hoc enim erat in dextris. Quia nimirum corpus quod ſupinum iacens caput habebat ad occaſum, dexteram neceſſe eſt haberet ad auſtrū Habes apud Matthęum, quod angelum qui reuoluit lapidē ab oſtio monumenti, primo viderunt ſuper ipſum lapidē ſedentē, qui eas intrare in locum vbi dominus fuerat poſitus iuſſerit, & videre quòd iam reſurrexiſſet à mortuis. Lucas duos cōmemorat angelos, eoſq; ſtātes. Ioannes verò refert Mariā Magdalenē duos vidiſſe angelos ſedētes, vnum ad caput, alterum ad pedes vbi poſitum fuerat corpus IESV.

Quibus

Quibus concordandis labore opus non est, quandoquidē Euangelio teste cōstet, quia nato Domino angelus vnā pastoribus apparuit adnūtians illis CHRISTI natiuitatem, & statim postea multitudo quoq; visa audita'q; est angelorum psallentium. Vnde & piè credendū est etiam nūc in Domini resurrectione cōplures apparuisse angelos eiusdem tā glorioſæ nuntios resurrectionis, præsertim quum & ipse Dominus à monumento non abesset. Cōcordanſ Euangelia.

Itaq; modis omnibus credendū est istas angelorū apparitiones factas esse singulas, ita vt singuli Euangelistæ pro se quisq; peculiare aliquid ex historia sint complexi, quorum si scripta singula coniungas, completam historiæ seriem teneas.

Viderunt, inquit, iuuenem sedentē in dextris. Apparuit angelus sanctus in ætate iuuenili, quę vtiq; ætas florida est & iocūda. Nam ipsa Domini caro in ea ætate resurgens à mortuis, refloruit. Quo nihilominus ostenditur vniuersum genus humanū in tali ætate in nouissimo die resurrecturum. Nescit enim resurrectio senectutē aut infantiam, sed ætatem floridam & iocundam. L Angelꝰ qua specie apparuit.

Coopertū, inquit, stola candida. Pro quo Lucas habet In veste fulgenti, & in idem redit. Sanè iocūditatis & gaudij indicia salutiferæ resurrectionis fulgens amictus prætendit. Moyses enim plagas Ægyptiis præparans in flamma ignis angelū perspexit, sed non tales visi sunt mulieribus in sepulchro, sed mites & hilares, quales decebat conspici in regno & gaudio Domini. Et sicut in passione eclypzatus est sol, mœroris & angustiæ signa promens crucifigentibus filium Dei, ita angeli vitæ ac resurrectionis præcones, habitū salutiferi festi, candidati designabant. Euſebius. Cur in ſtola candida.

Vnde Gregorius: *Angelus dominicæ resurrectionis nuntius, stola candidā coopertꝰ apparuit, quia festiuitatis nostræ gaudia nuntiauit. Candor enim vestis, splendorē denūtiat nostræ solēnitatis. Nostræ dicamus an suæ? Sed vt fateamur verius, & suæ dicamus & nostræ. Illa quippe redēptoris nostri resurrectio, & nostra festiuitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit: & angelorum festiuitas extitit, quia nos reuocando ad cœlestia, eorum numerum impleuit.*

Et obstupuerunt. Vbi Lucas habet: Quum timerent autem & declinarent vultum in terram, Exterritæ nimirum sunt mulieres & (vt est dictū) admiratæ, & lapis ab ostio M Cur obſtupuerunt.

ostio monumenti reuolutus erat, & Domini corpus in sepulchro non inueniebatur. Tantum fasciæ aderant & sudaria, quibus etiam angelus assidebat. Et quia magnus & ardens in Domini dilectione sanctarũ erat mulierum animus, & quod eis acciderat magnum & insolitũ erat, meritò super iis & obstupuerũt & expauerunt. nempe quæ nec oculus viderat vnquã, nec auris audierat, neq; in cor vllius vnquam hominis ascenderat.

Grego. Matthæus autẽ angelum apparuisse describens (prout iam dictum est) Erat, inquit, aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix. In fulgure enim terror timoris est, in niue autem blandimentum candoris. Quia verò omnipotens Deus & terribilis est peccatoribus, & blandus iustis, rectè testis resurrectionis eius angelus, & in fulgore vultꝰ, & in candore habitus demõstratur, vt ipsa sua specie & terreret reprobos, & mulceret pios.

Sed quid venientes sanctas fœias adfatur audiamus. Circa tertium itaq;, quod est, trepidantium mulierum per angelum confortatio, sequitur:

Qui dicit illis: Nolite expauescere. IESVM quæritis Nazarenum crucifixum.

Angelica mulieribꝰ cõsolatio. N Pauorem à mulierum mentibus remouet, vt gloriam resurrectionis intelligant. Vnde & sermone consolatorio eas adloquitur dicens: Nolite expauescere. Ac si apertè dicat: Paueant illi qui non amant aduentum supernorum ciuium. Pertimescant qui carnalibus desideriis pressi, ad eorum se societatẽ pertingere posse desperant. Vos autẽ cur pertimescitis, quę vestros conciues videtis?

Quo signo malũ angelũ discernas Luc. 1. Hoc signo angelus bonus à spiritu maligno discernitur, quia hic pauentes terret horridius, ille autem pauefactos benignè consolatur. Vnde ad Zachariam angelo viso timore concussum ab eodem angelo dicitur: Ne timeas Zacharia, exaudita est oratio tua. Et rursus idem angelus ad Mariam: Ne timeas, inquit, Maria. Inuenisti enim gratiam apud Deum. Similiter & iste dominicæ resurrectionis nuntius angelus sanctus primum mulieres pias à metu liberat, deinde bonum eis de resurrectiõe nuntium adfert. Sed & obsequium illarũ erga CHRISTVM commemorat dicens: IESVM quæritis Nazarenum crucifixũ, Iesus saluator interpretatur. Porrò multi hoc nomi

nomine tunc dici poterant, non tamen substantialiter, sed nuncupatiue. Ideoq; locus subiungitur, vt de quo IESV dictum sit manifestetur: Nazarenum. neq; crucem Domini sui reformidans subdit: Crucifixum. Iam enim glorificata crux erat, & Christi morte cohonestata. Siquidem humani generis salutem in ea fuerat operatus.

Circa quartum, quod est, dominicę resurrectionis per angelum prædicatio, subditur:

Surrexit. non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum.

O Angelo christi resurrectionē primus p̄dicat.

Quasi dicat: Nolite quærere crucifixum & mortuum, sed quærite à mortuis rediuiuum. Non est hic, scilicet in monumento. Vnde nec hic quærendus. Vnde apud Lucam dicunt angeli: Quid quæritis viuentem cum mortuis? Non est hic, inquit, scilicet in sepulchro per præsentiam carnis, qui nusquam deest per præsentiam maiestatis. Et vt probet se verum dicere quòd surrexit & ibi non sit, subiungit: Ecce locus vbi posuerunt eum, vt si meis sermonibus non creditis, vacuo credatis sepulchro.

Resurgere Christū cuadecuit.

Decuit sanè CHRISTVM à mortuis resurgere plures ob causas. Primo propter scripturarum implctionem. Vnde sancta sic confitetur ecclesia: Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Scriptum est enim in Osee: Viuificabit nos post duos dies, in tertia die suscitabit nos. Hinc & ipse Dominus: Sicut fuit, inquit, Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Hoc dicens patenter ostendit scripturā de naufragio Ionæ meram de sua futura resurrectione fuisse prophetiam. Nec tamen mox post mortem perpessam decebat CHRISTVM reuiuiscere, ne putaretur nec verus homo, nec verè fuisse mortuus. Veram autem ipsius mortem triduana probat sepultura.

Osee. 6
Mat. 12

Secundo decebat Dominum à mortuis resurgere propter suæ potentiæ manifestationem. Magna sanè potentia est quando viuus homo suscitat mortuum, vti Petrus Apostolus Thabitā: Maior quando mortuus suscitat mortuum, sicut corpus Helisæi mortuum, cadauer mortui in eodem quo situm est sepulchro, suo contactu viuificauit. Maxima verò potētia est si mortuus suscitat semetipsum.

Christi potētia manifestata.
Act. 9.

Quod

Quod vtique nemo potest, nisi qui Deus pariter & homo est. qui & ex humanitate mori, & ex diuinitate mortem superare possit & resurgere. Hoc inquam illius tantum
Ioan.10 est qui ait: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam.

Crucifixi dignitas. Tertio hoc ipsum decuit, propter CHRISTI crucifixi dignitatem: Quum enim Domini corpus esset diuinitati coniunctũ, non decebat vt vsq; ad generalem resurrectionem sub terra iaceret. Vnde & per Psalmistam ex persona ipsius fuerat prænuntiatum: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et licet in illo triduo diuinitas non fuerit à Christi corpore separata, non tamen Christus tũc homo fuit, nec propter coniunctam diuinitatem corpus illud viuebat, imò si resurrectio ipsius non fuisset accelerata per actionem causarũ naturalium quæ ordine suo permissæ fuissent agere nouo cessante miraculo Domini corpus resolutum tandem fuisset & incineratum.

P Vt fides nostra firmet. Quarto oportebat Christũ resurgere propter nostræ fidei confirmationem. Si enim nõ resurrexisset, fides suæ diuinitatis vel recepta nequaquã fuisset, vel certè recepta perisset. Quis enim Deum esse crederet qui à morte superatus esset atq; subactus? Siquidẽ ob perpessam à se mortem, fides suæ diuinitatis in suis quoq; discipulis iam fuerat euacuata. Vnde & spe iam amissa dicebant:
Luc.24 Nos autẽ sperabamus ꝙ ipse redẽpturus esset Israel. Porrò per ipsius à mortuis resurrectionem, spes nostra in ipsum fidesque firmatur.

Sãson vt Christi typus. Sanè typum Christi resurgentis conuenienter quondam Samson gessit. Ille enim (vt dicit Augustinus) crines seprem habuit, id est, floccellos crinium. Huic septiformis spiritus fuit. Illi virtus omnis in capite fuit. Huic virtus omnis ex Deo est. Caput enim Christi Deus. In illo virtus obscura, in hoc celata diuinitas. Samson iter faciens manibus leonẽ necat, & Dominus ac saluator per susceptiꝑ corporis sacramentũ, leonẽ diabolum extẽsis in cruce manibus interemit. Samson de ore leonis fauum mellis abstraxit, Christus Dominus de faucibus diaboli plebem suam eripuit. Saluauit Samson populũ Israel hostibus debellatis, Dominus excussis dæmoniis populum suum de morte perpetua liberauit. Samson obseratis portis claditur in ciuitate, Dominus signato clauditur monumẽto.

Samson

Samſon fractis ſeris ſubtractisq; portis ſecurꝰ euadit, Dominus inferni ruptis obicibus receptoq; corpore à morte liber egreditur.

Circa tertium principale dicitur: Sed ite, dicite diſcipulis eius, & Petro.

Hic ponitur reſurrectiõis Chriſti per mulieres ſanctas felix adnũtiatio. Vbi duo tangũtur. Vnũ eſt, nuntiandæ reſurrectioni mulierũ deſtinatio. Alterum, viuentis iam domini, in adſerto loco diſcipulis promiſſa conſpectio, ibi: Quia præcedet vos in Galilæam.

Circa primũ per angelũ ſanctis dicit mulieribus: Sed ite, ſubaudis, feſtinãter. Ergo muliebri ſexui gaudiũ dñicæ reſurrectiõis annũtiandũ viris cõmittitur. Siquidẽ (vt ait b. Grego.) humani generis culpa ibi abſcõditur, vnde proceſſit. Quia enĩ mulier in paradiſo viro propinauit mortem, à ſepulchro mulier viris adnũtiauit vitam, & dicta ſui viuificatoris narrat, quæ mortiferi ſerpentis verba narrauerat. Inſtructæ enim mulieres angelorũ adfatibus, accelerantes ea retulerunt diſcipulis. Vnde apud Lucam ſcribitur: Et recordatæ ſunt verborũ eius, ſcilicet angeli, & regreſſæ à monumento nuntiauerunt hęc omnia illis vndecim & cæteris omnibus. Vbi Cyrillus: Fœmina quæ quondam mortis fuit miniſtra, venerandũ reſurrectionis myſterium prima percepit & nuntiat. Adeptum eſt igitur fœmineum genus & ignominiæ abſolutionem, & maledictionis repudium. Vt enim perpetui reatus opprobrium apud viros non ſuſtineret, quæ culpam viro tranſfuderat, tranſfudit & gratiam.

Q Cur p mulierẽ reſurrectio Chriſti nũtiatur.

Sed ite, inquit, dicite diſcipulis eius cõmuniter, & Petro. Petrũ ab aliis diſcipulis vt præcipuum ſegregat, ac ob excellentiam noĩat præ aliis, vel quia negauerat Petrus. Si enim veniſſent mulieres & dixiſſent q̃ præceptum eſſet eis vt adnũntiarent diſcipulis, dixiſſet Petrus: Ego negaui eum, iam non ſum illius diſcipulus. Abiecit me, abominatus eſt me. Illius igitur gratia apponit. & Petro. ne deſperet Petrus, q̃ ipſe non meruerit verbũ, vtpote qui negarit, & propterea indignus qui aliis diſcipulis cõnumeretur.

R Theoph. Cur Petrũ Chriſtus ſegregat.

Vnde Gregorius: Si Petrum angelus nominatim non exprimeret, qui magiſtrum negauerat, venire inter diſcipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne deſperet ex negatione. Qua in re conſiderandũ nobis eſt, cur oĩpo

tens Deus eum quē cunctæ ecclesiæ præferre dispoſuerat, ancillæ vocem pertimeſcere, & negare permiſit. Quod nimirum magnæ actum pietatis diſpenſatione cognoſcim⁹, vt is qui futurus erat paſtor Eccleſiæ in ſua culpa diſceret qualiter aliis miſereri deberet. Prius itaq; eum oſtendit ſibi, & tunc præpoſuit cæteris, vt ex ſua infirmitate cognoſceret q̄ miſericorditer aliena infirma toleraret.

Petrus cur negare permiſſus.

Circa ſecundū, videlicet, viuentis iam Domini inadſerto loco diſcipulis promiſſa conſpectio, ſubditur:

Quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum vi debitis, ſicut dixit vobis.

S Præcedet vos, inquit, in Galilæam, & ideo vos eum illō ſequamini. In Galilæam eos mittit eripiens à tumultu Iudæorum. Ibi, inquit, eum videbitis ſicut dixit vobis. Hoc enim Dominus poſt illam cū ſuis diſcipulis cœnam nouiſſimam eis prædixerat: Poſtquam (inquiens) reſurrexero, præcedam vos in Galileam. Præceſſit ſanè dux vitæ, mortis triumphum glorioſæ deferens.

Mat. 26 Diſcipuli in Galilæā ire iuſſi.

Notandū vero eſt q̄ non ſolū iuxta hunc Euangeliſtā angelus nuntiauit mulieribus præcepitq; vt euntes dicerēt diſcipulis vt Dominū conſpecturi irent in Galilæam, verum etiam apud Matthæum ipſe domin⁹ per ſemetipſum id nuntiū per ſanctas mulieres eiſdem diſcipulis ſuis mandauit. Quum enim exiſſent citò de monumēto cū timore & gaudio magno, currētes nuntiare diſcipulis eius, ecce Ieſus occurrit illis dicens: Auete. Quum q̄ accedētes tenuiſſent pedes eius & eum adorāſſent, ait illis: Ite nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam. Ibi me videbunt.

Mat. 28.

Quòd igitur & per angelos & per ſemetipſum tā ſuauioſe diſcipulis & tam ſæpe præcipit vt vadant in Galilæam, illic eum viſuri, non ſine cauſſa nec abſque diuini pondere conſiliū factum eſt, quum & Ieroſolymis ſeſe illis oſtēdere potuerit, imò & quinquies ipſa die qua reſurrexit, ibidem viſus ſit.

Chriſtus primā die quinquies viſus.

Quòd ſi nō aliud q̄ latus, pedes, & manus palpandos & contrectandos illis in Galilæa oſtendere diſponit, hoc ſine ratione videbitur agi, quod omnino diuinę maieſtati non congruit. Hoc enim tam ſecundum Ioannem quàm ſecundum Lucam hac eadem die Ieroſolymis fecit, quum reuerſus Ieroſolymam duobus diſcipulis quibus oſtenſus fuerat euntibus in Emmaus, & referentibus quæ viderāt, illis

illis secum mirantibus stetit IESVS in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.

T Portentum futurum. Mat. vlt.

Hoc ergo in Galilęam euocatis ostendit discipulis, videlicet, quòd reprobaturus erat & terrenam ipsam Ieroso lymorum ciuitatem pariter & templum, & quòd hinc suos in prædicationem gentium esset ablegaturus. Quod & fecit quum ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritussancti. Et hæc est illa magna transmigratio quã Galilæa suo quoq; cõmendat nomine. Magna sanè transmigratio CHRISTI discipulis imperata, transmigrasse de Iudæis ad baptizandas & docendas gentes, & de vetustate circũcisionis ad nouã baptismi gratiam. cuius nunc regulã eis præscribit quam hactenus nusquam tradiderat.

Trãsmigratio salutis ad gentes.

Magna sanè caussa & digna quã Dominus non solum verbis ediceret, sed & facto præsenti præfiguraret. Nam quemadmodum ante passionem suam plerisque dictis aut factis suis similitudines adhibere consueuit. Verbi gratia: sicut veniẽs ad passionem vt genus humanum redimeret, eandem generis humani redemptionem per asinę & pulli eius significauit solutionem, sic etiam post resurrectionem Apostolis suis dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti, eãdem gratiæ suæ ad gentes transmigrationem significare voluit per Galilæam, quæ Latinè transmigrationem significat. Siquidem ad ecclesiam de gentibus, id est, ad nos, salus ex Iudæis hoc præcepto transmigrauit.

V

Manifestum est igitur q̃ hac die qua resurrexit dominus, id est, prima sabbati, discipulos in Galilęam inuitauit, sed illud per se nõ satis liquet qua die illuc abeuntes iuxta Euangelium Matthæi illum videntes adorauerint. Verũ beatus Hieronymus etiam prima sabbati, id est, octaua die hoc esse factum adstruit, & hanc eandem esse apparitionẽ de qua Ioannes ait: Et post dies octo iterum erant discipuli intus, & Thomas cum eis.

Q̃ & vbi Christ⁹ in Galilæa apparuit.

Ait enim idem Hieronymus: Post resurrectionẽ Dominus in Galilææ montem conspicitur, ibique adoratur, licet quidam dubitent, Tunc manifestius ostenditur Thomæ & latus lancea vulneratum, clauisque fixas manus demonstrat. Et verè licet nonnulli numerando

vices quibus Dominus post resurrectionē visus esse describitur aliter sentire videantur, attamen hunc tanti doctoris sensum improbandum esse non arbitramur.

Ratio confirmans.

Sed & ipsa ratio admittit q̄ discipuli eadē die qua dominus resurrexit toties in Galileam ire iussi nō vltra dies octo distulerint, p̄sertim quum eadē die sero illū videntes qñ Thomas nō erat cū eis, spem festinātissimā iterū videndi eum, ardentiusq̄ desiderium concipere potuerint.

Nihil enī est in q̄ Hieron. authoritas Euāgelica refragetur. Nā quod ait Ioānes: Post dies octo iterū erant discipuli intus, non coartat nos vt eodē loco intus eos fuisse fateamur. Intus quidē erant, sed in mōte. i. in ciuitate Nazareth q̄ in monte Galilææ sita est. Sic enī apud Lucā scriptū est: Venit Nazareth vbi fuerat nutritus. Et quum dixissent ei: quāta audiuim⁹ de te facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua, ipseq̄ respōdisset eis: In veritate dico vobis quia multę viduæ erāt in Israel, & ad nullam earū missus est Helias nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulierē viduam. quum inquā hæc dixissēt Euāgelista, statim sequut⁹, repleti (inquit) ira surrexerūt, & eiecerūt eum extra ciuitatem, & duxerūt illum vsq̄ ad supercilium mōtis supra quē ciuitas illorum erat ædificata vt præcipitarēt eum. Nō ergo alium in mōtem q̄ in Nazareth quæ super montē sita erat, Dominū præcepisse & discipulos suos euocasse putandum est.

In mōte nazareth christum apparuisse. Luc. 4.

Itaq̄ nulla (vt dictum est) authoritas Euangelica Hieronymo refragatur. Intus enim erāt post dies octo, sed nō in eadem domo, nec in eadem ciuitate. Et pulchrē quidē vbi primam persequutionem pertulit, primoq̄ desertionē Iudæorū & transitū ad gentes prefigurauit, dicente Euangelista: Iesus autem transiens, per medium illorū ibat, ibidem post omnes persequutiones Iudæos deseruit, ritumq̄ eorum mutauit circuncisione abolita gentes omnes præcipiens baptizari in noie patris & filij & spiritussancti.

Luc. 4.

FERIA SECVNDA PASCHÆ.

DVo ex discipulis ibāt ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorū sexaginta ab Ierusalē noie Emmaus. Luc. 24.

In hac sancti Euangelij lectione quinq̄ cōprehenduntur. Primū est, Christi de se loquentibus per viam appa

apparitio. A principio lectionis. Secundũ est, Christi incogniti cum discipulis sermocinatio, ibi: Et ait ad illos. Tertium est, Vacillãtibus in fide scripturarũ interpretatio, ibi: Et ipse dixit ad eos. Quartum est, Christi ad hospitium per gratulantes inuitatio, ibi: Et appropinquauerunt castello. Quintum est, Christi tandem cogniti repentina disparitio, ibi: Et factum est.

Circa primũ, quod est, Christi de se loquentibus per viam apparitio, tria notantur. Primũ est, Ad Emmaus castellũ duorum discipulorũ secessio. Secundũ, Per viam amb ulantium mutua colloquutio, ibi: Et ipsi loquebantur. Tertium, CHRISTI incogniti colloquẽtibus apparitio, ibi: Et factum est.

Circa primũ dictum est: Duo ex discipulis eius, nimirum, Domini IESV, qui licet iam essent sine domino & magistro, adhuc tamen illius seruabant imperium bini ambulantes. A

Miserat enĩ iam olim binos ante faciem suam in omnem ciuitatẽ & locũ quò erat ipse venturus, videlicet propter mutuæ societatis solatium, & vt alterutrius vitę inuicem testes essent. Vnde per Sapientem dicitur: Melius est duos esse simul q̃ vnũ, habẽt enim emolumentũ societatis suæ. Nã si fuerint duo, fouebũtur mutuo. Vnꝰ autẽ quõ calefict? Et si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Et si quispiã præualuerit contra vnum, duo resistent ei. Eccẽs. 4

Alterius itaq; discipuli nomen ponit infra Cleophas Errant autẽ qui putant alterũ fuisse Lucã ipsum, & ex humilitate suum nomen subticuisse, quãdoquidẽ ipse Lucas nec Christũ in carne viderit, nec ipsius fuerit discipulꝰ, sed post domini glorificationẽ factus sit sectator & discipulus Apostolorũ, vt patet per Hieronymũ in prologo Euangelĩ ipsius. Quin ipsemet Lucas in prefatione sui Euãgelĩ hoc ipsum testat, dicẽs se Euãgeliũ scripsisse ex auditu, sicut tradiderũt, inquit, nobis qui ab initio ipsi viderũt, & ministri fuerũt sermõis. Marcus enĩ & Lucas (vt dicit Grego.) Euãgelium quod scripserũt, nõ visu, sed auditu didicerunt. Discipĩ cur mittuntur bini. Lucam nõ fuisse vnum è. 72. Li. 1. dialo.

Ibant (inquit) ipsa die, scilicet resurrectionis Christi, nempe prima sabbati, in castellũ quod erat, id est distabat ab Ierusalẽ spatio stadiorũ sexaginta, ad occidentẽ. Est autem stadium octaua pars miliaris, & continet passus centũ vigintiquinq;. miliare verò mille passus perficiunt. Ergo sexaginta stadia septẽ miliaria & dimidium cõplent, id est Stadium.

Emmaus. leucas tres & quartam vnius leucæ partem. Emmaus autem, inquit Beda, ipsa est Nicopolis, ciuitas insignis Palæstinæ, quę post expugnationem Iudææ sub Marco Aurelio Antonino principe restaurata, cum statu mutauit & nomen.

Circa secundum, quod est, horum discipulorum per viam colloquutio, subditur:

Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant.

Theophyl. Loquebantur sanè inter se isti de omnibus quę acciderãt, non vt credentes, sed vt dubitantes, & de rebus mirabilibus stupentes, nec statim rei tam admirandæ sententiæ sua accedentes. Loquebantur ergo de IESV conuersatione, doctrina, signis, ipsius per Iudam proditione, captione, ligatione, verberibus, illusionibus, calumniis, contumeliis, passionibus, admirandis in ipsius passione signis, de emissione spiritus, de mortui sepultura, & de facta mulieribus angelorum apparitione, maxime dolentes quia innocentem nouerant diro crucis supplicio interemptum.

4. cõfe. Amabant sanè, & nihilominus dubitabant. Nam (vt dicit Augustinus) sic diliguntur amici, vt absentes desiderentur cum molestia, & suscipiantur venientes cum lætitia. Sed ipsa absentię molestia memoria eorum & sermonibus adleniatur, præsentia verò mille motibus gratissimæ cõuersationis sic delectat animum, vt sit dimidium vitæ & felicitatis humanæ. Hinc patet hos discipulos CHRISTI veros amatores fuisse, qui & ipsius tristem suspirabant absentiam, & hanc mutuò de Christo colloquio quoad fieri potuit adleniabant.

Circa tertium quod est, Christi incogniti de se loquẽtibus apparitio, subditur:

Et factum est, dum fabularentur & secum quærerent, & ipse IESVS adpropinquans, ibat cum illis.

B Beda. Quibus interest christus, Mat. 18 Loquẽtes de se dñs adpropinquãs comitatur, vt & fidẽ suę resurrectionis eorũ in mentibus accẽdat, & occultæ pientia maiestatis semp se quod promisit impleturũ designet. Dixerat enim: Vbi sunt duo vel tres cõgregati in noie meo, ibi sum in medio eorũ. Et factũ est, inquit, dũ fabularẽtur. Et meritò diffidẽtium sermões fabulę nũcupant. Et secũ (i. ab

inuicem

inuicem) quærerent. Omnium cæterorũ oblíti, toto mentis conamine de Christi gestis quæ nouerant mutuo sermone quærebant.

Verbi gratia: Si dei filius ipse non fuit, quomodo tãta signa potuit efficere, qualia sunt, illuminatio cæci à natiuitate, resuscitatio quatriduo mortui, imperio vẽtos & mare coercere, dæmonibus imperare, in vinum aquas vertere, exiguam escam in immẽsam augere. Quis enim posset hæc signa facere nisi esset deus cum eo? Nec iis obstat quod quidam prophetarum, vt Moyses, Helias, Heliseus, & alĩ nonnulli homines sancti & ipsi signa fecerunt, quũ illi non nisi orando, Christus autem tanq̃ virtutem in se habens, non autem hanc aliunde deposcens, aut imperio verbi, aut quod est mirabilius, solo nutu voluntatis tacitus signa fecerit. E diuerso sibiipsis opponẽtes, si (inquiũt) ipse deus aut filius dei fuit, quomodo tam indigna morte periit, præsertim quũ ipse hanc mirũ in modũ exhorrens, pro ipsius euitatione deũ supplex in terrã prostratus etiã tertio, & cũ sudore sanguineo fuerit deprecatus? Quin & in cruce moriens querebatur se à deo fuisse derelictũ, quũ tamẽ de quolibet electo loquatur deus, & dicat: Quoniã in me sperauit liberabo eũ, protegam eũ quoniã cognouit nomẽ meũ. Clamauit ad me, & ago exaudiã eũ, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.

Dubitantiũ de Christo colloquium.

Sed rursum ab hac suspitiõe resilientes ipsius sanctã & irreprehẽsibilẽ recolũt vitã, cõuictum dulcissimũ, & super omne solatiũ amabilẽ familiaritatẽ, & actuum ipsius ac cõuersationis vsũ adeò conspicuam innocentiam, vt etiã inimicos testes habuerit. Questus est enim tandem proditor impius, dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. Sed & ipse iudex iniquus non semel testatus est se nullam mortis causſam in ipsũ reperire potuisse.

C Christi cõuictus qualis.

Mat. 27.

Quærunt itaq̃ dolentes vnde tanta potuerit esse eorũ malitia qui hũc tam indigna morte perdiderũt. Recolunt insuper ipsius amore & cõpassione saucij quę & quanta in suo recessu discipulis signa dilectionis ostẽderit, quõ futura oia præuiderit, capiẽtibus se nõ solũ nõ obstiterit, sed & ad morrẽ cõprehẽdere quærẽtibus se tulerit obuiũ.

Memorãt quæ tãta fuerit Apostolorũ qui tũ aderãt pusillanimitas, qui nõ modo nõ defenderũt, sed & ipso derelicto fugerũt vniuersi, at ipse cõprehensus quasi malefactor, ligat⁹ & rapt⁹ fuerit ad principes sacerdotũ, illicit̃ testibus

falsis grauatus, consputus, & nimis indignè quasi falsus propheta acerbo ludibrio derisus. Quanta ipsius inter hæc & alia multa fuerit mansuetudo, innocentia, patientia, & obedientia vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Quemadmodum inter sceleratos reputatus iam in cruce pendens orauerit pro crucifixoribus, qualis fuerit obscurato sole lugentibus elementis facies huius mundi.

Quærebāt secum quid foret agendum, ad quem recurrerent illo iam mortuo, in quo relictis omnibus spem collocauerant, & quod vitæ genus eligerent, quum iam essent absq; gubernatore, & Iudæorum odiis propter dominum quasi oues sine pastore luporum morsibus exposiți. Deniq; num esset possibile q̄ resurgeret, an fortè quod magis timebant corpus furto sublatum esset è monumento, & an verum esset quòd mulieres dixerant à monumento reuersę, videlicet se visionem angelorum ad monumentum vidisse. De his omnibus, multis cum suspiriis, ac ingenti cordis dolore, mutuò loquebantur. Quoniam ergo multa de domino inter se mutuò quærebāt quę nescirent soluere, is de quo sermocinabantur, clementer apparuit, vtiq; magister & doctor, discipulorum ignorantiam instructurus. Et quia iam ille spirituale corpus habebat nulla eũ impediebat loci distantia quo minus iis quibus volebat adesset.

Theo.

D Christi prę sentiã quis meretur.

Et ipse Iesus adpropinquans, ibat cum eis. Ergo bonũ & salutiferum est de domino Iesu vel cogitare vel loqui. Non illorum obliuiscitur, qui eius secum ferunt memoriam. Itaq; vt & ipsi per huius vitæ viam Christum nobiscum habeamus, & non modo præsentem, sed etiam nos docentem, sicut istis discipulis cum quibus ibat aperiebat scripturas, frequẽter atq; libenter de ipso sermocinemur. Præcipuè tamen de ipsius passione, vel cogitantes vel loquentes ipse comitari dignatur, eò quòd ei vel maximè placeat in nobis recordatio eorum, quæ pro nobis ipse passus est.

Humilis Christi benignitas. Mat. vlt.

Elucet nihilominus mira ipsius benignitas & humilitas amplectenda, quandoquidem ipse iam victor mortis & omnium dominus, cui iam tunc data fuit omnis potestas in cœlo & in terra cum his duobus discipulis per viã quasi vnus ex illis incedere non dedignatur, qui tamẽ de numero Apostolorum non erant, sed inferioris electionis, nempe de numero septuaginta duorum discipulorũ.

Illorum

Illorum sanè confundit superbiam, qui non nisi cũ præci-
puis viris ambulare, aut qui docentes ampullosa verba
sua nequaq̃ inter paucos spargere dignantur, quandoqui-
dem ipse qui dei virtus & dei sapientia est, etiam duobus 1.Cor.1.
auditoribus archana sua loqui non putat indiguum, qui
etiam cum Samaritide sola ad puteum loquens ea pandit Ioan.4
quæ nullis Iudæorum principibus aut legisperitis fuisset
reuelaturus. Sequitur:

Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.

Duobus discipulis ambulantibus in via, non quidem cre- E
dentibus, sed tamen de se loquentibus, dominus apparuit, Greg.
sed eis speciem quam recognoscerent non ostendit: Hoc
ergo egit foris dñs in oculis corporis, quod apud ipsos
agebatur intus in oculis cordis. Ipsi nãq; apud semetipsos
intus & amabant & dubitabant. Itaq; de se loquentibus
præsentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis
suæ speciem abscondit. Nam ex lineamentis corporis in
quibus tunc apparebat non permittebantur illum agno- Theo.
scere. Siquidem (vt Marcus inquit) in alia forma apparuit
& in aliis lineamentis. Non enim vltra naturalibus legi-
bus corpus suum regebat, sed spiritualiter & supra natu- Cur discipuli Christum non agnoscebãt
ram, & sic tenebantur oculi eorum ne eum agnoscerent.

Quod vtiq; factum est, primo, vt totam suã dubiam
mentem reuelarent, & vulnus detegentes recipiant me-
dicinam: secundo, vt cognoscerent q; q̃uis ipsum idem cor
pus quod passum fuerat resurrexerit, non tamen amplius
tale erat vt esset omnibus visibile, sed tãtum his à quibus
vellet videri: tertio, vt non dubitent quare iterum in me-
diis populis non versetur, considerantes q; eius post resur-
rectionem conuersatio longè alia sit, & non communis,
nec qualis hominum, sed diuinior, qua nec mortales es-
sent digni: quarco, in typum resurrectionis futuræ, in qua
sicut angeli conuersabimur & filij dei. Sed & alia causa
adsignatur, quia videlicet talem se illis demonstrauit ex-
terius in oculis corporis, qualis apud illos erat interius Grego.
in oculis cordis. Tenebantur ergo oculi eorum ne eum
agnoscerent, vel quia vehemens imaginatio mortis eius
tollebat eis credulitatem vitæ, vel etiam (vt dicit Augu.)
in ipsis oculis eorũ, operatione satanæ caligo quædã erat
fluxu alicuius humoris facta quo min9 Christũ agnoscerẽt.

Circa secundum principale dicitur:

Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes?

Hic ponitur Christi incogniti cum discipulis sermocinatio. Vbi tria sunt consideranda. Primum est, Christi ad tristes dispensatiua interrogatio. Secundum est, discipulorum ad ignotum, quasi ignorantem, responsio. Ibi: Et respondens vnus. Tertium est, denuò rogatorum trepida vacillansq; confessio. Ibi: Quibus ille dixit.

F Circa primum dicitur: Et ait ad illos. Prior eos alloquitur. Adeò enim intenti erant mutuis de Christo sermonibus, vt non aduerterent aliquē colloquentibus esse præsentem. Prior itaq; ipse loquitur, vt eos ad colloquiū prouocaret. Ergo benignitatis suæ dispensatione eos interrogat, dicens: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes & estis tristes? Non quasi ignorans interrogat, sed vt ex eorum responsione, incredulitas ipsorum conuenientius arguatur. Et estis tristes, inquit. Cōferebant enim inter se mœsti saluatore perempto dolore pleni, desperantes se hunc viuētem exinde visuros. Et quidem hanc tristitiam discipulis ille prædixerat, dum ait: Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos verò contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

Discipuli vnde tristes.

Ioan. 16.

Circa secundum, quod est, discipulorum ad ignotum, quasi ad ignorantem responsio, subditur:

Et respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus?

G Cleophas ergo hominem vt putabat ignotum, non sine quadam indignatione quasi obtusioris ingenij, nēpe qui omnibus nota vnus ipse ignoraret, redarguit. Quasi dicat: Inter tot milia peregrinorum qui ad diem festum venerunt Ierosolymam, & omnes nouerunt quæ illic facta sunt, tu solus hæc ignoras? Putabant sanè remotæ regionis esse hominem, cuius vultum non agnoscebant, qui & ipse

Tu solus peregrinus?

ipse inter alios ad diē festum paschæ venisset Ierosolymā. Et re vera (vt dicit Beda) peregrinus erat eis, à quorum naturæ fragilitate, percepta iam resurrectionis gloria longè distabat. Peregrinus erat eis, à quorum adhuc fide (vtpotè resurrectionis eius nescia) manebat extraneus. Proinde verè huic mundo peregrinus erat, cuius iam conuersatio cum mortalibus amplius non erat.

Et non cognouisti (inquit) quæ facta sunt in illa his diebus? inaudita nempe & tam recenter. Mirabatur sanè (vt iam dictum est) Cleophas, & tantarū rerū magnitudo ipsum solum lateret, ea enim publica erant, & vsq; adeò cunctis manifesta, vt hinc tota ciuitas commota fuerit. Quem enim latere potuissent (vt de cæteris taceam) signa Christo moriente ostensa? Ad hæc, quum peregrini rerū nouitatibus perquirendis consueuerint esse solliciti, iusta Cleophæ fuit admiratio, & tantarū rerum euidentia peregrinum hunc lateret. Cæterum quia tantus ei erat dolor cordis, doloris sui causam cunctis notam esse putabat. Cleophas vnde miratur.

Circa tertium, quod est, denuò rogatorum trepida vacillansq; confessio, subditur:

Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt. De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone corā deo & oī populo.

Quasi extraneus & gestarum rerum ignarus dominus loquebatur, dicens: Quæ sunt ista quæ facta sunt in Ierusalem his diebus? Nemo plenius ipso ea nouerat, & tamen ab eis audire voluit, vt earū rerum narratione in sui amorem magis accenderentur, & vt ex eorum verbis occasionē hos instruendi accipiat. Quinetiam delectabatur ipsis narrantibus audire quæ gesta fuerant, tametsi ea nosset (vt iam dictum est) sicut matrē delectat loquentem audire filiū, & magistrū iuuat audire discipulam disputantē. Interrogati ergo de rebus gestis quæ illis tristitiæ caussa fuerāt discipuli viæ comiti responderunt: Ih Cur Christus quę nouit interrogat.

De Iesu Nazareno, subaudis, ad inuicem sermones conferebamus, is enim nobis tristitiæ caussa est. Qui fuit vir propheta. Prophetam & magnum fatentur, filium dei tacent, vel scilicet nondū perfectè credētes, vel solliciti ne incidērēt in manus persequentiū Iudæorū, quia nesciebāt quis esset cū quo loquebātur, & verum credidere cælātes. Potens (inquiunt) in opere, videlicet languoribus sanandis, Beda. Trepidantiū confessio.

dis, eiiciendis dæmoniis, mortuis ſuſcitandis, cæteriſq; admirandis operibus quæ nemo vnquàm alius fecit. Nec ſolum in opere potens, ſed etiam in ſermone, nam ſolo ſermone quæcunq; voluit effecit, nec quiſquam illius ſermoni reſiſtere prævaluit, iuxta quod Lucas perhibet, dicens:

Luc. 4. Stupebant in doctrina eius, quia in poteſtate erat ſermo eius. Vbi Theophylactus:

Op⁹ ſermoni præuiũ. Primum, opus, & deinde ſermo. Nullus enim ſermo doctoris firmus eſt, niſi prius docẽs ſe factorem declarat. Potens igitur eſto primum in opere, deinde & verbi ſollicitudinẽ habeto. Sic enim & deus cooperabitur tibi, prius enim opus, & deinde contemplatio ac illuſtratio. Niſi ſpeculum purificaueris in labore & ſudore, neutiq; concupiſcam pulchritudinem in ſpeculo ſuſcipies. Beati enim mũdo corde, hoc ſit per opera, quia ipſi deum videbunt, hic contemplationis eſt finis.

I Coram deo (inquiunt) & omni populo. Oportet eſſe potentem in opere & ſermone, primum coram deo, & tũc coram omni populo. Prius enim placere debemus deo, deinde curandum quantum eſt poſſibile de innocentia apud homines, vt præcedente diuino cultu viuamus ſine

Ro. 12. ſcandalo cęterorum. Vnde per Apoſtolum dicitur: Prouidentes bona, non tantum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Patet igitur q̃ ſincera dilectione diſcipuli iſti Chriſtum amabant, quem adeo multipliciter & ſtudioſè commendabant. Deinde paſſionem ipſius memorant, quæ totius eorum fuit cauſſa triſtitiæ, dicentes:

Et quomodo tradiderunt eum ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.

Mortem Chriſti dolent. Quaſi dicant: Ad inuicem conferimus, quomodo ſummi ſacerdotes & primores noſtræ gentis, qui talem ac tantũ prophetam venerari debuerant, per inuidiam tradiderũt Pontio Pilato pręſidi, & gentibus, qui vitę auctorẽ morti tradiderũt, & nõ qualicũq; morti, ſed morti crucis, nã & crucifixerũt eũ. Morte (inquiũt) turpiſſima cõdemnemus

Sap. 3. Io. 19. eũ. Hinc eſt vox illa Pilati: Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. Subditur aũt deſperantiũ vox, quũ dicitur:

Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael.

Spera-

Sperabamus, inquiunt, eo viuente, quasi dicant, A modo desperamus, ac si mors Domini similis esset mortibus aliorum. Planè semetipsos arguunt quòd in ipsum speraſſent. Sperabamus quòd ipse & alios saluaturus esset, & ecce neque seipsum saluauit, ita parum nostræ expectationi respondit. Et penè eadem dicebant quæ & impendentem dixerant Iudæi blasphemantes: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Quid est autem redimi Israel? Respondetur, quòd Christum expectabant Iudæi saluatorem & redemptorem à malis quę eis impendebãt, iugo scilicet seruitutis Romanorum, sperabantq; eum regnaturum vt regem terrenum, & ideo dicunt: Nos sperabamus quòd ipse redempturus esset Israel, & ipse neque iniustam mortis sententiam contra se latam effugit. Vnde Beda: Merito tristes incedebant, quia & seipsos quodãmodo arguebant quòd in illo redemptionẽ sperauerint, quem iam mortuum viderant, nec resurrecturum credebant. Et maxime dolebant eum sine culpa occisum, quia nouerant innocentem. Et consequenter addunt, dicẽtes:

Theoph. Discipulorũ spes collapsa.

Matt. 27.

Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse qui dicunt eum viuere.

Recolere videntur quod prædixerat tertia die se resurrecturum, quasi dicãt: Hodie deberet resurgere iuxta quod prædixerat. Promissam tamen tacent resurrectionem cauentes sibi ab eo cui loquebantur. Et merito dicuntur mulieres terruisse eos quorum mentibus plus de non inuento corpore dominico mœstitiam qua dolebant addere, quàm de nuntiata per angelos eius resurrectione gaudiũ quo recrearentur indere potuerunt. Mulieres, inquiunt, quædam ex nostris, hoc est, de nostro consortio, quę Christo fuerant familiares sicut & nos. Istæ mulieres fuerunt Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Salome vt Marcus testatur.

Beda.

Mar. 16.

Et non inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiam visio

Matt.28. am visionem angelorum vidisse. Vnde apud Matthæum: Exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno, & venerunt nuntiare discipulis. Et de visione angelorum, in præcedentibus dicitur: Ecce duo viri adstiterunt secus illas in veste fulgenti, qui & dicebant: Quid quæritis viuentem cum mortuis? Non est hic, sed resurrexit. Itaque discipuli isti relatam à mulieribus resurrectionis famam dubia fide commemorant. Et quia hoc dicunt quasi nõ credentes, hinc se territos dicunt & stupefactos. Nõ enim quod eis relatum erat firmum æstimabant, aut angelicam reuelationem fuisse, sed stuporis & formidinis inde causam sumebant. Vbi Theophylactus:

Discipuli vt dubij. L Videntur viri isti in valde ambigua esse sententia, & neque valde discredere, neque rectè credere. Nam dicendo: Sperabamus quòd redempturus esset Israel, incredulitatem indicant, quòd autem dicunt esse diem tertiũ, hominum est qui probè recordentur quod dixerat eis: Die tertia resurgã. Et quod exterruerunt nos, hoc signat, quòd incredulitas eorũ cõcutiatur. Et omnino si cõsiderentur, sermones humani sunt, & magnam habent dubitationem, & hominum perplexorum & ignorantium quid agant propter miraculum resurrectionis. Et subdunt:

Et abierunt quidam ex nostris ad monumẽtum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt.

Ioan.20. Isti fuerunt Petrus & Ioannes, sicut apud Ioannem legitur: Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus quem diligebat IESVS, & venerunt ad monumentum. Et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, scilicet, monumentum apertum & vacuum, & linteamina posita, ipsum verò non inuenerunt, vnde factum est, vt existimarent corpus dominicum esse ablatum. iuxta quod & Maria dixerat: Tulerunt Dominum meum de monumento, & nescio vbi posuerunt eum. Itaque testimonium Petri & Ioannis non certum æstimabant dum dicerent, non quidem vidisse se Dominum, sed resurrectionem eius conicere ex eo quòd corpus in sepulchro non iacebat.

Ioan.20.

Homi

HOMILIA ALTERA.

ET ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Luc. 24.

In hac euangelicæ lectionis parte de tribus fuerest dicendum. Primum est, confirmandis in fide vacillantibus scripturarum apertio. Secundum est, Christi ad hospitium per gratulantes inuitatio, ibi: Et appropinquauerunt castello. Tertium est, Christi tandem cogniti repentina disparitio, ibi: Et factum est.

Circa primum duo sunt consideranda. Vnum est, ob tardam fidem discipulorum increpatio. Alterum, scripturarum per Christum facta discipulis interpretatio. ibi: Et incipiens à Moyse.

Circa primum dictum est: Et ipse dixit ad eos. Ad eos inquam in fide diuinitatis & resurrectionis suæ vacillantes: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt prophetæ. De duobus eos reprehendit videlicet de stultitia & tarditate ad credendum. A

De stultitia, quia nullam aliam quàm temporalem sperauerant per CHRISTVM futuram redemptionem. Erāt nihilominus de stultitia redarguēdi, qui putabāt CHRISTVM nec se nec alios posse saluare, quia fuit crucifixus. Denique vt stultos redarguit, quia scripturas quæ plenè continēt mysteriū passionis & resurrectionis domini nō intellexerant. Omnia enim quæ CHRISTVS vel fecit vel passus est, prænuntiata prophetarum sermonibus, vel typis fuere præfigurata. Vnde per Osee loquitur, dicens: Ego visionem multiplicaui, & in manu prophetarum adsimilatus sum. Et quidem prophetarū visiones multiplicauit, quia ab initio seculi vsq; ad CHRISTVM quid futurum esset vel patrum typis (vt iam dictum est) vel prophetarum vaticiniis prenūtiare non destitit. Itaq; multiplicatæ sunt visiones super numerum vt his vniuersa plena sit scriptura. Et in manibus, id est, operibus prophetarum & patrum adsimilatus fuit CHRISTVS. Verbi gratia, in immolatione Isaac, in venditione & principatu Ioseph, & aliis figuris innumeris passio CHRISTI & eius resurrectio fuit adsimilata. Discipuli arguuntur stultitiæ. Osee. 12. Christus vt typis præfiguratus.

Vnde

Act. 3. Vnde in actibus Apostolorum per beatum Petrũ dicitur: Deus qui prænuntiauit per os omnium prophetarum pati Christum suum impleuit sic.

Secundo, redarguit eos de tarditate ad credendum.

B Tarditatis vt arguunt

Socordes enim & pigri fuerunt ad credendum ea quę sanctæ mulieres à Christo ad eos nuntiandæ resurrectionis suæ gratia destinatæ, tam audita quàm visa narrauerunt. Quin & tardi fuerant ad credendum his quæ ab ore ipsius Christi de sua morte & resurrectione non semel audierant. Denique nec his acquiescere poterant quæ de Christo ex lege nouerant & prophetis.

C Theoph.

Et notanter ait: Tardi ad credendũ in omnibus quæ loquuti sunt prophetæ. Nam duobus modis contingit credere quæ loquuti sunt prophetæ, videlicet particulariter quædam, & ~~non~~ vniuersaliter omnia, quod est ex parte credere, & credere in totum.

Credere cõtingit dupliciter.

Verbi gratia, particulariter credit seu ex parte qui credit quæ de Christi cruce dicuntur à prophetis, quale est illud: Foderunt manus meas & pedes meos, verũ quæ ad resurrectionem eius spectant non credunt, sicut est illud: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et illud: Inter mortuos liber. Et illud: Educis vinctos in fortitudine, & eos qui habitant in sepulchris. Tales non habent perfectam fidem, sed credunt ex parte. Oportet autem in omnibus tam his quæ gloriæ sunt quàm quæ ignominiæ de Christo credere prophetis. Oportebat enim & Christum pati, quod est ignominiæ, & intrare in gloriam suã, quod est honoris & gloriæ. Itaque postquam eos vt stultos & tardos ad credendum redarguit, exinde mox salubriter informat, dicens:

Nonne hæc oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriam suam?

Quasi dicat: Non putetis quòd ideo ipse non sit Christus quia passus est, quia sic oportuit fieri.

D Intentio pẽsanda. Isidorus.

Sed dicat aliquis: Si oportebat Christum pati, quomodo peccasse censentur qui eum occiderunt, quum in hoc Dei voluntatem (vt videtur) impleuerint? Sed non satagebant perficere quod Deus disponebat. Vnde & eorũ exequutio fuit impia, Dei verò dispositio prudentissima, qui nequitiã eorum in beneficia generis humani cõuertit, qua

tit, quasi vtens vipereis carnibus ad anthidoti salutiferi confectionem.

Sanè plures ob causſas oportuit Christũ pati, videlicet Primo propter vtilitatẽ suam. Siquidẽ perpessione mortis gloriam resurrectionis promeruit, iuxta quod per Apostolum dicitur: Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit ei nomen quod est super omne nomen. Passionis Christi causæ multæ. Phil. 2.

Secũdo oportuit CHRISTVM pati propter cõmunem omnium salutem. Nam per mortem eius sumus Deo reconciliati, dicẽte Apostolo: Quum inimici essem⁹, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Rom. 5.

Tertio propter nimiam debitorũ quantitatẽ, quæ tanta erant ꝙ nisi sanguine Christi solui non poterant. Vnde per b. Petrũ dicitur: Scientes ꝙ non corruptibilibus auro vel argẽto redempti estis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati CHRISTI & incontaminati. 1. Pet. 1.

Quarto propter scripturarũ quę hoc prænũtiauerunt impletionẽ. Non enim potest solui scriptura. Sed futura Christi innumeris scripturę locis fuerant prædicta. Verbi gratia: Tanquam ouis ad occisionem ducetur. Esa. 53

Quinto propter imitationis exemplum, vt videlicet propter Dei gloriam fideles nec pati nec mori formident, dicente Domino: Nolite timere eos qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant. Et iterum: Exemplum, inquit, dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. E Mat. 10. Ioan. 13

Sexto oportuit Christũ pati, vt qua via ad patriam peruenire possumus ostenderet, quia videlicet per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Ergo semetipsos irridẽt qui sine tribulationum perpessione per vana mundi huius gaudia & delicias atq; voluptates carnis in CHRISTI gloriam putant intrare, quum ille nõ nisi per supplicium & ignominiam crucis in suam introierit. Vnde etiam hanc gloriam filiis Zebedæi petentibus passionis calix obtenditur, dicente Domino: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibitus sum? Nam plerosque delectat culmen honoris, quos nondum exercuit materia laboris. Caput nostrum Christum per tribulationum angustias cœlum introire videmus, & nos membra eius alia nobis itinera somniamus? Via q̃ Christũ seqũmur. Act. 14 Mat. 20

Monstruosa res est si per vnum foramen caput trãsire vi-
demus, per aliud corpus. Pudeat sub spinoso capite mem
bra fieri delicata.

Circa alterum, quod est scripturarum per Christum
facta discipulis interpretatio, subditur:

**Et incipiens à Moyse & omnibus prophe-
tis interpretabatur illis in omnibus scriptu
ris quæ de ipso erant.**

F Volens Christus informare discipulos & ostendere ea o-
mnia quæ de ipso contigerant non fortuito, sed dispensa-
Scripturæ de Christo. tione diuinæ prouidentiæ fuisse prædestinata, scripturas
earum rerum prænuntias & oracula prophetarum addu-
cens interpretatur. Et incipiẽs, inquit, à Moyse, à quo scri-
ptura legis habet exordium, interpretabatur ea quæ de
ipso erant. Vnde alio loco ad Iudæos loquens, ait: Si cre-
Ioan. 5. deretis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille
scripsit. Verbi gratia.

Lignũ vitę. Interpretabatur eis mysterium ligni vitæ in medio
paradisi typum fuisse ligni crucis in quo Christus opera-
tus est salutem in medio terræ.

Eua de late- re Christi. Productionem Euæ de latere Adæ dormientis figu-
ram fuisse productionis ecclesiæ de Christo somno mor-
tis in cruce sopito.

Fenestra arcæ. Fenestram in dextro latere arcæ Noe qua genus hu-
manum fuit saluatũ, præfiguraſſe vulnus quo dextrum
Christi latus in cruce lancea militis fuit apertum.

Sacrificiũ Abrahæ. Mysterium sacrificij Abrahæ quando dimisso Isaac
aries fuit immolatus, typũ extitisse immolationis Chri-
sti super lignum crucis, vbi humanitas eius mortẽ pertu-
lit sine vllo suæ detrimento diuinitatis.

Serpens æneus. Serpentem æneũ sanandis mortiferis serpẽtum mor-
sibus in palo sublimi elcuatũ, Christi exaltationẽ in cruce
saluandis à peccati veneno fidelibus significasse.

G Agnum saluandis à seruitute Pharaonis filiis Israel,
Agnus paschalis. mandãte Deo immolatum, manifestũ fuisse mortis Chri-
sti (vtique agni qui tollit peccata mundi) typum.

Testimo nia de christo. Prophetarum etiam vaticinia quæ de ipso erant dis-
cipulis admirantibus interpretabatur. Verbi gratia illud
Moysi: Prophetã suscitabit vobis deus de fratribus vestris,
Moyses. ipsum sicut me audietis. Omnis anima quæ non audierit
Deut. 18. verba prophetæ illius peribit de populo suo.

Rursus

Rursus Christum in cruce pendentem & Iudaicæ gē tis perfidiam prænuntiās, ait: Erit vita tua pendens ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ, id est, Christo. Deut. 28.

Item ea quæ propheta Dauid de Christi passione euangelizasse potius quàm prophetasse videtur adduxit: Foderunt manus meas & pedes meos. Considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et rursum: Et in siti mea, inquit, potauerunt me aceto. Et apud Esaiam. Ipse vulneratus est propter delicta nostra, attritus est propter scelera nostra. Sicut ouis ad occisionem ducetur. Et illud: Oblatus est, quia ipse voluit. Et rursum: Propter scelus populi mei percussi eum. Dauid. Esaias. Esa. 53.

Et vnde apud Danielem: Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est. Quod quia Iudæi fecerunt, clamantes: Tolle tolle, crucifige eum. Non habemus regem nisi Cæsarem, exinde nequaquam vltra ipsius populus sunt. Daniel. Danie. 9.

Item apud Ieremiam: Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus. Hæc igitur & his similia Christo discipulis per viã familiariter interpretante quis posset verbis consequi quanta illi adficiebantur dulcedine, quanta vi amoris Christi incendebantur, Admiratione stupebant quisnam esset ille peregrinus qui tantæ sapientiæ verbis magistrum quem lugebant peremptum nõ solum æquare, sed & superare videbatur. Sed (vt dictum est) oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent, alioqui sic loquentem audientes dicturi fuissent: Hic ipse est Christus. Ergo non solum oculi eorum tenebantur ne ipsum cognoscerent per aspectum, sed etiam eorum aures non minus impediebantur ne hunc agnoscerent per auditum cuius voci & verbis audiendis fuissent adsueti. H Ieremias. Thre. 4.

Circa secundum principale dicitur: Et appropinquauerunt castello quo ibant, & ipse se finxit longius ire.

Hic ponitur Christi ad hospitium per gratulantes inuitatio. Vbi duo notantur. Vnum est, instruēdi gratia Christi dispensatio. Alterum est, Christi ad hospitium per discipulos coactio, ibi: Et coegerunt.

Circa primum dicitur: Et appropinquauerunt castel lo quo ibāt. Christi sermonibus supra quàm credi potest delectati nō modo nullum viæ tædium aut laborem sen serunt, sed etiam citius quàm optarent ad itineris sui me tam peruenerunt. Et ipse dispensatione sapientiæ suæ fin xit se longius ire, id est prætendit habituin longius abe untis. Vbi est notandum (vt dicit Augustinus) non omne quod fingimus mendacium esse. Sed quando id fingimus quod nihil significat, vtique mentimur. Quū autem fictio nostra refertur ad aliquā significationē, non est mendaci um, sed aliqua figura veritatis. Alioqui omnia quæ à sapi entibus & sanctis viris, vel etiam ab ipso domino figura tè dicta sunt mendacia deputabuntur, quia secundum vti tarum intellectum non consistit veritas in talibus dictis. Sicut autem dicta ita etiam finguntur facta sine menda cio ad aliquam rem significandam.

Non ois fictio mēdax

I

Cur Christus voluit inuitari. Mar. 6.

Itaque vt eum discipuli supplices ad hospitium inui tarent, finxit se velle longius ire. Voluit autem inuitari vt eiusdem inuitationis merito discipuli forent non in digni qui Dominum cognoscerent. Simile aliquid apud Marcum habes: Nam videns discipulos laborantes in re migando (erat enim ventus contrarius eis) circa quartā vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare, & vo lebat præterire eos, videlicet dispensatione suæ sapientiæ, nempe vt conturbati, sed continuo liberandi plus suæ li berationis stuperent miraculum, & ereptori suo maiores referrent gratias.

Gregor.

Itaque Dominus fingens se longius ire nihil ipse qui est simplex veritas per duplicitatem fecit, sed talem se ex hibuit discipulis in corpore, qualis apud illos erat in men te. Et quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à fi de, ire se longius finxit. Probandi autem erant, si hi qui eum & si necdum vt Deum diligerent, saltem vt peregri num amare potuissent. Sed quia esse extranei à charitate non poterant hi cum quibus veritas gradiebatur, eum ad hospitium quasi peregrinum vocant.

Circa secundū, quod est Christi ad hospitiū per sup plices coactio subditur.

Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobis cum quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis.

Coege

Coegerunt, inquit, illum videlicet retinendo manibus, & supplicãdo verbis Mane, inquiũt, nobiscũ, quin et rationem allegãt, dicẽtes: Quoniã aduesperascit, & inclinata est iam dies, scilicet ad occasum. Ex hoc exemplo colligitur quia peregrini ad hospitium non solũ inuitandi sunt, sed etiã trahendi. Hinc enim per Paulum dicitur: Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatẽ nolite obliuisci. Per hanc enim quidam placuerunt angelis hospitio receptis. Hinc Petrus ait: Hospitales inuicem sine murmuratione. Hinc ipsa veritas dicit: Hospes fui & collegistis me. Exemplum refert Gregorius, dicens: Gregor. Heb. 13. 1. Pet. 4. Matt. 25.

Quidam paterfamilias cum tota domo sua magno hospitalitatis studio feruiebat. Quũq; quotidie ad mẽsam suã peregrinos susciperet, quodã die peregrinus quidã inter alios aduenerat, ad mẽsam ductus est. Dũq; paterfamiliãs ex humiliratis cõsuetudine aquã vellet in eius manibus fundere cõuersus vrceũ accepit, sed repente eum in cius manib⁹ aquã fundere volebat nõ inuenit. Quũq; factũ hoc secũ ipse miraret, eadẽ nocte ei dñs per visionẽ dixit: Cæteris diebus me in mẽbris meis, hesterno autẽ die me in memetipso suscepisti. Ecce in iudicium veniẽs, dicet: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.

Cæterum, quoniam & dies huius nostræ mortalis vitæ ad mortem festinans vergit in vesperam, assiduis & nobis Dominus exorandus est precibus, vt & ipsi dicamus: Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit. Quin & mundus iste in maligno positus errorum tenebris & vanitatibus quasi in æternam vergens noctem quodammodo aduesperascit, & quasi diurni solis feruor tepescit, quandoquidem (vt cernere est) abundat iniquitas, & refrigescit charitas multorum. K Vita nostra vt aduesperascit.

Et intrauit, inquit, cum illis, nempe vt exorabilis & benignus.

Proinde horum exemplo discipulorum fidelis quisque propinqua sibi morte, & ipse Christum suppliciter deprecetur & dicat: Mane nobiscum Domine, quoniã aduesperascit. Inuitet ad se Christum, suscipiat eũ in domũ suã, in hospitiũ cordis sui, complectatur eũ quasi quibusdam fidei suæ brachiis, ac si dicat: Tenui eum, nec dimittam. Dicat ei. Non dimittam te nisi benedixeris mihi. Sic enim ipse vult teneri, sic se præcepit exorari. Ipse est li Christus vt tenendus. Cant. 3. Gen. 32.

gnum vitæ his qui apprehenderint eum, & qui renuerit
Luc.19. eum beatus, ita vt & de illo dici possit: Hodie huic domui
salus facta est.

Circa tertium principale dicitur:

Et factum est dū recūberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum.

L Hic ponitur CHRISTI tandem cogniti repentina disparitio. Vbi tria sunt notanda. Primum est, In fractione panis CHRISTI recognitio. Secundum est, Christi recogniti repētina disparitio, ibi: Et ipse euanuit. Tertium est, Lęta nuntiantium festina regressio, ibi: Et surgentes eadem hora.

Circa primum dicitur: Et factum est dum recumberet cum eis. Ergo ad eorum inuitationem & coactionem benignè cum eis hospitium intrat. Illi mensam alacres ponunt, & cibos offerunt, cupientes eum corporali cibo reficere, à q̄ iam fuerant ipsi spirituali cibo refecti. Ipse autem (vt sibi moris erat) accepit panem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis, tanquam dispensator & maior in
Christi cōsuetudo. mensa. Consueuerat enim suis ministrare discipulis, sicut
Luc.22 in Euangelio loquitur dicens: Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat.

Legitur panem in manibus accepisse, benedixisse, fregisse, & distribuisse. Primo in quinque panum multiplicatione. Secundo in septem panum distributione. Tertio in sui corporis consecratione. Quarto, præsenti loco in discipulorum illuminatione.

Chrysost. De cōsen. euang. Et aperti sunt, inquit, oculi eorum, quod non de oculis carnis accipiendum est, sed sensu mentali. Vnde Augustinus: Neque enim clausis oculis ambulabant, sed inerat aliquid quo non finerentur agnoscere quod videbant, quod scilicet & caligo & aliquis humor efficere solet. Non quia Dominus non poterat transformare carnem suam vt alia reuera esset effigies quàm solebāt intueri, quando quidem & ante passionem suam transformatus est in monte vt facies eius clarescceret sicut sol. Sed non ita nunc factum est. Non enim incongruenter accipimus hoc

hoc impedimentum in oculis eorum à sathana fuisse, ne agnoscerentur Iesus. Sed tantum à Christo (propter eorũ fidem ambiguam) facta est permissio vsq; ad sacramentũ panis, vt vnitate corporis eius participata remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Christus posset agnosci. Consentit Theophylactus, dicens: Innuit q; sumentibus sacrum panem aperiuntur oculi vt eum agnoscerent. Magnam enim & ineffabilem vim habet domini caro.

At verò inter hæc illud prætereundum non est, quia discipuli isti deum quem in sacræ scripturæ expositione non cognouerant, in panis fractione cognoscunt. Audiendo ergo præcepta dei illuminati non sunt, faciendo, illuminati sunt, quia scriptum est: Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Quisquis igitur audita vult intelligere, festinet ea quæ intelligere potuit opere implere. Ecce dominus non est cognitus dũ loqueretur, & dignatus est cognosci dum pascitur. M Grego. Operando bona illuminamur. Rom. 2.

Sanè hospitalitatis officio ad dei cognitionem peruenire posse homines intimauit, vt quum longius ipse ab hominibus abscesserit super omnes cœlos, cum eis tamen sit qui hæc exhibent seruis eius. Tenet ergo Christum ne longius ab eo eat, quisquis cathezizatur verbo qui in omnibus bonis ei qui se cathezizat, communicat. Et isti quidem cathezizati erant verbo quum eis dominus exponeret scripturas. Et quia hospitalitatem sectati sunt, eũ quem in ipsa expositione scripturarum non cognouerunt, in panis fractione cognoscunt. Augustĩ. de quæst. euan.

Porrò moraliter non modo verba hæc sed & verborum istorum ordo notandus est: Accepit panem, benedixit, fregit, & porrigebat discipulis. Hoc exemplum Christi fidelis prædicator studeat imitari. Panis enim est verbum dei. Primum igitur panem hunc ipse prædicator accipiat tam addiscendo, q̃ faciendo, iuxta illud Sapientis: Antequàm loquaris disce. Secundo oret, & orare faciat, vt prædicatio sua in iis qui audiunt efficaciter operetur, & vt ei sermo detur in apertione oris. Tertio, frangat, id est, minutim exponat, ita vt etiam paruuli, id est, rudes & simplices possint intelligere ad imitationem illius, qui ait: Tanquàm paruulis in CHRISTO Iac potũ dedi vobis non escam. Alioqui, illud plangentis etiamnum verificabitur: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Hinc discet prædicator Eccl. 18. Col. 4. 1. Cor. 3. Tre. 4.

Quarto, post præmissa verbi cœlestis panem porrigat piis auditoribus tanquàm esurientibus, prædicando. Si iam hoc schemate dei verbum (vtiq; panis animæ) fidelibus prædicando porrigeretur, forsan etiam eorum oculi quibus Christum cognoscerent aperirentur.

Circa secundum, quod est, Christi recogniti repentina disparitio, subditur:

Et ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerũt ad inuicem: Nõne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?

Cur Christus cognitus mox disparuit.

NQuærat aliquis & dicat: Quare Christus iam discipulis istis cognitus, mox ab eorum aspectu euanuit, quos vtpotè amicos, ipsum & amantes & desiderantes sua corporali præsentia conueniebat consolari? Sed ita fieri oportebat vt dispareret. Primum, vt animos eorum sui desiderio amplius incenderet. Rursus, ne sua præsentia erroris occasionem discipulis adferret, & putarent eum etiam post resurrectionem à mortuis tale corpus habere quale prius habuerat. Deniq;, subtrahitur eorum oculis species infirmitatis, vt mẽtibus incipiat apparere gloria resurrectionis. Quin etiam mores instructurus postquàm benedictum à se & fractum panem illis porrexerat euanuit, vt tu quũ benefeceris laudes hominum non requiras. Vnde ipse in Euangelio præmonet, dicens: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coràm hominibus vt videamini ab eis.

Mat. 6.

Discipuli vt adfecti.

Et dixerunt ad inuicem, vtiq; nimia rei admiratione stupentes & arguentes semetipsos, quia eum quem tanopere desiderauerãt, nec in comitatu suo, nec in verbis, nec in mensa prius cognouissent.

Nónne cor nostrum ardens erat in nobis? ac si dicãt: Quare aspectum eius non cognouimus, quur in verbis suis non aduertimus ipsum esse de quo per viam loquebamur? Quare eum nõ apprehendimus & tenuimus quem desiderabamus? præsertim quum totum cor nostrum ipsius amor incenderet, & ex parte videretur nobis quòd esset ipse, dum loqueretur in via adeò familiariter, dulciter, amicabilitet, sublimiter, & sapienter, & aperiret nobis scripturas?

Accen-

Accendebant sanè prolati à saluatore sermones ardore mirabili atq; ineffabili mentes auditorum, sicut ipse per Ieremiam perhibet, dicens: Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus cõterens petras? Ignem (inquit) veni mittere in terrã, & quid volo nisi vt ardeat? Ignem quippe dominus in terram misit, quum adflatu spiritus sancti cor carnalium incendit. Et terra ardet, quum cor carnalium in suis prius voluptatibus frigidum relinquit concupiscentias præsentis seculi, & incenditur ad amorem dei. Vnde Gregorius:

O Virtus verborũ Christi. Luc. 12.

Exaudito quippe sermone inardescit animus, torporis frigus recedit, fit mens superno desiderio anxia, audire libet præcepta cœlestia, & quot mãdatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur. Hinc per Psal. de verbi cœlestis efficacia dicitur: Emittet verbum suum & liquefaciet ea, nimirum torpentia atq; gelida corda. Vnde rursus per eundem de quodam dicitur: Eloquium domini inflammauit eum. Et iterum: Ignitum eloquium tuum vehemẽter. Hoc igne nos Christe Iesu semper accende, vt & ipsi de te cor ardens habeamus in via, vt hoc tuo igne inter ignes & concupiscentias huius seculi qui zabuli flatibus excitantur, muniti, quasi inter Babylonici fornacis incendia deo præsente nobiscum, illęsi, hymnum laudis deo iugiter & ipsi decantemus.

Precatio.

Dicunt ergo: Nónne cor nostrum ardens erat in nobis? Siquidem vt dicit Theophylactus, Christo differente scripturas, percellebatur intrinsecus cor eorum, quòd ille qui differebat dominus esset. Verba enim CHRISTI intrabant per aures vsq; in cor eorum, & innuebant quòd ipse qui loquebatur esset CHRISTVS, & licet arderent desiderio, non tamen interrogare eum audebant aut tangere.

Circa tertium, quod est, læta nuntiantium festina regressio, subditur:

Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes q̃ surrexit dominus vere, & apparuit Simoni.

Surrexerunt quidem eadem hora, peruenerunt autẽ post plures horas sicut oportebat sexaginta stadia transeuntes.

P

Neglecta cœna festini redeunt.

Non ergo iam spiritualiter & ineffabiliter alloquio Christi refectis corporalis cœna curæ fuit, nec tardat eos vel imminēs vesperа, vel via longa, vel ipsa propter quam venerant in castellum caussa, quo minus sine mora læta fratribus nuntiaturi in Ierusalem reuerterentur, quasi & ipsi illud dicerent: Hæc dies boni nuntij est, si tacuerimus & noluerimus nuntiare vsq; manè, sceleris arguemur.

4.Reg.7.

Et inuenerunt congregatos vndecim Apostolos in cœnaculo, vbi cum illis ante mortem suam Christus cœnauerat, & eos qui cum ipsis erant, alios scilicet viros fideles discipulos domini & mulieres sanctas, inter quas vero simile est etiam ipsam Christi matrem adfuisse, dicentes, nimirum cum ingenti gaudio, quòd surrexit dominus verè, non fictè, non fantasticè, non tantum apparenter, sed verè, eodem in corpore quo fuerat crucifixus, ipsa eadem quam morte posuerat anima resumpta.

Beda.

Virorū primus Petrꝰ videt.

Et apparuit (inquiunt) Simoni. Omnium ergo virorū primo dominus apparuisse intelligitur Petro, ex his duntaxat omnibus quos Euangelistę quatuor & Paulus Apostolus commemorant. Vnde ad Corinthios loquitur, dicens de domino: Sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia apparuit Cephæ, & postea vndecim. Primum ergo illi apparuit, qui primus ipsum esse Christum filium dei viui fuerat antè confessus. Sed & primo ei apparuit, ne propter negationis culpam desperaret, non vltrà creditурus discipulum Christi se esse quem ipse negasset.

1.Cor.15.

Ergo quòd dominus Petro apparuit, vel huius loci authoritate probatur, de modo autem huius apparitionis aut loco, nihil habetur. Verisimiliter tamen creditur Christum ei apparuisse postq̄ à mulieribus audiuit dominum resurrexisse & viuere, & cucurrit ad monumentum, vt Lucas testatur.

Cur nō simul omnibꝰ apparet.

Cæterum (vt dicit Chry.) non simul omnibus se manifestauit Christus, vt sereret fidei semina. Nā qui primo viderat, & certus erat, aliis referebat. Deinde sermo prodiens, præparabat animum auditoris visioni. Et ideo primam digniori omnibus Petro apparuit. Post Petrū verò aliis apparuit, quandoq; paucioribus quandoq; pluribus, quod hi duo discipuli confitentur. Sequitur enim:

Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, &

quo-

quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Apostolis cum ingenti gaudio adserentibus quia surrexit dominus verè & apparuit Simoni, vicissim illis hi duo discipuli narrauerunt Christi apparitionẽ sibi factam in via, quia videlicet loquentibus ipsis de his omnibus quæ acciderant, ipse Iesus adpropinquans iuerat cum illis tristitiæ ipsorum caussam interrogans, & quemadmodum ipsis caussam hanc referentibus, arguerat stultitiam & tarditatem cordis eorum ad credendum ea quæ de Christo per prophetas olim fuerant prænuntiata, & scripturas legis & prophetarum quæ de ipso erant, illis fuerat interpretatus, & quomodo adpropinquantibus castello quò ibant, ipse finxit se longius ire, & ipsi eum multis precibus inuitantes coegerant secum manere, & quemadmodum panẽ accepit, benedixit, fregit, & ipsis porrexit, & quomodo tandẽ cognouerunt eum in fractione panis. Vbi Beda: Q Narratio rei gestæ.

Certi (inquit) mysterij caussa factum est vt eum discipuli non nisi in fractione panis cognoscerent, videlicet, ne quisquam se Christum agnouisse arbitretur, si eius corporis particeps non est, id est, ecclesiæ, cuius vnitatem in sacramento panis commendat Apostolus, dicens: Vnus panis & vnum corpus multi sumus. Cur nisi in fractione panis non cognoscit. 1. Cor. 10.

FERIA TERTIA PASCHÆ.

DVm hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum. Luc. 24.

Præsens sancti Euangelij lectio refert Christum à morte iam rediuiuum, circa discipulos tria fecisse. Nam primo de se loquentibus præsentiam suam exhibuit. Secundo, resurrectionis suæ argumenta dubitantibus ingessit. Ibi: Et dixit eis: Pax vobis. Tertio, scripturarũ intelligentiã ignorantibus aperuit. Ibi: Tunc aperuit.

Circa primum tria notantur. Primum est, miranda Christi ad inclusos ingressio. Secundum est, discipulis pauentibus pacis adnuntiatio. Ibi: Et dicit: Pax vobis. Tertium est, pauentium error & conturbatio. Ibi: Conturbati verò.

Circa primum dicitur: Dum hæc autem loquuntur. Præmiserat Euangelista, quemadmodum duo ex discipulis do A

lis domini quibus ipse apparuerat in via, regressi à castel-
lo Emmaus, inuenerunt congregatos vndecim (nempe
Apparitio- Apostolos) & eos qui cum ipsis erant, dicentes, q̃ surrexit
nis huiꝰ tẽ- dominus verè, & apparuit Simoni. Dum ergo de hujus-
pus. modi loquerentur venit Iesus, & stetit in medio eorum.
Mat.18. Dixerat enim, vbicunq; duo vel tres forent congregati in
nomine suo, se illis interfuturum. Et est notandum q̃ hãc
domini apparitionem intelligitur & Ioannes commemo
Ioan.20. rare, dicens: Quum esset serò die illo vna sabbatorum, &
fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter
metum Iudæorum, venit Iesus & stetit in medio, & dixit
eis: Pax vobis.

Difficultas Quòd autem dicit Ioannes non cum illis tunc fuisse
soluitur. Apostolum Thomam, quũ secũdum hunc Euangelistam
illi duo iam memorati discipuli regressi Ierusalem inue-
nerunt congregatos vndecim, pro culdubio intelligendũ
est, quòd inde Thomas exierit anteq̃ eis dominus hæc lo-
quentibus appareret.

Beda. Ita q̃ gloriam suæ resurrectionis dominus & redem-
ptor noster paulatim discipulis per incrementum tempo-
Resurre- ris ostendit, quia nimirum tanta erat virtus miraculi, vt
ctio Chri hanc repentè totam capere fragilia mortalium pectora
sti paula- non possent. Consulens igitur ipse imbecillitati quæren-
tim aperi- tium: primo, venientibus ad monumentum fœminis suo
tur. amore feruentibus, & viris, reuolutum lapidem, & ablato
suo corpore linteamina quibus inuolutum fuerat, sola po-
sita per angelos monstrauit. Deinde curiosius quærenti-
bus fœminis, & de eo quod inuenerant mente consterna-
tis, angelorum visionem ostendit, qui illum resurrexisse
certa manifestatione patefacerent, ac sic prærurrente fa-
ma patratæ resurrectionis, tandem ipse apparens, quanta
potentia mortem quam ad horam gustauerat deuicis-
set, aperuit.

B Et quidem quantum ex Euangelicę serie lectionis in-
Christꝰ pri uenimus, quinquies ipsa qua resurrexit die, visus est homi
ma die qn̄ nibus. Primo, Mariæ Magdalene ad monumentum, quan
quies visus. do ei desideranti pedes eius amplecti dictum est: Noli me
Ioan.20. tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Deinde
duabus à monumento currentibns nuntiare discipulis,
quæ ab angelis de peracta eius resurrectione didicerant,
Mat.28. de quibus scriptum est, quia accesserunt, & tenuerunt pe-
des eius, & adorauerunt eum.

Appa-

Apparuit enim ipso die duobus (vt iam dictũ est) discipulis euntibus in castellũ Emmaus, qui eum ad hospitium vocantes in panis fractione cognouerunt. Apparuit & Petro, quod & si Euangelista quãdo vel vbi factum sit minime designauerit, tamen quia factum sit Lucas non tacet. Ac deinde subiungit quintam eius apparitionem quę præsenti lectione est comprehensa. Vbi de se loquentibus sese præsentem manifestare dignatus est. Luc. 24

Ad confirmãdam nanq; fidei nostræ veritatem, quod semper agit præsentia suæ diuinę pietatis, aliquãdo etiam præsentia voluit corporalis ostendere visionis. Nam & de nobis quamuis procul infra pedes Apostolorũ iacẽtibus, hoc ipsum eius misericordia fieri cõfidere debem⁹, ipsum videlicet esse in medio nostri quotiescunq; cõuenientes in nomine illius cõgregamur. Nomen quippe illius est IESVS, id est, Saluator. Et quum de acquisitione perpetuæ salutis loquuturi conuenimus, constat q̃ in nomine IESV congregamur. Nec dubitare fas est de his quæ ipse amat conferentibus eum nobis esse præsentem, & vtique tanto verius, quanto ea quæ ore proferimus perfectiori corde retinemus. Beda. Christũ adesse suis.

Circa secũdum, quod est, discipulis pauentibus pacis adnuntiatio, subditur:

Et dicit: Pax vobis.

Vbi notandũ quia Dominus in medio discipulorum stãs, solito pacis adfatu eorũ turbinem sedat, ostendens q̃ ipse idẽ est magister eorũ q hoc verbo gaudebat, quo etiã eos muniuit quum eos ad prædicandum misit. Itaq; apparẽs saluator discipulis, pacis eis statim gaudia mãdat, idipsum iam immortalis iterans, quod ad passionem mortis iturus quasi pignus eis speciale salutis ac vitæ cõmendauerat dicens: Pacem relinquo vobis, pacẽ meam do vobis. Cuius gratiam muneris eo quoq; nato visi mox pastoribus angeli prædicabãt laudantes Deum & dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hoĩbus bonę volũtatis. Quia nimirũ tota redẽptoris nostri in carne dispensatio, mũdi est reconciliatio. Ad hoc quippe incarnatus, ad hoc passus, ad hoc resuscitatus est à mortuis, vt nos qui peccando irã Dei incidimus, ipse reconciliando ad Dei pacem reduceret. Vnde & recte à Propheta pater futuri seculi, princeps pacis nominatur. Beda. Ioan. 14 C Vt pacẽ christus nuntiat Luc. 2. Esa. 9.

Facta

D Facta est autem per ipsum pax Dei ad hominem. Vn-
Pax cũ deo de Apostolus de eo scribẽs his qui ex gentibus crediderãt,
Ephe.2 ait: Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fuis-
tis, & pacẽ his qui prope, quoniam per ipsum habemus ac
cessum ambo in vno spiritu ad patrem. Et rursum alibi: Iu-
Rom.5. stificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum. Sed nõ
Esa.48. est pax impiis dicit Dominus. Verũ, pax multa diligenti-
bus legem tuam, & non est illis scandalum.

Pax cũ hoie Facta est etiam per ipsum pax hominis ad hominem,
nempe Iudæi ad gentilem & econuerso, sublato quod in-
terstabat pacis impedimento, id est, lege & circunciſione à
parte Iudæorum, & idolatria ex parte gentium. Ad hanc
pacem nos hortatur Apostolus dicens: Si fieri potest quod
Rom.12. ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes.
Et bene dicit: Si fieri potest, propter illam pacẽ vtiq; pacẽ
Mat.10. malam de qua voce saluatoris dicitur: Non veni pacem
mittere, sed gladium. Non enim fas est cũ his qui oderũt
Dominũ pacis fœdera iungere. Reprehẽsus enim fuit in
sermone Domini rex Iosaphat, alioqui bonus, dicente ad
2.Par.19 eum viro dei: Cum his qui oderunt Dominũ amicitia iun-
geris, & ideirco iram quidem Domini merebaris. Quum
autem dicit: Quod ex vobis est, simile est ei quod alibi di-
cit: Nemini dantes vllam offensionem.

Vnde Gregorius Nissenus: Pudeat ergo nos pacis mu-
nus deserere quam nobis hinc discedẽs Christus reliquit.
Pax, & res & nomẽ dulce, quã & Dei esse accepimus, iuxta
illud: Pax Dei. & eius esse Deum, iuxta illud: Deus pacis.
ipsam esse Deum, iuxta illud: Ipse est pax nostra. Pax bo-
num cõmendatũ ab omnibus, obseruatũ autem à paucis.
Quæ autem est caussa? Fortassis ambitio dominij, aut fa-
cultatũ, aut liuor, aut contemptus, aut aliquid huiusmodi
ex his q̃ Dei ignaros videmus incurrere. Dei quippe præ-
cipua pax est quæ cõfœderat oĩa, cuius nihil est adeo pro-
prium sicut vnitas naturę & pacificus status. Trassumitur
verò ab angelis & diuis potestatibus, q̃ ad Deum & ad in-
uicẽ pacificè se habẽt. Diffunditur verò p totã creaturã, cu
ius est decor tranquillitas. In nobis autẽ manet secũdum
animã quidẽ per inuestigationẽ virtutũ & cõcationẽ. Se-
cundũ corpus vero, in membros & elementorũ cõmensu
ration e, quorũ alterũ pulchritudo, alterũ sanitas appellat.

Pax cum se metipso. Hæc ille. Deniq; per Christũ facta est pax homini ad se-
metipsum, de qua per Psalmistã dicitur: Loquetur Dñs pa-

cem in

tem in plebē ſuam,& ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Vide Dominica in albis.

Eſt proīde & pax quædā hoīs ad ſeipſum mala. de qua per Pſal. dicitur: Zelaui ſup iniquos pacē peccatorū videſ quia non eſt reſpectus morti eorū,& firmamentū in plaga eorū (ſubaudis) nō eſt. In labore hoim nō ſunt,& cætera q̄ ſequuntur. Sequitur: Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua. Cogitauerunt & loquuti ſunt nequitiam, iniquitatē in excelſo loquuti ſunt. Audiant q̄ eiuſmodi ſunt Dominū dicentem: Et quidē in hac die tua, quæ ad pacē tibi. Nunc autē abſcondita ſunt ab oculis tuis (ſubaudis) ſuperuentura tibi mala. E Pax interīa or mala. Luc. 19

Porrò quoad eam pacē q̄ nobis à Deo & cōmendatur & præcipitur obſeruāda cum proximo, notandū eſt hāc turbari. Primo, propter ſcelerū licētiam & impunitatē. Nam ſicut eſt op⁹ iuſtitiæ pax, ita & iniuſtitiæ op⁹ diſcordia eſt. Porrò quia nō citò profertur contra impios ſentētia, filij hominum abſq; vllo timore perpetrant mala. Pacis impedimenta. Eſa. 32 Eccēs. 8.

Secūdo perit pax propter diuitiarū abundantiam, iuxta quod ſcriptū eſt: Facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram & Loth. Vbi & dicitur: Nō poterat eos capere terra, vt habitarent ſimul. Erat quippe ſubſtantia eorū multa, & nequibant habitare communiter. Gen. 13

Tertio perit pax, & mutuis inimicitiis inter ſe decertant hoīes, quia bella ſalutaria nō gerūt aduerſum dęmones & peccata. Cōperū eſt, canes mutuis morſibus cōrixātes, viſo lupo, propter cōem hoſtē abigendū, mox inuicē placari. Ait quidā: Cū vitiis bellū, cum hoīb⁹ pacē habeto.

Quarto perit pax inter homines, quia Dei mandatis homines non acquieſcunt. Vnde per prophetam dicitur: Quid eſt Iſrael quod in terra inimicorum es? Et ſubdit: Si in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtiq; in pace ſuper terram. Nam (vt alio loco ſcriptū eſt) quum placuerint viæ hominis Deo, inimicos quoq; eius conuertet ad pacem. Et quis alius ad hæc pacis impedimenta q̄ inimicus pacis diabolus mortales ſolicitat? In Apocalypſi ſcriptū eſt: Quum aperuiſſet ſigillum ſecundū exiuit equus rufus,& qui ſedebat ſuper eum, datū eſt ei vt ſumeret pacem de terra,& inuicem ſe interficerent homines, & datus eſt ei gladius magnus. F Baruch. 3 Prou. 16 Pacis aduerſarius diabolus. Apoc. 6

Sed ad literam redeundo, pace denuntiata quid ſubiungat attende. Sequitur enim:

Ego

Ego sum, nolite timere.

Exod.3 Apo.21 Esa.43. Quasi dicat: Ego sum, qui sum. Ego sum Alpha & O. prin cipium & finis. Ego sum Dominus, & absque me non est saluator. Non suspicemini quòd alius ego sum qui resur rexi à mortuis, ab eo qui pependit in ligno crucis. No lite ergo timere de eius præsentia quem debetis amare.

1.Ioan.4. Nam timor non est in charitate, sed perfecta charitas fo ras mittit timorem.

Sanè per hoc quod discipulis apparens & pacem nun tiat & securos esse iubens tollit eis timorē, satis probat se non esse (quod quidam eorū suspicabantur) spiritum ma lum, à quo prorsus vtrunq; horum alienū est. Ipsius enim est & pacem perturbare, & pauentes amplius terrere.

Circa tertium, quòd est, pauentium error & contur batio, subditur:

Conturbati vero & conterriti, existimabāt se spiritum videre.

Beda. Manichæo rum error. Quod hæretici Manichæi de CHRISTO suspicātur & credunt, ꝙ nō erat vera caro sed spiritus erat, hęc prima cogitatio surrexit in cordibus Apostolorum. Et illi qui dem Manichæi nunquam credunt IESVM fuisse homi nem. Discipuli autē nouerant eum verum fuisse hominē, cum quo tanto tempore fuerant conuersati. Sed postea ꝙ mortuus est quod nouerāt, quando crederent hoc potuis se resuscitari quod potuit mori? Apparuit ergo oculis eo rum talis, qualem illū nouerant. Et non credentes tertio die potuisse vetā carnē de sepulchro resurgere, putauerūt se spiritum videre. Agnoscebant quidem Dñm esse qui ap paruit, sed putabant quia non in corporis eum sed in spiri tus sui substātia viderēt, id est, quia non corpus suum quod defunctum & sepultū nouerant, iam resuscitatum à mor te conspicerent, sed spiritū potius quem relicto corpore in manus patris cōmendauerat, præ oculis haberent. Simile

Cur spiritū esse putabāt

Mat.14 aliquid apud Matthæum legitur, vbi scriptum est: Viden tes eum discipuli super mare ambulantem, turbati sunt di centes: Quia phantasma est. Similis error inuasit illos

Act.12 de quibus in Actibus scriptum est: Currens puella nuntia uit Petrum stare ad ostium. At illi dixerunt ad illam: In sanis. At illa magis adfirmabat sic se habere. Illi autē di xerunt: Angelus eius est.

Credebant sanè Petrus & Ioānes & discipuli illi qui bus ap

bus apparuerat euntibus in Emmaus, verum alij nondum plenè credebant. Vnde Ambrosius:

Adducti virtutū exemplis credimus Petrū & Ioannē non potuisse dubitare. Quur ergo Lucas inducit fuisse turbatos? Primo omnium, quia paucorum opinionē sententia maioris partis includit. Deinde, quia etsi Petrus de resurrectione crediderat, turbari tamē potuit cū se Dominus cū corpore vestibulis obseratis improuisus infunderet.

Circa secundum principale dicitur: Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?

Hic describit Euāgelista quemadmodū suæ resurrectionis argumēta CHRISTVS discipulis ostendit. Vbi tria sunt consideranda. Primum est, opinionis erroneæ in discipulis redargutio. Secundum est, veritatis suæ carnis multiplex ostensio, ibi: Videte manus meas & pedes. Tertium est, eorum quæ prædixerat rememoratio, ibi: Et dixit ad eos. H

Circa primum dicitur: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?

Quia per verbū pacis non est sedatus turbo in animo discipulorū aliunde indicat eis se filium Dei esse qui mentis cognoscebat arcana, nempe turbationē cordis eorū & cogitationes. Et cogitationes, inquit, ascendunt in corda vestra. Quales vtiq; cogitationes, nisi falsæ, morbidæ, pernicioſæ? Perdidisset enim Christus fructū passionis, si nō esset veritas resurrectionis. Ac si bonus agricola diceret: Quod ibi plantaui, inueniam. Non spinas quas nō plantaui. In cor vestrum descendat fides, quia desuper est. Cogitationes autē istæ non desuper descenderunt, sed in ipso corde sicut herba male ascenderunt. Hoc igitur euidentissimum fuit signum quòd non alius est qui videtur, sed ille idem quem viderant in ligno mortuum & positum in sepulchro, quem (sicut nec ante mortem) non latebat aliquid eorum quæ erant in homine. Theophyl. Beda. Cyrill.

Et bene ait: Et cogitationes ascendūt in corda vestra. Nam cogitationes bonæ à Deo descendunt in corda nostra, quo modo semen bonum desuper in terrā iacitur, iuxta illud: Omne datum optimū & omne donum perfectū desursum est descendens à patre luminum. Porro cogitationes erroneæ & falsæ, non desuper iaciuntur, nec descen- Cogitationum diuersitas. Iacobi. 1

dunt in cor, sed à corde ascendũt velut herbæ malæ. Hinc
Mat. 15. saluator in Euangelio loquitur, dicens: De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem.

Circa secundum, quod est, veritatis suæ carnis multiplex ostensio, sequitur:

Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum.

I Inter cæteras Christianę fidei veritates maioris difficultatis ad credendũ fuit veritas resurrectionis ex mortuis, nõ modo apud gentiles & mũdi huius sapiẽtes philosophos, verumetiam apud apostolos & discipulos Christi. De apostolis hoc patet in Euangelio. De philosophis autẽ in actibus Apostolorũ legitur, quia quum apostol⁹ Paulus Athenis prædicans Iesum philosophis & resurrectionẽ ex mortuis adnuntiaret, quem eatenus toleranter audierant, iam deridebãt dicentes: Quid vult seminiuerbius hic dicere? Alij dixerunt: Nouorum dæmoniorũ videtur adnũtiator esse. pro indubitato retinentes, q̃ à priuatione non est regressus ad habitũ. Verbi gratia: A cæcitate ad visum, à morte ad vitam. Vnde propheta de Christi passione & resurrectione loquẽs: Aspicite, inquit, in gentibus & videte, & admiramini & obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris quod nemo credet cum narrabitur. Et vnde rursus per Esaiam: Domine, quis credidit auditui nostro? Propter hoc resurrectionis suæ veritatẽ Christus multis argumentis Apostolis suis voluit declarare. Videlicet,

Act. 17 Resurrectio mortuorum difficile credita.

Abac. 1

Esa. 53

Primo per visum, quum dicit: Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Non fine caussa manus suas & pedes potius quàm vultum quem æqq̃ẽ nouerant, eos videre ac recognoscere iubet, sed vt visis clauorum signis quibus cruci fuerat adfixus, nõ solum corpus esse quod videbant, sed vt ipsum Domini sui corpus esse quod crucifixum nouerant intelligere possent. Vnde & Ioannes dominicæ appatitionis memoriam faciens, latus quoque suum quod à milite fuerat vulneratũ discipulis eum ostendisse perhibet, vt quo plura notissimæ passionis, ac susceptæ mortis indicia cognoscerent, eo certiori patratæ iam resurrectionis ac deuictæ mortis fide gauderent.

Ostẽdit seipsum esse per visum. Beda. Cur ostẽdit man⁹ & pedes.

Ioan. 20

K Vbi admirandam est attẽdere filij Dei dignationem, magnam⁹

magnam̃q; legis & gratiæ distantiam. Nam quum Moyses Deo dilectus,& vsqueadeò dilectus vt ei diceret Deus: Teipsum noui ex nomine, inuenisti enim gratiam coram me,quum inquã esset in monte cum Domino fruens colloquio sermonis Dei dieb9 quadraginta, & supplex rogaret & diceret: Si inueni gratiam in conspectu tuo,ostende mihi faciem tuam. Dixit illi Dominus: Non videbit me homo & viuet. Christi dignatio magna. Exo.33.

Sed & arcã testamenti vetitum fuit nõ solum Leuitis quinetiam ordinis nõ supremi sacerdotibus sine velamento cõtueri,ne morerentur, quomodo propter ipsius visionem mortui sunt viri ciuitatis Bethsames. 1.Reg.6

Saluator autem corpus suum iam glorificatum & immortale (quod vtique veri & perpetui fœderis Dei cũ hominibus arca viua fuit) non modo videri non prohibuit, sed etiam vt viderent discipulis præcepit, dicens: Videte manus meas & pedes meos. & in his clauorum loca recognoscite, quia ego ipse sum qui pependi in ligno & iacui in sepulchro. Hinc per Psalmistam dicitur: Viderũt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Et alibi per propheram dicitur: Parauit Dominus brachium sanctũ suum in oculis omnium gentium. Esa.52

Secundo,veritatẽ suę resurrectionis Christus discipulis declarauit per tactum dicens: Declarat p tactum.

Palpate & videte,quia spiritus carnẽ et ossa non habet,sicut me videtis habere. L

Itaq; resurrectionẽ suam certã & verã multis & variis documẽtis persuadere dignat9 est propter ædificandã fidem, & fugandã de corde perfidiam, oẽm̃q; dubitationẽ de sua resurrectione tollendã. Parũ fuit oculis se videndum præbere,si nõ præberet etiam manibus contrectandum,quatenus gloriam resurrectionis prædicaturi modum quoque nobis resuscitati corporis nostri qualis esset sperãdus,absq; omni ambiguitate monstrare valerent. Dum enim palpanda discipulis ossa carnem̃q; præmonstrat,apertè statum veræ resurrectionis,quæ in se facta & in nobis est futura, significat. Beda.

Nequaquã ergo in illa resurrectionis gloria corp9 nostrũ erit impalpabile,vẽtis aẽreq; subtilius,sicut hęretici futurũ esse delirauerũt. sed subtile quidẽ erit per effectũ spiritalis potentiæ,& palpabile per veritatem naturæ.

Distãtia legis et gratię

Cæterum, attendendũ est etiam hoc loco quãta sit distantia legis & gratiæ, & q̃ sit amplectenda benignitas dignationis Christi. Quum enim legis tempore nefarium esset passim aut temerè arcam testamenti contingere, vnde

2. Reg. 6

& Oza sacerdos hanc contingẽs mox in eodem loco percussus à Dño mortuus est, tempore reuelatæ gratiæ Christus verus Deus à morte iam rediuiuus, sanctũ corpus suum (vtiq; vt iam dictum est arcam vitæ) nõ modo discipulorũ manibus tangi & contrectari permisit, sed etiam præcepit, ostendẽs planè, quia potius amari vult q̃ timeri.

Vnde cũ magna fiducia beatus Ioannes Apostolus auditores suos ad sequẽda fidei & veritatis quã didicerat arcana prouocat dicens: Quod fuit ab initio, quod audiuimus & vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ.

1. Ioan. 1.

Et quum hoc dixisset, ostendit eius manus & pedes.

Cyrill. M Theo.

Comprobans Dominus deuictã in se esse mortem, & humanã naturam iam in ipso corruptionẽ exuisse, primo ostendit eis manus & pedes & foramina clauorũ. Ac si dicat: Vos me spiritũ esse putatis, id est phãtasma, sicut interdum circa sepulchra videri putantur. Sed scitote q̃ spiritus illi neq; carnem habẽt neq; ossa. Ego autem carnem &

Ambro.

ossa habeo. Quod ideo dixit vt specimẽ nobis futuræ resurrectionis ostenderet. Nam quod palpatur corpus est. In corpore autẽ resurgemus. Sed illud corpus subtilius, hoc crassius, vtpote adhuc terrenæ labis qualitate concretum. Non ergo per incorpoream naturã, sed per resurrectionis corporeæ qualitatẽ clausa penetrauit, vt iam dictum est.

Ostendit, inquit, eis manus & pedes. Nec solũ manus & pedes quibus indita clauorũ claritere vestigia, sed etiam latus quod lancea foratum fuerat ostendit. Vt videlicet ostensa vulnerum suorum cicatrice, dubietatis atque infidelitatis eorum vulnus sanaret. Quur autem in suo iam immortali corpore Dominus passionis suę signa seruauit, habes Dominica in albis.

Tertio, veritatem resurrectionis suæ carnis ostendere dignatus est per effectum comestionis. Vnde subditur:

Adhuc illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod

mandu

manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis. Et cum manducasset corã eis sumens reliquias dedit eis.

Quia enim infirma adhuc discipulorũ præcordia nouitatem tantę potẽtiæ capere nequeũt, magisq; mirari prę gaudio quod videbant q̃ credere quod docebantur incipiunt, Dominus ne quid in eorũ mente resideret ambigui, sumptis etiam epulis comedit coram eis, vt si visibus oculorũ, si suorũ tactibus non crederent digitorum, vel alimentorum carnalium perceptione, carnem esse quæ apparebat cognoscerent. Beda.

Comedit sanè, nõ quidem quasi post resurrectionem cibo indigẽs, nec quasi nos in resurrectione quam expectamus cibis egere significãs, sed vt eo modo naturã corporis resurgentis adstrueret, ne illud nõ corpus sed spiritum esse arbitrarẽtur, & sibi nõ solidè, sed imaginaliter apparere. Cur comedit.

Nullus ergo putet vel Christi Dñi nostri corpus excitatum à mortuis sustentaculo eguisse ciborum, vel nostra post resurrectionẽ corpora in vita & cõuersatione spirituali escis reficienda carnalibus, vbi diuinę contẽplatio claritatis esurire & sitire, sicut & bonorũ cæterorum penuriam pati nullatenus sinit. Vnde & ardentissimus vitæ illius amator de sua certus deuotione Deo spe lætabundus loquitur: Ego cum iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor dum manifestabitur gloria tua. Et Philippus eodem feruens amore, Domine, inquit, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. N

Post resurrectionem nõ esse opus esca. Ioan. 14.

Simpliciter itaq; & piè sentiendum est, resuscitatum à morte & immortale iam factũ corpus dominicũ, nullam quidẽ necessitatem, at tamen facultatem habuisse vescendi. Ideoq; vbi oportunitas probandę substãtiæ naturalis exigebat cibis esse refectũ, qui nimirũ cibi nullũ sanguini adiumentũ vt mortalium corporibus solent illi præbuerint, sed quo modo in ignem missa aqua, ita mox comesti, spirituali eius sint virtute assumpti. Sed & nostra post resurrectionẽ corpora cœlesti gratia prædita credendum est ad quicquid voluerint agendum esse potentia ad perueniendum vbicunque voluerint esse promptissima. Sed quia tunc nulla manducandi necessitas vel vtilitas aliunde potest incurrere, nullatenus immortale seculum cibis mortalibus esse fruiturũ, vbi filiis resurrectionis nõ aliud esca & Quõ Christus comedit.

potus, q̃ vita & ſalus, gaudium, pax, & omnia bona, quã illud nimirum ſit quod in Pſalmo canitur: Beati qui habitant in domo tua Dñe, in ſecula ſeculorũ laudabunt te.

O

Sanè compertum eſt magos apparẽter mortuos ſuſcitaſſe, id eſt, effeciſſe dæmonum occulta virtute vt ambularent, loquerentur alioſq; motus corporales oſtenderẽt, verum vt comederent nunquam facere potuiſſe. Manducauit autem CHRISTVS ante paſſionem pro ſupplenda naturæ mortalis inopia, manducauit poſt reſurrectionem pro manifeſtanda potẽtia, nec tamen (vt iam dictum eſt) in ſubſtantiam veſcentis eſca tranſiuit, ſed virtute gloriæ corporis conſumpta eſt. Nam ſicut aliter conſumit aquam terra ſitiens & ſolis radius calens & lucẽs, ita & acceptum cibũ mortale corpus indigens, & immortale corpus iam cibo non egens. Sequitur:

Comedere, vitæ argumentum.

At illi obtulerũt ei partem piſcis aſſi & fauum mellis. Quid ſignare credimus piſcem aſſum, niſi ipſum mediatorem Dei & hominũ, hominẽ paſſum? Ipſe enim latere dignat⁹ in aquis generis humani, capi voluit laqueo mortis noſtræ, & quaſi tribulatione aſſat⁹ eſt tẽpore paſſionis ſuę. Sed qui piſcis aſſus fieri dignatus eſt in paſſione, fauus mellis nobis extitit in reſurrectione. Vel certè qui in piſce aſſo figurari voluit tribulationẽ paſſionis ſuæ, in fauo mellis vtranque naturam exprimere voluit perſonæ ſuæ. Fauus quippe mellis in cera eſt, mel vero in cera, eſt diuinitas in humanitate.

Beda.

Chriſtus piſcis aſſus.

Offeramus itaq; & ipſi CHRISTO pro nobis paſſo noſmetipſos carnalis vitæ mortificatione quaſi piſcem aſſum. Siquidem aquis Ægypti (id eſt, vanis mundi huius gaudiis) in ſanguinem verſis (id eſt, animarũ ſaluti mortiferis) omnes piſces Ægypti mortui ſunt. Offeramus ei & fauum mellis, hoc eſt mel in cera, (id eſt, piæ deuotionis dulcedinem) in opere bono.

Noſipſi vt piſcis aſs⁹?

Exod. 7

Quid autẽ ſibi vult q̃ quum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis, nempe vt ipſi inde reficerẽtur, niſi quia & q̃ ei offerimus dignanter acceptat, & qui à nobis refici non eget (quippe qui bonorũ noſtrorum nõ indiget) obſequia noſtra (tametſi debita) etiam longe ſupra q̃ meremur remunerãs nobis vt inde in æterna beatitudine reficiamur, clementer quodammodo redonat?

Circa tertium, quod eſt, eorũ quæ ante diſcipulis prædixerat rememoratio, ſubditur:

Et dixit

Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quę loquutus sum ad vos, quum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me.

Ad memoriam eis reuocat quemadmodum vniuersa quæ de ipso contigerant priusquàm euenirent non incertus prædixit. Quasi dicat: Hæc quæ de me siue moriente siue resurgente contigerunt, sunt illa ipsa quæ vobis ante mortem meam non semel prædixi. Hæc sunt verba (inquit) id est, res de quibus fuerunt verba quæ loquutus sum ad vos, dicens: Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquàm flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. P Christi mysteria vt prænuntiata. Luc. 18.

Quum adhuc (inquit) essem vobiscũ (subaudis) in carne mortali, in qua estis & vos. Tunc enim in eadem carne resuscitata erat, sed cũ illis in eadem mortalitate nõ erat. Et cum illis quidem postea q̃ resurrexit fuit quadraginta diebus (vt legitur) exhibitione corporalis præsentiæ, sed non cum illis fuit consortio fragilitatis humanæ.

Quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi. Vnde licet cæca mente & malignanter, secũdum legem tamen dixerant Pilato: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori. Ideo autem secundum legem mortuus est, vt nouæ legis in suo sanguine conderet testamẽtum. Vnde per Apostolum dicitur: Per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, ęterna redemptione inuenta. Et ideo noui testamenti mediator est, morte intercedente. Ioã. 19. Heb. 9.

Et prophetis (inquit) Nam (vt in Actibus beatus Petrus loquitur:) Deus qui prænuntiauit per os omniũ prophetarum pati christum suũ, implcuit sic. Et psalmis. Vbi passio eius & resurrectio manifestissimè prædicatur, vt ipse merito possit dicere: Ego sum psalmus eorum. Redde eis vicem domine iuxta opera manuum suarum. Et alibi: Et in me psallebant qui bibebant vinum. Act. 3. Tre. 3.

Omnem itaq; magister veritatis tollit scrupulum simulationis, vndiq; iura veritatis confirmat, videtur, pal- Beda.

patur, conuescitur, sermo exhortationis per singula præbetur. Tum ne solum eius testimonium minus sufficere putaretur, vel ne in aliquo sensus humanos ludificasse videretur, misit manus ad scripturas. Quasi dicat: Quod videtis, antè prouisum est, quod cernitis, antè prædictum est: Audi filia & vide. Audi prædicta. Vide completa.

Circa tertium principale dicitur: Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.

Q Hic ostenditur, quemadmodum scripturarum intelligentiam discipulis reuelauit. Vbi tria notantur. Primum est discipulorum intrinsecus illuminatio. Secundum est, discipulorum extrinsecus verbalis informatio. Ibi: Et dixit eis: Tertium est, Euangelicæ gratiæ mandata prædicatio Ibi: Et prædicari in nomine eius.

Beda. Circa primum dicitur: Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Ne forsan enim ad intelligendi horum (nimirum legis, prophetarum, atq; psalmorum) mystica dicta tardi remanerent, sensum quoq; illis quo hæc intelligere possent aperuit. Quo facto, nihil vltrà prisca dubietatis in eorum mente residere permisit. Sanè quum eis ante passionem suam ea quæ sibi erant superuentura prædiceret (vti Lucas testatur) ipsi nihil horum intellexerunt. Quin & Ioannes ipse ad monumentum veniès, quum corpus Iesu non inuenisset, sublatum credidit, quo errore etiam cæterorum corda discipulorum perstringebantur. Cuius erroris caussam mox assignat, dicens: Nondum enim sciebāt scripturas. Aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas, ne quis præsumat per semetipsum se posse scripturas intelligere. Qui enim hoc præsumpserūt, in errores lapsi, hæreses condiderunt.

Apostoli qñ adhuc scripturas nesciebāt. Luc. 18.

Cōtra præsumptuos.

Porrò dominus immortalem iam carnē suam discipulorum & manibus contrectandam & videndam oculis exhibendo, verum vtiq; se probat hominem, verum vt scripturas possint intelligere homines, eatenus sine literis, intellectum eis aperiendo, deum se esse manifestat. Quis enim hoc sine mora posset efficere nisi deus? Vnde scriptum est: Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Vnde & per beatum Ioannem dicitur: Filius dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum deum, & simus in vero filio eius.

Diuinitatis Christi argumentū. Iob. 32. 1. Ioā. 5.

Sanè

Sanè inter Christum doctorem, & docentes homines hoc interest, quòd homo doctrinæ verba proferens exteriorem alterius mouet auditum, interius autem intellectum eius illuminare non potest. Christus vero & ingenium docile præbere, & sine temporis interuallo sapientiæ lucē infundere nouit, vtiq; magister singularis & vnicus, & doctor sine pari. Vnde & in Euangelio dicit: Magister vester vnus est Christus. Mat. 23. Christus vt docet.

Circa secundum, quod est, discipulorum extrinsecus per verba informatio, subditur in litera:

Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christū pati & resurgere à mortuis die tertia.

Ideo autem Christum pati & resurgere oportebat à mortuis, quia impossibile erat mundum saluari nisi deus homo veniret, qui in hominis habitu apparens, & homines quæ essent diuina instrueret, & mortem vt homo suscipiens diuina virtute reuiuiscceret, sicq; in se credentes, & ad contemptum subeundæ mortis accenderet, & certitudine sperandæ resurrectionis ac vitæ perpetuæ animaret. R Beda. Cur oportebat pati & resurgere Christū.

Quo enim apertius exemplo poterant homines ad fidem participandæ gloriæ & promerendæ vitæ immortalis erigi, quàm quum ipsum deum cognoscerent humanitatis ac mortalitatis suæ factum fuisse participem?

Quo efficacius ordine ad toleranda pro salute aduersa quæq; prouocarentur, quàm quum auctorem suum didicissent pro eorum salute innumera ab impiis genera probrorum, & ipsam mortis subiisse sententiam.

Qua ratione congruentius spem resurrectionis acciperent, quàm quum eius se sacramentis ablutos & sanctificatos, eius corpori adunatos meminissent, qui pro ipsis morte gustata, citius exemplum resurgendi à morte præberet? Oportebat itaq; pati Christum & resurgere à mortuis die tertia.

Circa tertium, quod est, Euangelicæ gratiæ mandata in gentibus prædicatio, subditur:

Et prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes.

Ecclesiæ vnitas per qd. Ephe. 4. Theo.

S Post commendatam sui corporis veritatem, cõmendat Ecclesiæ vnitatem, quæ nimirum per hoc est effecta, quia tam à Iudæis quàm à gentibus illud receptum est. Vnus deus, vna fides, vnum baptisma. Non enim decebat amplius bipartitũ esse genus humanum (cuius naturam iam deus assumpserat) in Iudæos & gentiles. Et ideo vt omnes in vnum vniret, mandauit incipere sermonem à Ierusalem, & ad gentes terminari, mox subiungens: Incipientibus ab Ierosolymis.

Beda. Cur incipiendũ ab Ierosolymis. Ro. 9.

Et meritò sic oportebat vt ministri sermonis qui in nomine Christi crucifixi & resuscitati à mortuis pœnitẽtiam erant & remissionem peccatorum in omnes gentes prædicaturi ab Ierosolymis inciperent, non solum quia credita sunt illis eloquia dei, & quia eorum est adoptio filiorum, & gloria, & testamẽtum, & legislatio, & obsequiũ, & promissa, & quia eorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, verum etiam vt gentes quæ variis erant erroribus & facinoribus implicatę hoc maximè diuinæ pietatis indicium ad spem veniæ prouocaret, & eis quoq; qui filium dei crucifixerunt, non tantum veniam reatus à patre, sed & vitæ æternæ gaudium viderent esse donatum.

Chry.

Insuper ne dicerent aliqui, & omissis notis, iuerunt Apostoli se ostẽtaturos ad extraneos, ideo primum apud ipsos occisores pandũt resurrectionis signa in eadem ciuitate in qua prorupit temerarius ausus. Vbi enim crucifixores credere videntur, resurrectio plurimum demonstratur.

Mat. 3. & 4. Hæreticus hinc erubescat. Luc. 13.

T Oportebat (inquit) prædicari in nomine eius pœnitentiam. Et attẽde tam Ioannis quàm Christi prædicationem hoc vnum atq; idem exordium habuisse: Pœnitentiã agite, adpropinquabit enim regnum cœlorũ. Erubescant ergo & confundantur hæretici pœnitentiam peccatorum irridentes. Et benè præmittit pœnitentiam peccatorum remissioni, dicente Christo in Euangelio: Dico vobis, quia nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Non enim nisi pœnitentiam agentibus dimittuntur peccata.

1. Ioan. 2

Et bene dicit, & in Christi nomine prędicari oportebat pœnitentiam & remissionem peccatorũ, quia ipse est propitiatio pro peccàtis nostris, non pro nostris tantum, sed & pro totius mundi. Vnde & per beatum Petrum in Actibus

bus Apostolorum dicitur: Hinc omnes prophetę testimonium perhibent remissionem peccatorũ accipere per nomen eius qui credunt in eum. Nec est aliud nomẽ sub cœlo datum hominibus in quo oportebat nos saluos fieri. Ipse enim est agnus dei omnium hominum delendis peccatis immolatus. Nõ enim per aliud quodcunq; sacrificiũ in lege mandatum vnquam facta fuit aut fieri potuit remissio peccatorum nisi in sanguine ipsius. Vnde & Apostolus Paulus in Actibus Apostolorum perhibet, dicens: Notum sit vobis viri fratres, q̃ per hunc (videlicet Christum) vobis remissio peccatorum adnuntiatur, ab omnibus quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. In hoc omnis qui credit, iustificatur.

Nõ nisi per Christũ remissio peccatorum. Act. 10.

Act. 13.

Nec in vna tantum gente Iudæorum, vel in aliqua vna parte terrarum hęc oportebat prædicari, sed per mundum vniuersum in omnes gentes. Vnde per Esaiam pater ad Christum filium suum loquitur, dicens: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ.

Prædicandum in oẽs gentes. Esa. 49.

FERIA QVARTA PASCHÆ.

MAnifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis. Ioan. 21.

Præsens sancti Euangelij lectio tria comprehendit. Primum est, in mari Tiberiadis discipulorum piscatio. Secundum est, in littore stantis Christi apparitio. Ibi: Manifestauit autem sic. Tertium est, discipulis in terra refectionis exhibitio. Ibi: Vt ergo descenderunt.

Circa primum tria notantur. Primum est, apparitionis Christi locus. Secundum est, discipulorum quibus apparuit actus, Ibi: Manifestauit autem sic. Tertium est, discipulorum piscantium conatus inutilis. Ibi: Et exierunt.

Circa primum dictum est: Manifestauit se iterum Iesus. Simulatores & callidi iram dei prouocantes, ne qua-

A

les

les sunt ipsi deprehendantur latere potius volunt & manifestari, sed non sic hi qui faciunt veritatem. Veritas enim

Ioan.3. non quærit angulum. Vnde saluator in Euangelio: Omnis (inquit) qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem, vt manifestentur opera eius quia in deo sunt facta. Quoniam ergo Christi ex mortuis resurrectio vera fuit & sine vlla simulatione aut falsitate, nõ semel, sed multoties nõ vno in argumẽto, sed in multis suis

Cur nõ assiduè eũ discipulis. se discipulis manifestare dignatus est, non tamen assiduè cum illis visibiliter conuersando, ne putarent eum ad talem vitam qualem antè egerat resurrexisse, sed ad spiritualem & diuinam. Manifestauit autem se & locis vbi, & temporibus quando placuit discipulis apparere. Ipsi enim digni erant quibus ipse appareret, nempe qui & amabant &

Quibus apparuit. Ioan.14. desiderabant, prædixerat enim: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Porrò Iudæis ipsum odientibus non legitur post resurrectionem suam apparuisse.

Chry. Et benè dicitur q manifestauit se, quia corpus Christi, quum iam esset incorruptibile & gloriosum, non videbatur indifferenter à quibuscunq, sed ab illis tantũ quibus se voluit manifestare. Et quia potestas manifestationis erat in ipso, ideo non dicit Euangelista quòd manifestatus est quasi ab alio, sed quia seipsum manifestauerit.

Cur ad mare Tiberiadis. Ad mare Tiberiadis, hoc est, mare Galilææ. Conueniẽs erat locus iste huic manifestationi. Nã quia rem quãlibet melius in eo loco cognoscimus vbi eam videre consueuimus. Christus autem ante suam passionem sæpe versatus fuerat vnà cum discipulis circa mare hoc, vnde etiã vel præcipuos Apostolorum piscatu deditos vocauerat, ideo vt pristinæ conuersationis ipsius non immemores certius ipsum ac familiarius cognoscerent, tali loco se illis voluit manifestare.

Circa secundum, quod est, discipulorum quibus apparuit actus, subditur:

Manifestauit autem sic: Erant simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo.

Numerum

Numerum hunc discipulorum sanctus Euangelista designauit, quia tantus est vt recte manifestatio dici possit, quod eis Dominus apparuit. Ait itaque: Manifestauit autem sic, videlicet, sicut in subsequentibus narratur. Erant simul, nempe sicut loco vno, ita & vna sancti spiritus charitate coniuncti. Simon Petrus, qui plus cæteris Christū dilexerat, & Thomas qui dicitur Didymus, quem cæteris omnibus in fide resurrectionis Christi cōfirmandis, plus cæteris dubitare & rei veritatē perscrutari Dominus permiserat, quod etiam cognomen eius designare videtur. Didymus enim interpretatur geminus. Nam geminato sensu visu videlicet & tactu veritatem resurrectionis in Christo perscutari voluit. Et Nathanael, qui fuit germanus Philippi apostoli in lege & prophetis eruditus, quem Philippus frater primum adduxerat ad Iesum, qui mox tam Christi diuinitatem quàm ipsius regiam cōsessus est dignitatem, dicens: Rabbi tu es filius Dei, tu es rex Israel. Qui erat, inquit, à Cana Galilææ, vbi Dominus aquas in vinum conuerterat. Et filij Zebedæi, scilicet, Iacobus maior, & Ioannes. Reliquorum duorum discipulorum nomina tacentur. In iis fuit vnus spiritus & vna fides. De quibus verè dici potuit: Ecce quàm bonum & quàm iocū dum habitare fratres in vnum. B

Ioan. 2.

Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicūt ei: Venimus & nos tecum.

Piscatum ibant discipuli, quia non habebant quod facerēt. Neque enim Christus semper cum eis conuersabatur, neque spiritus datus erat (scilicet quomodo postmodum in die Pēthecostes in plenitudine donorum) neque doctrina perfectè concessa, ideo suam artem sectabantur. Petrus enim quum actuosissimus esset nō ferebat ocium, sed in opere feruebat, & sequebantur cæteri, eo quòd coniuncti essent. Theophy. Cur ibant piscatum.

Postea vero quàm dona sancti spiritus perfectè receperunt, spiritualibus exinde operibus prorsus sese manci pantes dicunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo viros ex vobis boni testimonij quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi & ministerio verbi instantes erimus. Act. 6.

Proinde quòd iam ad piscaturam discipuli absente Christo redeunt, quod minimè fecerant ipso præsente,

hoc vti

Luc.22. hoc vtique in causa fuit, videlicet, quia quandiu cum illis ipse esset, nihil illis defuit. Quoniam autem ablato ab eis CHRISTO cœperant egere, necessitatibus suis consulentes, ad consuetam vnde prius vixerant artem se denuo transtulerunt.

Auguſt. Quod si fecissent discipuli defuncto IESV priusquam resurrexisset à mortuis, putaremus eos illa quæ animos eorum occupauerat desperatione fecisse. Nunc vero post eum sibi de sepulchro redditum viuum, post inspecta vulnerum loca, post acceptum eius insufflatione spiritum sanctum (videlicet in remissionem peccatorum) subito fiunt, sicut fuerant, non hominum, sed piscium piscatores.

Sed nónne hoc fuit aspicere retro post missam manum ad aratrum?

C Respondendum est non eos fuisse prohibitos ex arte sua licita victum necessarium quærere, apostolatus sui integritate seruata, si quando vnde viuerent aliud non

Rupert. haberent. Alioqui videbitur Paulus Apostolus qui & ipse manum suam ad aratrum miserat retro aspexisse qui

Auguſt. labore manuum suarum victitans, quum concessa posset vti potestate (maximè apud Corinthios) de Euangelio

CurPaulus manibus operatur. nolebat viuere, ne videlicet, gentes à CHRISTI nomine prius alienas doctrina ei⁹ quasi venalis offenderet. Quin magis ipse aliter educatus, artem quam non nouerat, didicit. Vt dum suis manibus tranfigitur doctor, nullus grauaretur auditor, quanto magis beatus Petrus qui iam piscator fuerat quod nouerat fecit, si ad præsens illud tempus, aliud vnde viueret non inuenit?

Quod si dicat quispiam: Et quur non inuenit quum

Matt.6. Dominus promiserit, dicens: Quærite primum regnum DEI & iustitiam eius & hæc omnia adiicientur vobis? Vtique Dominus quod promisit impleuit, nam quis alius pisces qui caperentur apposuit?

Qui non ob aliud credendus est eis ingessisse penuriam qua compellerentur ire piscatum, nisi dispositum volens exhibere miraculum?

Non ergo Petrum cæteróſque cum eo discipulos il-

Luc.9. la in Euangelio sententia comprehendit qua dicitur: Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro aptus

Gregor. est regno DEI. Quia negotium quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc post conuersionem repete-

re cul

re culpa non fuit. Nam piscatorem Petrum, Matthæum verò telonearium scimus. Et post conuersionem suam ad piscationem Petrus rediit, Matthæus verò ad telonei negotium non resedit. Quia aliud est victum per piscationem quærere, aliud telonei lucris pecunias augere. Sunt ergo pleraque negotia quæ sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicant ad hæc necesse est vt post cõuersionem animus non recurrat. Inter opus & opus distinguendũ

Circa tertium, quod est discipulorum piscantium conatus inutilis, subditur:

Et exierunt, & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt.

Facta est discipulis piscationis magna difficultas, vt magistro veniente fieret admirationis magna sublimitas. Et quia diuinum eis deerat auxilium, nihil piscium casso labore ceperunt. Quod Deo dispensante factum est, vt sequens captio verè miraculosa esse monstraretur. D Cur nil pisc̃ium ceperunt. Gregor.

Porro mystice, antequam manè veniret, ante hoc tempus acceptabile diem q̃ salutis, qui sole iustitiæ Christo resurgente à mortuis ortus est nobis, prædicauerunt quidem lex & prophetæ, sed non effecerunt salutem totius mundi. Retia quidem miserunt, sed non etiam captos pisces ad littus adduxerunt, quia sacram quidem scripturam contexuerunt, sed per eas homines ad æternæ salutis portum non eduxerunt. Mystice.

Circa secundum principale dicitur:

Mane autem facto stetit IESVS in littore, non tamen cognouerunt discipuli quia IESVS est.

Hic describitur ipsa Christi in littore stantis apparitio. Vbi per ordinem quinque notantur.

Primum est, Christi incogniti benigna apparitio. Secundũ est, apparentis, & incogniti perutilis instructio, ibi: Dixit eis, Mittite. Tertium est, ex euentu mirando Christi recognitio, ibi: Dicit ergo discipulus. Quartum est, Simonis Petri ad Christum properatio, ibi: Simon Petrus. Quintum est, cæterorum discipulorum ad Iesum nauigatio, ibi: Alij autem discipuli.

Circa

Circa primum dicitur: Mane autem facto stetit Iesus
E in littore. Mysticè. Venit mane, & Dominus Iesus stetit in
Mysticè. littore, quia post resurrectionem suã iam immortalis &
impassibilis Dominus noster firmiter extra fluctus mor-
talitatis nostræ stare cœpit. Vnde Gregorius.

Quæri potest quur discipulis in mari laborantibus
post resurrectionem suam Dominus in littore stetit, qui
ante resurrectionem suam coram discipulis in fluctibus
Cur Iesus maris ambulauit? Cuius rei ratio festiuè cognoscitur
in littore si ipsa quæ tunc inerat causa pensetur. Quid enim mare
stetit. nisi præsens sæculum designat, quid per solliditatem litto-
ris nisi illa perpetuitas quietis æternæ figuratur? Quia igi
tur discipuli adhuc fluctibus mortalis vitę inerant, in ma
ri laborabant. Quia vero redemptor noster iam corru-
ptionem carnis excesserat, post resurrectionem suam in
littore stabat. Ac si dicat: Iam vobis in mari nõ appareo,
quia vobiscum in perturbationum fluctibus non sum.
Hinc est quòd post resurrectionem suam in alio loco eis-
Luc.24. dem discipulis dicit: Hæc sunt verba quæ loquutus sum
ad vos, quum adhuc essem vobiscum. Neque enim tunc
cum ipsis non erat quibus præsens corporaliter appare-
bat, sed tamen iam se cum ipsis esse denegat, à quorũ mor
tali corpore carnis immortalitate distabat. Et quod illic
cum ipsis positus fatetur nõ se esse cum ipsis, hoc quoque
hic situ corporis indicat, quum adhuc eis nauigantibus el
se se iam in littore demonstrat.

Adhæc & literalis ratio potest adduci, videlicet. Nam
quia discipuli adhuc eo in tempore faciles erant ad dubi-
tandum de veritate dominicæ resurrectionis, nihil illum
facere conueniebat quod infirmis in fide occasio foret er
roris. Si ergo vidissent eum super mare ambulantem, oc-
casionem accepissent suspicandi nõa veram carnem, sed
Matt.14. spiritum & phantasma se videre. Nam quum ante resur-
rectionem suam ambularet super mare veniens ad disci-
pulos suos qui à fluctibus perturbati maris in nauicula
periclitabantur, conturbati sunt dicentes: quia phantas-
ma est, & præ timore clamauerunt. Quòd si hæc fuerunt
suspicati de eo quem nondum viderant mortuum, multo
magis putarent se phantasma videre, si quem mortuum
non ignorabant super mare ambulantem conspicerent.

Non tamen, inquit, cognouerũt discipuli, quia Iesus
Chrys. est. Non enim mox seipsum quis esset ostendit, sed voluit
in allo

in alloquutionē cum eis venire. Quòd autem discipuli eum non cognouerunt causa fuit ex parte corporis Christi. Nam sicut est in potestate corporis glorioſi vt etiā præsens mortalibus se vel ostendat vel non ostendat, ita etiā in sua est potestate vt seſe manifestās vel cognoscatur, vel cognosci non possit. Christus itaque licet se ostenderet consistentem in littore, quia tamen non eo modo se manifestauit vt cognosci posset, ipsum discipuli non cognouerunt.

F Cur discipuli Christū non cognouerunt

Potest etiam huius rei causa adsignari ex parte discipulorum, quia videlicet studio piscandi vsque adeo intenti erant, vt licet Christum viderent in littore, quisnam tamen ipse esset non aduertebant.

Ad hæc, quia Christus distabat ab eis circiter cubitis ducentis, tanto distantem interuallo discipuli non cognouerunt. Proinde diuina dispensatione factum est, vt aspectu solo Dominum non cognoscerent, quatenus se quis esset mox sequuturo miraculo declararet. Itaque primus ipse humanius hos alloquitur. Vnde in litera subditur:

Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmētarium habetis? Respondérunt ei: Non.

Hoc ait, quasi ab eis piscium aliquid emere volens. Ergo, inquit, quia nondum cognouerūt ipsum esse qui de mari eos vocauerat vt faceret piscatores hominum, ad ignorātes benignè descendit, & sic loquutus est primo captoribus piscium, quomodo quilibet emptor piscium loqueretur. Pueri, inquit, nunquid pulmentarium habetis? Pueros appellat beneuolentiæ gratia non ætatis.

Pulmentarij vero vel pulmenti nomine cibus quilibet siue de carnibus siue ex piscibus, qui cum pane simul edatur, confectus, designatur. Et quidem nouerat ipse quia nihil tota nocte prendidissent, & tamen sic eos interrogat, Primo, vt ipsis respondentibus se nihil habere, occasionem habeat eis mādandi vt rete in designatum maris locum mittant. Secundo, quia si dixisset se scire quòd nihil ea nocte cepissent, hoc signo cognouissent esse Christum, nempe cui paterent occulta. Ipse vero sui cognitionem adhuc differri volebat, vt ipsa haberetur in miraculo magis euidenti. Respondérunt ei, nimirum discipuli lassi, tristes, & famelici: Non, subaudis, habemus pul-

Pulmētarīū

mentarium. Putabant sanè mercatorem pisces captos emere volentem.

Circa secundum, quod est apparentis incogniti peritilis instructio, subditur.

Dixit eis: Mittite in dexteram nauigiire te, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.

G Obediētiæ fructus.

Mirum est quòd hominis (vti putabant) eis prorsus ignoti iussis obtemperant. Sed docuerat eos Christus mites esse & humiles corde, & dicto audientes. Vnde & mox obedientiæ fructum consequuti sunt. Proinde longè plus valuit eis verbum Christi, quàm ipsorum in piscando industria, & ingens labor totius noctis. *Miserunt ergo, inquit, ad dexteram nauigij rete, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium, nempe intra rete ad nutum Christi angelorum sanctorum ministerio collectorum & inclusorum.*

Ruper.

Et aduerte, quia nō quomodocunque dixit: Mittite, sed: *Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis.* Per dexteram enim vitam æternam, per sinistram vitam hanc temporalem: rursumque per dexteram, DEI gratiam, per sinistram vero peccati culpam moraliter accipere possumus.

Piscātur ad sinistram.

Itaque rete mittunt & piscantur ad sinistram qui vel vitæ suæ studia temporalibus atque mundanis lucris adiscendis accommodant, temporalem mercedem etiam in bonis quæ agunt operibus semper intendentes, vel qui in prauitate vitæ perseuerantes nonnullis etiam bonis operibus insistunt.

Piscātur ad dexteram.

Per contrarium vero, piscantur ad dexteram, vel qui non temporalem & terrenam, sed æternam & cœlestem in suis operibus mercedem quærunt, vel qui præeuntis gratiæ instinctus sequentes & concomitanti gratiæ cooperantes verè possunt dicere: Gratia Dei in me vacua nō
1.Cor.15. fuit. Verum absente gratia, quasi cassо labore per noctem laboratur.

H Luc.5.

Mysticè vero, quum adhuc esset Christus in fluctibus vitæ mortalis & mortis vndas passurus, non dixit piscantibus: Mittite in dexteram, sed tantummodo: Laxate, inquit

quit, retia vestra in capturam. Tantam ergo concluserunt piscium multitudinem vt rete eorum rumperetur, & nauicula eorum penè mergeretur. At nunc in littore stans, & vndosam turbidi seculi supergressus iacturam, Mittite, inquit, non vbicunque, sed in dexteram. Et iam non valebant (inquit Euangelista) illud trahere præ multitudine piscium, non tamen dixit, quia rumpebatur rete, aut eorum nauicula mergebatur.

Piscationis electorum typus.

Quid ergo hic nisi illam piscationem hoim̃ præsignare voluit qua ad dexteram constituentur oẽs electi, reprobris omnibus ad sinistram secluſis, qui tanquam pisces mali rete præsentis ecclesiæ seditionibus rumpunt, quemadmodum hæretici & schismatici facere consueuerunt. Dominus ergo qui post resurrectionem à mortuis in immortalitatis tutissimo littore stabat per captos pisces rectè solos illos præfigurabat quos secum suscitat, secúmque ad dexteram patris considere vellet in cœlestibus.

Moraliter iuxta præmissa est notandum, quòd Christus post resurrectionem suam apparere dignatus est, in forma peregrini, in forma hortolani, in forma mercatoris. De primo est illud: Tu solus peregrinus es in Ierusalẽ. De secundo illud: Illa existimans quia hortolanus est. De tertio, in præsenti loco. Peregrinus enim fuit in conuersatione, hortolanus in prædicatione, mercator in sua passione.

Christ9 ꝙ peregrinus. Ierem. 14.

Quòd ad modum peregrini conuersaturus foret in mundo præcognitum habuit propheta qui ipsius humilitatem demirans, ait: Quare futurus es in terra quasi vir vagus & declinans ad manendum? Vnde & de semetipso loquitur, dicens: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis nõ habet vbi caput suum reclinet. Vnde etiam in via quasi peregrinus natus est.

Matt. 8.

Quasi hortolanus fuit in prædicatione. Nam hortolani ad morem mala viciorum plantaria è terra cordis humani extirpare, & virtutum germina inserere satagebat. Vnde illud quasi à patre ei dictum possumus accipere. Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas & destruas, & disperdas & dissipes, & ædifices & plantes.

Quasi hor tolanus. Iere. 1.

Denique quasi mercator fuit in sua passione in qua dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret

Quasi mercator. Tit. 2. 1. Pet. 1. ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Cuius tantæ gratiæ nos commonefaciens beatus Petrus dicit: Scientes quia non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni immaculati & incontaminati Iesu Christi.

I Peregrinus moraliter quis

Et quoniam omnis Christi actio nostra instructio est, conuenit & nos tanquam peregrinos esse in conuersando, tanquam hortolanos in operando, tanquam mercatores in perseuerando.

Psalmista

Sanè peregrini sumus in hoc mundo sicut ille intellexit qui ait: Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Porro qui se peregrinos fatentur, ostendunt se patriam inquirere. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.

Heb. 11.

Habet mundus iste (vtique terra peregrinationis nostræ) quasi duas portas per quarum alteram vniuersum genus humanum ingreditur, & per alteram cogitur exire: per natiuitatem enim ingreditur, & egreditur per mortem. Huius peregrinationis nostræ cõmonefacit nos beatus Petrus dicens: Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis quæ militant aduersus animam. Et Apostolus Paulus: Abnegantes, inquit, impietatem & secularia desideria, sobriè, iustè, & piè viuamus in hoc seculo. Alienum est à peregrino superflua quærere, luxui indulgere, habitacula sumptuosa statuere, aut intendere pecuniis & diuitiis augendis. si habet alimenta & quibus tegatur, his contentus sit.

1. Pet. 2.

Tit. 2.

Hortolanus moraliter.

Secũdo, ad Christi imitationem decet nos quasi hortolanos esse nosmetipsos & vitam propriam excolendo, id est actus nostros & mores discutiendo, diiudicando, corrigendo, ordinando, & in bonis operibus indefinenter exercendo, extirpandis vitiis, & virtutibus inferendis dicente Apostolo: Dei agricultura estis.

1. Cor. 3.

Mercator moraliter.

Tertio conuenit nos esse spirituales mercatores, euangelicam negociationem impigrè & perseueranter exercendo, iuxta quod per euangelicam parabolam designatur, in qua prudens negotiator quærens bonas margaritas, inuenta vna preciosa margarita abiisse memoratur, & distraxisse omnia quæ habebat, & emisse illam.

Matt. 13.

Nam qui

Nam qui vitam æternam (quæ Deus est) comparare desiderat, vendat necesse est omnia quæ habet, id est, seipsum abnegans propriis renuntiet concupiscentiis, & possidebit illam.

Circa tertium quod est, ex euentu mirando Christi recognitio, subditur.

Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus Petro: Dominus est.

K Beda. Luc. 5. Ioannes vn de Christū cognoscit.

Cognouit primus ille discipulus Dominum, siue in miraculo istius piscationis, siue sono præcognitę vocis, siue primæ reminiscens piscationis, in qua Petrus ad Christi verbum laxatis retibus in capturā cōcluserat pisciū multitudinem. Venit itaque in mentem discipulo huic, id est, beato Ioanni, miraculum piscationis pristinę, & mox cognouit quia Christus esset, cuius imperio etiam ista facta est captura.

Dicit ergo discipulus quem diligebat Iesus Petro. Ergo, videlicet, quia magnus ille puerorum suorum appellator qui in littore stabat tam veraciter prophetauerat, dicens: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis, venit in mentem illi discipulo quia Dominus est. Quod etiam mox præ omnibus dixit Petro quem gauisurum esse sciebat plus omnibus. Et bene quia cito acquieuerant dicenti, mittite in dexteram nauigij rete sicut mansuęti qui sequuti fuerant magistrum mansuetudinis statim cognouerunt eum, sicut & illi duo digne cognouerūt eum in fractione panis, pro eo quia coëgerant eum dicentes: Mane nobiscum quoniam adueſperascit.

Dñs est.

Nec dixit discipulus ille, Iesus est, sed Dominus est, & non ait, Noster, vel quorumcunque diffinitę, sed indiffinitę, Dominus est. Quur enim suum particulariter Dominum diceret, qui sic iam palam fecerat quod etiam maris Dominus esset, qui & iam rediuiuus à morte probauerat quòd mortis victor & vitæ dominator existeret?

Circa quartū, quod est Simonis Petri ad Iesum properatio, subditur.

Simon Petrus quum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.

L Theophy.

Etiam hoc loco inuenimus discipulorum proprietates

ostendi. Nam perspicacissimus quidem Ioannes, Petrus autem feruentior. Ea propter Ioannes quidem agnouit Dominum, Petrus vero prior venit ad eum.

Porro succingendo se reuerentiam ostendit, mittendo autem se in mare, declarauit desiderij magnitudinem, non enim expectat, vt alij, sed natans aduenit, quanuis decentis cubitis abessent à terra.

Dicitur autem Petrus nudus fuisse ad comparationē cæterorum vestimentorum quibus vti solebat. Sicut nos solemus dicere quum aliquem simplici vestimento videmus indutum, quare nudus incedis? Siue potest intelligi quòd more piscatorum studio piscandi nudus incesserit. Vbi Theophylactus:

Ependytes. Præcingit autem se linteo amictu quod Græci ependyten vocant, quem Phœnices & Tyrij piscatores circundant sibi siue quum nudi sunt, siue vestiti vestimentis superponunt. Proinde eodem ardore quo & cætera alacrefecerat venit ad Iesum, mittens se in mare.

Ruper. Matt. 14. Petrus vt sibi typus. Olim miserat se in mare & ambulauerat super aquas vt aduenire ad Iesum super aquas ambulantem solum, sed videns ventum validum venientem timuit, & in ipso timore suo penè submersus est. Nunc autem stante Domino in littore, sponte se mittit in mare, & non timet nihil que periculi passus est. Quid hoc est, nisi quia tempestate Iudaica, quam Dominus superambulans vicit, Petrus negaturus erat, timore mortis, & nunc fortiter agere habebat in fluctibus Romani imperij, in magna tempestate sæui Neronis.

Bene ergo qui ante passionem Domini timuit & penè mersus est, nunc post eius resurrectionem mittens se in mare ad portum fœliciter peruenit.

Ioan. 21. Non autem Ioannes misit se in mare vt veniret ad Christum qui sine martyrio vitam foret conclusurus in pace, sed Petrus cui mox post hæc à Christo dicitur: Quū esses iunior cingebas te & ambulabas vbi volebas. Quū autem senueris extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Quod exponens Euangelista: Hoc autem, inquit, dicebat, significans qua morte clarificaturus esset Deum.

Sanè tribulationes mundi huius recte per mare designantur. Vnde & qui ad Christū venire ardēter desiderāt

dum

dum mundi huius tribulationes perpeti non refugiunt, quasi per medios maris fluctus ad Christum perueniunt, non ignari, quoniam per multas tribulationes oportet introire in regnum dei. Act.14.

Circa quintum, quod est, cęterorum discipulorum ad Iesum nauigatio, subditur:

Alij autem discipuli nauigio venerunt (nõ enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium.

Ordo literę est: Alij discipuli nauigio venerunt, trahentes rete piscium. Non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis. Attende quòd cubitus quidam est geometricus sex continens pedes, alius est cubitus vsualis continens tantum pedem vnum cum dimidio. Est autem cubitus pars brachij, & dicitur à cubando, quòd super brachiũ cubant homines. M Cubitus duplex

Quum ergo hic dicitur, quòd discipuli non erãt longè à terra, sed quasi cubitis ducentis, non hoc de cubitis geometricis est intelligẽdum, alioqui longè fuissent à terra, sed de cubitis vsualibus, quorum ducenti, adequate faciunt pedes trecentos. Quum autem quinq; pedes passum vnum faciant, facilè colligitur, quia discipuli sexaginta passibus distabant à terra. Nam trecenti pedes sexaginta passus efficiunt.

Mystícè autem, alij discipuli qui nauigio venerũt illos Ecclesiæ sanctę rectores significant, qui in pace finiunt vitam. Petrus verò qui mittit se in mare illos omnes qui sicut & ipse per medios fluctus tribulationum festinãt & currant ad dominum trahentes rete piscium, id est, scriptis suis & laboribus omnimodis propugnantes & continentes fidem gentium. Nec longe absunt ab illa viuentiũ terra, in qua dominus immortaliter fiat, sicut longè erant antiquitus sub lege laborantes antequàm veniret gratia, sed propè sunt quasi cubitis ducentis, à cunctis scilicet legalibus ceremoniis liberi, solaq; ad perueniendum opus habentes dilectione dei & proximi. Rectorũ ecclesiæ duo modi.

Circa tertium principale dicitur:

Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem.

NHic ostenditur discipulis in terra refectionis exhibitio, Vbi tria sunt consideranda. Primum est, miranda refectionis præparatio. Secundum est, ex captis piscibus refectionis instauratio. Ibi: Dicit eis Iesus, adferte. Tertium est, discipulorum ad prandium familiaris inuitatio. Ibi: Dicit eis Iesus: Venite.

Mira prandij præparatio.

Circa primum dicitur: Vt ergo descenderunt è naui in terram, viderunt in littore prunas positas, id est, carbones ignitos, & piscem superpositum prunis, viderunt & panem, non prunis superpositum, sed seorsum. Ante passionem suam dominus operabatur miracula ex materia subiecta, verbi gratia, vinum ex aqua, & multis hominum millibus saturandis paucos panes & pisces multiplicauit, nūc verò ad mirabiliora signa se transfert. Nō enim apparuit vnde virtus diuina carbones illos, piscem, & panem, produxisset, vt maiori miraculo discipuli in fide resurrectionis Christi magis confirmarentur.

Chry.

Rupertus. Futuræ typus beatitudinis.

Mysticé, Regnum beatitudinis, quod vnum & æternum prandium, vna & perpetua cœna est, in illo littore, id est, seculi fine inueniendum est. Illic inuenient omnes electi prunas, id est, plenarium ignem vel amorem spiritussancti, qui in hac vita sanctis aliquantulus est, in illo autem regno permaximus, sicut propheta prædicat, dicēs:

Esa. 3. Dicit dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Ierusalem. Inueniēt & piscem superpositum, & panem, id est, vnum eundemq; Christum deum & hominem, secundum humanitatem quidem sicut piscem assum, secundum diuinitatis verò naturam panem angelorū impassibilem.

Circa secundum, quod est, ex captis piscibus refectionis cumulatio, subditur:

Dicit eis Iesus: Adferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Et quum tanti essent, non est scissum rete.

OVbi Chry. Vt ostenderet nō esse phantasma quod factum est, iubet ex piscibus suo nutu ab eis captis, adferri, vt non solum suo dono gratuito, sed etiam ex proprio labore discipuli reficiantur. Mysticè verò: Aduocabit cœlum desursum & terram discernere populum suum. Cōgregate illi sanctos

sanctos suos. Quinam sunt hi quibus hoc iuxta Psalmistam præcipitur, nisi Apostoli vel prędicatores sancti, quorum vnusquisq; æterno iudici præsentabit, quantoscunq; bonos pisces de labore suo acquisiuit.

Cæterum, hæc piscatio post domini resurrectionem facta (vt ait Grego.) ideo in solam dexteram iussa est, quia ad videndam claritatis ipsius gloriam, sola electorum pertingit ecclesia, quæ de sinistro opere nihil habet. In illa priore piscatione præ multitudine piscium rete rumpitur, quia nunc ad fidei confessionem etiam cum electis reprobi tanti intrant, q̃ ipsam quoq; ecclesiam hæresibus scindunt. In ista verò piscatione & multi pisces & magni capiuntur, & rete non rumpitur, quia sancta electorum ecclesia in continua auctoris sui pace requiescens nullis iam dissentionibus dilaniatur.

Typus reproborum

Captis autem tam magnis piscibus, ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram. Ipsi quippe sancta ecclesia peculiariter commissa est, dciente domino: Simon Ioannis amas me, pasce oues meas. Quod ergo postmodum aperitur in voce, hoc iam significatur in opere. Ipse enim pisces ad soliditatem littoris pertrahit, quia stabilitatem æternæ patriæ fidelibus ostendit. Hoc egit verbis, hoc epistolis, hoc agit quotidie miraculorum signis. Hæc Grego.

Ioan. 21. Vni Petro vt cõmissa ecclesia.

Sed dicat aliquis: Quum iam dictum sit de septem discipulis. Miserunt ergo (nimirũ rete in mare) & iam non valuerũt trahere illud præ multitudine piscium, quomodo nunc dicitur: Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, quum multominus hoc posset solus? nisi quia per Petrum (cui specialiter dictum est tibi dabo claues regni cœlorum) vniuersitas eorum designatur, quorum officiũ est tractare hoc rete piscium, quod est, dei verbum. Itaq; vna fides, quam vniuersi piscatores hominum prædicant rectè per vnum figuratur Petrum, cui præcipuè ius datũ est super omnes pisces pertinentes ad cœlorum regnum, ad sanctæ trinitatis conuiuium.

Ruper.

Quorũ Petrus figura. Mat. 16.

Ipsi verò pisces omnes magni & numerati sunt, quia videlicet omnes electi, quamuis impares meritis, omnes tamẽ magni sunt, & certus est eorum numerus apud deũ, quippe qui ab origine mundi vocati sunt sancti. Quomodo enim certus apud ipsum non esset numerus eorũ quos præsciuit, quos prædestinauit, quos vocauit, quos iustificauit, quos magnificauit?

P
Oẽs electi magni.

Ro. 8.

Et quum tanti essent non est scissum rete. Quia videlicet in statu quidem præsentis Ecclesiæ rete scindunt pisces illi qui numerum excedunt, attestante psalmista, quũ dicit: Annuntiaui & loquutus sum, multiplicati sunt super numerum. Sed in illo resurrectionis littore pax erit & rete solidum, quia soli pisces qui numerati sunt magni omnes, id est, boni, illic erunt.

Circa tertium, quod est, discipulorum ad conuiuiũ familiaris inuitatio, subditur:

Dicit eis Iesus: Venite, prandete.

Mystice. Peracto labore piscationis nocturnæ ad prandium lassos quod eis parauerat dominus clementer inuitat. Quinetiã mystice, tam multis piscibus magis qui omnes in dextera nauigij capti sunt, ad terram protractis, dicit Iesus: Venite, prandete, quia quum sederit idem filius hominis in sede maiestatis suæ, & omnes electos ad dexteram suã constituerit, tunc altissimè & suauissimè hoc modo intonabit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi? Quid enim est hoc prandere, nisi regnum æternum percipere. Quid verò est regnando prãdere, vel prandendo regnare, nisi ipsum qui angelorum cibus est, in quem desiderant angeli prospicere regẽ gloriæ facie ad faciem sicuti est videre? Vnde propheta quum dixisset de homine ambulante in iustitiis & loquente veritatem, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, quasi quæreres, qualis ei panis datus est, vel quales ei aquæ sunt, statim subsequutus, regẽ (inquit) in decore videbunt oculi eius. Sequitur:

Inuitatio desiderãda. Mat. 25.

Esa. 33.

Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, tu quis es? sciẽtes quia dominus est.

Q. Aug. Cur nemo discipulorũ interrogat. Nemo audebat interrogare quis esset, quia tanta erat cuiusdentia veritatis, vt non solum non negare, sed nec etiam dubitare quisquã auderet, quòd si aliquis dubitaret, vtiq; & interrogaret. Vbi Chryso.

Certi quia ipse erat dominus non audebant interrogare, non quidem de hoc solum an ipse esset dominus, sed nec de quocunq; alio. Non enim confidebant cum eo loqui sicut prius, sed cum silentio & multa reuerentia sedebant attendentes in eum. Et formam quidem alteratam viden-

videntes, & multa admiratione plenam, valde stupefacti volebant interrogare, sed formido in hoc quòd sciebant quia dominus est, reprimebat interrogationem, & solum comedebant quæ eis dabat. Hic autem non respicit in cœlum, neq; humana illa facit, ostendens quoniam condescensionis gratia illa olim ab eo fiebant. Erga Christum reuerentia.

Itaq; discipuli intenti solummodo ad intuendum dominũ vel audiendũ, reuerentiã exhibẽtes nihil interrogabãt. Nimirũ quando ad illud æternum suos omnes inuitauerit conuiuium, iam opus non habebunt interrogare eum, scientes quia Iesus est, scientes (inquam) & perfectè cognoscentes quòd modo ex parte cognoscunt scripturas legentes & sanctum scientiæ spiritum consulentes, donec veniat quod perfectum est, & euacuetur quod ex parte est, sequitur:

Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter.

Et venit Iesus nempe ad recumbentes, & pristino more accepit panem, & dedit eis, non enim nisi porrectum sibi à domino panem de mensa præsumebant accipere, & piscem similiter quem superpositum prunis inuenerant in partes fractum, illis dabat, & similiter de piscibus captis, quos super prunas poni iusserat.

Prius dixerat in parabola de domino & seruis fidelibus, vtiq; seipsum & suos designans, faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis, hoc ipsum quod illic verbis, hic vtiq; factis designans. Quis est autem iste panis, nisi dulcedo diuinæ visionis? Et quis assus piscis, nisi natura filij hominis exco ta igne passionis? Vtrumq; accipit & dat illis, quia virtusq; naturæ visione regni sui consortes reficiet, sicut promittens alio loco, & ego (inquit) dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Sequitur: Luc. 12. Luc. 22.

Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, quum resurrexisset a mortuis.

Benè dicit discipulis suis, id est, Apostolis, Iesum hoc iam tertio post resurrectionẽ suam fuisse manifestatum, quia si connumerarentur apparitiones factæ mulieribus, vel etiam apparitio facta duobus discipulis euntibus in Emmaus, R

Emmaus, aut etiam apparitio facta Petro soli, ista apparitio non esset tertia. Inter apparitiones tamen factas pluribus Apostolis, ista est tertia. Prima enim fuit serò diei sequentis resurrectionis absente Thoma. Secunda fuit, post octo dies ab illa, iam Thoma præsente. Tertia est, quæ hac lectione comprehenditur.


Quō hæc apparitio est tertia.

Porrò quoniam in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum, vt scias quia legittimo testium numero sanctus Euangelista confirmare intendit auditorem Euangelij in fide resurrectionis Iesu Christi domini nostri, rectè in fine huius lectionis ita concluſit: Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis quū resurrexisset à mortuis. Tametsi multa quidem & alia signa fecerit Iesus in conspectu discipulorum suorum, subaudis, post resurrectionem suam à mortuis.

Et quoniam qui tribus istis non credit nec multis aliis si conscriberentur foret crediturus, demum contentus eo quòd fidelibus satis sit, hoc quo iam dictum est modo concluſit.

Dominica in

ALBIS.



Vum sero esset die illo vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli cōgregati propter metū Iudæorum. Ioan. 20.

In hac sancti Euangelij lectione tria describuntur. Primum est, Christi à morte rediuiui coram suis discipulis gaudiosa manifestatio. Secundum est, de resurrectionis dominicæ veritate Apostoli absentis dubitatio. Ibi: Thomas autem. Tertium est: Iterum apparente Christo discipulis, dubitantis Thomæ confirmatio. Ibi: Et post octo dies.

Circa

Circa primum sex sunt considerandа. Primũ, circa id quod actum esse memoratur circunstãtiarum notanda descriptio. Secundum, Christi post mortẽ rediuiui miranda apparitio, ibi: Venit Iesus, & stetit in medio. Tertium est, desideratæ pacis gratiosa adnuntiatio, ibi: Et dicit eis. Quartum est, Benigna manuum & lateris ostensio, ibi: Et quum hęc dixisset. Quintum est, Ad instar sui, discipulorum missio, ibi: Dixit ergo eis iterum. Sextũ est, ad insufflationem dñi spiritussancti datio, ibi: Hęc quum dixisset.

A Apparitionis Christi tempus.

Circa primum dicitur: Quum esset sero die illo vna sabbatorũ, & fores essent clausæ, vbi erãt discipuli cõgregati. Vbi notatur circa Domini apparitionem circũstantia duplex, temporis scilicet & loci. Tempus designatur vbi dicitur: Quum esset sero die illo, videlicet quem sua Dominus resurrectione consecrauit. Vna sabbatorũ, id est, prima die à sabbato, in cuius mane apparuerat Mariæ Magdalene, & rursus eidem cum aliis mulieribus, & post hoc Petro. Quo die etiam apparuit duobus discipulis euntibus in Emmaus ambulans & loquens cũ illis, quibus sub vesperum ad Apostolos Ierosolymã reuersis, & ea quæ viderant & audierant narrantibus, ea quę hic describitur apparitio facta est.

Quum sero esset, inquit, & omnes simul essent, vt esset manifestius quod omnibus cernebatur. Et hæc apparitio eadem est cũ illa quam describit Lucas. Vbi memorat Dominum discipulis sese ostendentem dixisse: Videte manus meas & pedes meos, quoniam ego ipse sum. Quod autem inferius dicitur, nõ cum illis fuisse Apostolum Thomam, quum secũdum Lucam illi duo regressi ab Emmaus inuenerint congregatos vndecim, & eos qui cũ ipsis erant, proculdubio intelligendum est q̃ inde Thomas exierit antequam eis Dominus quæ viderãt & acta erãt narrantibus, appareret. Noluit itaq; pius Dominus q̃ festinus suæ resurrectionis dies transiret, quin suis se demonstraret Apostolis. Audientes enim quod Maria & aliæ sanctæ mulieres adnuntiauerant, consequens erat, vt aut discrederent, aut credentes dolerent quoniam eos nõ reputauit dignos sua visione. Hæc ergo recogitantes neq; per vnũ diem distulit, sed iam resuscitatum videre sitientibus & de ipso loquentibus, quum sero factum esset adstitit.

Luc. 24.

Dissonãtia soluitur.

Chryso.

Congregati erant in mõte Sion in eo cœnaculo vbi ante passionẽ suam Dominus cœnam cũ eis fecerat. Congrega

Apparitionis Christi locus.

gregati erant ob Domini amorem, vbi iam pridem simul vnà cum ipso viuente congregati esse consueuerant. Itaq; pristinæ societatis amore post Domini passionẽ adhuc cõgregabãtur in locũ illum quem eis nouissimæ recordatio cœnæ perpetuò fecerat cõmendabilem. In hunc itaq; locum congregati discipuli clausis foribus intus erant propter metum Iudæorum.

Cur fores clausæ.

Sed cur metuebant Iudæos iam CHRISTI sanguine saturatos? vel si adhuc arderent, & sitirent sanguinem illorũ Iudæi, nunquid discipuli clausis se possent foribus tueri quas perfacile erat effringi? Vt quid ergo fores clauserant? Videlicet, quia sermonem inter se habebãt, cui neminem nisi amicũ vel sui luctus participem interesse tutum putabant. Iam quippe non solũ mulieres audierãt dicentes q̃ vidissent Dominũ, sed & duos illos ex discipulis reuersos à castello Emmaus (vt iam dictum est) referentes q̃ in fractione panis cognouissent eum. Quinetiam iam congregati fuerant propter hoc ipsum, dicentes, quia surrexit Dominus verè, & apparuit Petro. De his ergo inter se colloquẽtibus tutũ non videbatur vt auscultaret eos Iudæus, & idcirco clausis se foribus continebant.

Rupert.

Circa secundum, quod est, CHRISTI post mortem rediuiui, miranda apparitio, subditur:

Venit IESVS, & stetit in medio.

B Ioan. 15

Venit ad discipulos postquam resurrexit à mortuis iuxta quod pollicitus fuerat dicẽs: Et vos quidẽ nunc tristitiam habetis, iterũ autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum.

Miraculosa ingressio.

Venit (inquit) Iesus, & tamen fores erant clausæ, vt ostendat q̃ eodẽ modo resurgens clauso egressus est monumento. Disputant nonnulli sciscitantes, Si corpus erat, si hoc surrexit de sepulchro quod pedendi in ligno, quomodo per ostia clausa intrare potuit? Respõdet Augustinus: Si cõprehendis modũ, non est miraculum. Vbi deficit ratio, ibi est fidei ædificatio. Moli corporis vbi diuinitas erat ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe nõ eis apertis intrare potuit, quo nascẽte virginitas matris inuiolata permansit. Quid ergo mirũ si clausis ianuis post resurrectionem suam inæternum iam victurus intrauit, qui moriturus veniens non aperto exiuit vtero virginis?

Si quis igitur quærat quo pacto corpꝰ verũ fuit, quod clausis foribus introiuit. Quod qui infideliter quærit, &

verum

verum corpus sic potuisse inferri nō concedit, superest vt multo minus illud cōcedat, & corruptibiles atq; mortales adhuc Apostoli sic educti sunt sicut in Actibus apostolorū scriptum est: Carcerem quidē clausum inuenimus cū omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas. Aperientes autem carcerem, neminem intrō inuenimus. Superest vt istos quoq; qui necdum resurrexerant, in ventos & aërem subtilem, quo per patentes rimas efflari possent, euanuisse asserant, siquidem sacram recepturi sunt scripturam, Quam qui nō recipiunt, nec audiendi, sed vt infideles omnino vitandi sunt.

Num verū corp⁹ Chri⁹ habuit? Act. 5

Nobis credentibus illud pro argumento sufficit, quia de nihilo Deus cūcta creauit, & cuncta quasi nihilū & inane reputata sunt ei ad agendū quicquid voluerit, ad trahendū quidpiam quocūq; voluerit. Mirumq; hoc potius esset, si ita nō posset, quum nemo ferè tā imperit⁹ artifex sit, vt quod cōposuit, penetrare ipse vel aperire nō possit. At ille quum voluit, aperta est terra & deglutiuit Dathan, statimq; operuit super congregationē Abiron, qui principes seditionis extiterunt, promissionibus dei detrahētes, & cū subsannatione dicētes: Reuera induxisti nos in terrā quæ fluit riuis lactis & mellis.

Quæstionis solutio.

Num. 16

Venit Iesus, inquit, & stetit in medio. Fecit quod antè promiserat dicēs: Et si abiero, & præparauero vobis locū, iterū venio. Et rursus: Vbicūq; duo vel tres fuerint cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Porrò stetisse Iesum & alibi legimus. Stetit enim quasi benignus ad vocandū & inuitandū ad gratiæ spiritalis perceptionē, iuxta illud: In die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Stetit item quasi potēs ad adiuuandū, vti beato Stephano in agone passionis certanti visus fuit. Video, inquit ille, cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Alioqui, nisi quia Dominus adiuuit me, inquit Psalmista, paulominus habitasset in inferno anima mea. Quòd si Deus pro nobis, quis contra nos?

C Ioan. 14. Mat. 18 Stetit Iesus mystice. Ioan. 7 Act. 7 Rom. 8

Stetit insuper & stat vti pacis conciliator ad mediandum, nempe verus Dei & hominum mediator.

Stetit i medio, quid.

Sanè in medio stetit quasi sol, vt superiora pariter & inferiora illuminaret, angelos scilicet in cœlis, & homines super terram.

Itē in medio stetit, vt quasi glutinū separata cōiungeret. Chri-

Christus enim hominē Deo, hominē angelis, hominē homini, puta Iudæum gentili, in vna fide coniunxit. Deniq; in medio stetit, quasi cor in medio corporis vt mēbra cuncta sui mystici corporis viuificaret. Ego, inquit, sum via, veritas & vita. Et rursum de suis ouibus loquens: Ego, inquit, veni vt vitam habeant, gratiæ videlicet in præsenti, & gloriæ in futuro. Et quia hoc completè factum est post suam resurrectionē, ideo rediuiuus à morte stetit in medio vt illuminator, per vitæ pariter & doctrinæ splendorē, vt conbinator, per charitatis coniunctionem, vt reconciliator, per sufficientem expiationem.

Ioan.14
Ioan.10

D Iesus vt sem per mediū tenuit.

Sed quemadmodū Dominus in vita pariter & in morte medium tenuerit attende. Legitur enim fuisse reclinatus in medio iumentorū in præsepio. Vnde in Abacuc iuxta aliam tralationem scriptum est: In medio duorū animalium cognosceris. Et vnde Deum laudans gratulabunda canit ecclesia: O magnum mysterium, & admirabile sacramentum, vt animalia viderent Dominū natum, iacentem in præsepio. Quo nimirum ostendit se mediatorem ad hominū simplicium quasi mansuetorū animalium venisse salutem. Itaq; in simplicitate cordis quærite illum.

Sapi.1.
Christus in medio doctorū. Lu.2

Secūdo inuentus fuit in medio doctorum in templo. Post triduum, inquit, inuenerūt eum in templo sedentē in medio doctorum audientem illos & interrogantem eos. Quo ostendit se mediatorem saluatorem q; omnium piè sapientum voluisse cognosci, non illorum sapientū de quibus per Ieremiam dicitur: Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Quorū sapientia est, animū verbis tegere, proximū astu decipere, fratrē in negotio circumuenire, mendacia excogitare, nouos fraudum modos adinuenire. Perdā, inquit, sapientiam sapientium, & prudētiam prudētium reprobabo. Nō q uiusmodi sapientū se Dominus mediatorē ostendit sedēs in medio doctorum, sed (vt iam dictum est) piè sapientum, quorū sapientia est, præteritas culpas deplangere, mundi vanitates cōtemnere, peccata vitare, indefesse Deo seruire, ad cœlestem patriam toto corde sitire.

Ierē.4.
Sapiētia seculi. 1.Cor.1

Tertio inuentus fuit in medio latronum. Vnde apud Ioannem scriptum est: Crucifixerunt eum, & cū eo duos latrones, hinc & hinc, medium autē IESVM. Quo nobis innotescere voluit quia pro peccatorib9 patiebatur, & eorū se esse saluatorem, modo ad imitationem alterius il9

In medio latronū. Ioan.19

lorum

lorum latronũ in fide & ſpe veram gerant omnium ſuorũ criminum pœnitudinem. Vnde & latroni pœnitenti dixit: Amen dico tibi: Hodie mecũ eris in paradiſo. Sanè fidelis ſermo & omni acceptione dignus, Chriſtus IESVS venit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere. Ideoq; nõ modo in medio latronum, ſed etiam in medio terræ ſalutem operari dignatus eſt, vt ſe illum eſſe oſtẽderet de quo per Apoſtolum Paulum dicitur: Vnus eſt mediator Dei & hominũ, homo Chriſtus IESVS, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus nobis. Luc. 23 1. Tim. 1 1. Tim. 2

Quarto fuit in medio diſcipulorũ, ipſo ad eos dicẽte: Ego autẽ in medio veſtrũ, ſicut qui miniſtrat. Vnde & hic memoratur ſtetiſſe in medio diſcipulorũ, vt oſtẽdat opere quod verbo dixit. Ego, inquiens, vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationẽ ſeculi. In quo etiã miram oſtẽdit amicitiam & dilectionem, vtpote qui cõtubernio ſuorum intereſſe ſemper velit amicorũ, & illos nihilo minus ſibi ſemper eſſe præſentes. Vnde ad patrẽ loquens ait: Pater quos dediſti mihi volo vt vbi ego ſum, & ipſi ſint mecũ, vt videant claritatẽ quam dediſti mihi. Et quidẽ hoc amico fideli, nulla eſt comparatio. E Luc. 22 In medio diſcipulorũ Mat. 28. Ioan. 17 Eccl. 6

Quinto eſt in medio ſanctorũ in cœlo, iuxta quod in Apocalypſi ſcriptũ eſt: Vidi, & ecce in medio ſeptem candelabrorum aureorũ ſimilem filio hominis. Hoc eſt, in medio vniuerſitatis omnium ſanctorũ. Hinc Chriſtus ligno vitæ cõparatur quod eſt in medio paradiſi, q; vniuerſis beatis vitam det æternam. Vnde ad patrẽ in oratione loquẽs dicit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, ſicut dediſti ei poteſtatẽ omnis carnis, vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam. Sicut enim cor in medio animalis omnibus membris vitã influit animalem, ſic Chriſtus in cœlo (vt iam dictum eſt) beatis omnibus influit vitam beatam & æternam. Vnde & quiſquis ipſum (nempe lignum vitæ) per fidem adprehẽderit & per dilectionẽ tenuerit, beatus erit. Huius ligni vitæ folia (id eſt, Chriſti verba) ad ſanitatem ſunt gentium. Apo. 1. In medio ſanctorũ. Gen. 2. Ioan. 17 Simile. Gen. 2. Prou. 3

Sexto erit in medio iudicandorum in iudicio, quando ſtatuet oues quidem à dextris, hœdos autem à ſiniſtris, iuxta quod per Amos prophetã dicitur: In oĩbus viis erit planctus, quia pertranſibo in medio tui, dicit Dominus. In medio iudicandorũ. Mat. 25 Amos. 5.

Circa tertium, quod eſt, deſideratæ pacis ſalutaris adnuntiatio, ſubditur:

Et dixit eis: Pax vobis.

F Salutatio noua.

Ecce vox nouæ salutationis quã eatenus nemo hominum ex ore dei audiuit, quã vbi stetit in medio discipulorũ protinus ædidit dicens: Pax vobis. Quid nã est hoc quod Dominus virtutũ & rex gloriæ, quum primum ingreditur cõuentum Apostolorũ, & eorum qui cũ ipsis erant cõgregati (vt Lucas ait) tali primum voce in gaudium illorum tanquam suauissima cõsolatione intonuit? Nunquid casu talem salutationem adtulit victor mortis regressus ab inferis? Non vtiq; sed pro certę rei significatione vocem hanc ædidit. Quid enim? Nõne inimicitias quæ hactenus inter Deum & homines fuerant tunc primũ in carne sua soluerat, & idcirco pertulerat mortem, vt genus humanum Deo reconciliaret?

Luc.24 Rupert.

Salutatiõis huius ratio

1.Pet.2

Igitur quia peccata nostra pertulerat in corpore suo super lignum, & quia chyrographũ peccati de medio tulerat adfigens cruci, & expolians principat9 & potestates traduxerat cõfidẽter, palam triumphãs in semetipso, recte hic Dominus vitam cum victoria referens, vbi stetit in medio discipulorum, dicit: Pax vobis.

Sanè reipub principem vel maxime decet vt subditos habeat in pace. Christus autẽ qui est rex regum, & Dominus dominantium, in vita pariter & post mortẽ pacem cõmendauit. Ipso etiam nascente pacẽ angeli nuntiabant dicentes: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominib9 bonæ voluntatis. Pacem ipse per apostolos nuntiari præcepit, dicens: In quamcũq; domũ intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui. Proinde in vltima illa cœna pacẽ suam testamenti vice discipulis cõmendans ait: Pacem relinquo vobis, pacẽ meam do vobis. Et quia ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnũ, etiam pacẽ gentibus per apostolos suos prædicauit, iuxta quod prædixerat Zacharias dicens: Loquetur pacem gentibus.

Luc. 2. Ioan.14 Ephe.2 Zach.9

G Pax triplex per Christũ

Porrò mediatore Christo triplex nobis pax prouenit videlicet, pax cũ nobisipsis, pax cũ proximo, pax cũ Deo. De prima p Psal. dicitur: Audiam qd loquat in me dñs Deus, quoniam loquetur pacẽ in plebẽ suam. Et vnde rursus g Apostolũ dicit: Gloria, honor & pax omni operãti bonũ.

Rom.1.

De secũda pace per eundem Apostolũ dicitur, quod iam citatũ est: Ipse est pax nostra qui fecit vtraq; vnum. & post pauca: Vt duos, inquit, condat in semetipso in vnũ nouum homi

Ephe.2

hominem,faciens pacē,vt recōciliet ambos(id est,Iudæos & gentiles prius dissidentes) in vno corpore Deo,per crucem interficiens inimicitias in semetipso.

Et mox de tertia pace quæ est hominis cū Deo, subiecit:Et veniens euangelizauit pacē, videlicet cū Deo, vobis qui longe fuistis,id est gentibus,& pacem iis qui prope.Et quidē ad nosmetipsos,ad proximos, & ad Deum pacē habere,summa quædam oīm bonorum est. Domine,inquit Esaias,dabis pacē nobis. Et idem: Seruabis pacem,pacem, quia in te sperauimus. Nō autem est pax impiis dicit Dominus. Quis enim restitit Deo & pacem habuit? Resistūt Deo superbi,quamobrē inter superbos semp iurgia sunt. Esa.57. Iob.3 Qui pacem non habent

Sed (vt ait Augustinus) non poterit ad hæreditatem Domini peruenire,qui testamentum pacis noluerit obseruare:nec poterit habere cōcordiam cum CHRISTO, qui discors voluerit esse cum Christiano. Hinc etiam ait idem beatus Augustinus: O pax,beatus qui te habet,male dictus qui te odit,& qui te impedit & frangit inter homines,quoniam talis antichristus est,& filius perditionis. O pax qui te habet teneat,qui te nō habet perquirat,si filius Dei esse peroptat. In epist.ad heremitas.

Proinde etiam ipsa natura ad pacē homines videtur hortari. Siquidē homo naturaliter est animal mansuetum Nam quum cætera animalia rostris, vnguib⁹,cornibus,dē tibusue natura armauerit,hominē solū produxit inermē, nimirū ostendēs esse debere mansuetū. Sed proh dolenda peruersitas. Animantia cætera cū suæ naturę consortibus pacē habēt, at verò homini maxima ex hoie pernicies est. Quo patet quantum à natura sua homo degenerauit, Vnde quidam ait: H Natura vt pacē suadet

Mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur
Quę lachrymas dedit,hęc nostri pars optima sensus. Iuuenalis.

Et post pauca:

Sed iam serpentum maior concordia, parcit
Cognatis maculis similis fera,quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam,sæuis inter se conuenit vrsis. Hoīes feris deteriores.

Itaq; homines pacis expertes, feris deteriores sunt. Apostolum audiant dicentem: Pacē sequimini cū omnibus & Heb.12

sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Et iterũ alibi: Quod ex vobis est cũ omnibus hoĩbus pacem habẽtes. Deus enim pacificis semper adest. Et quid ni adsit suis filiis pater? Beati (inquit) pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Itaque pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Circa quartũ, quod est, benigna manuum & lateris ostensio, subditur:

Rom. 12
Mat. 5.
2. Cor. 13

Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus.

Cur ostẽdit manꝰ & latus. Esa. 53

Quare ostendit manus & latus, insuper & pedes (vt Lucas testatur) nisi vt existimãtibus se spiritũ videre, verum corpus adsignaret discipulis, & in vero corpore verisq; membris verum præsentaret liuorem effectiuum nostrę pacis. Nam disciplina pacis nostræ super eum, cuius liuore sanati sumus. Hæc disciplina in manibus pedibusq; & latere non solũ oculis conspicua, sed & contrectabilis per clauorum & lanceæ vestigia apparebat.

Beda.

Itaq; resurrectionẽ suam certã & veram multis & variis documentis persuadere dignatus est propter ædificandam fidem, & fugandã de corde perfidiam, omnemq; dubitationẽ de sua resurrectione tollẽdam. Parum fuit oculis se videndũ præbere, si nõ præberet etiam manibus contrectandum. Qui dum palpanda (secundũ Lucam) discipulis ossa carnẽq; præmõstrat, apertè statum verę resurrectionis quę in se facta, & in nobis est futura, significat.

Neq; huic adsertioni potest Apostoli sermo repugnare, quo ait: Quia caro & sanguis regnũ Dei nõ possidebũt. Hoc enim loco Apostolus carnis & sanguinis noie, nõ substãtiam veri corporis, sed corruptionẽ mortalitatis significat, sicut ipse consequẽter exposuit, dicens: Neq; corruptio incorruptelã possidebit. Aliter nanq; caro in scriptura sacra iuxta naturã, aliter iuxta culpã, aliter iuxta corruptionem mortalitatis quę ex culpa contigit appellatur.

1. Cor. 15.
Caro & sanguis vt ęqui uocè tripĩr dicantur.

Gen. 2.

Iuxta naturam quidem quum dictũ est: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et illud: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis.

Gal. 5.

Iuxta culpã verò quum dicitur: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.

Iuxta corruptibilitatem autẽ, quum scriptũ est: Et recordatꝰ est quia caro sunt, id est, fragiles & moribũdi. Hoc eni carnis noĩę se designasse manifestat ipse Psalmista, qui pro-

protinus addit: Spiritus vadens & nō rediens. Regnū itaq; Dei caro nō possidebit, id est, caro iuxta culpā vel mortalitatem. Et tamen caro possidebit regnum Dei, id est, caro iuxta naturam. Quā & Dns, vt dictum est, post resurrectionē videndā palpandamq; discipulis exhibuit. Et de q̄b. Iob cū gloriam resurrectionis describeret, ait: Et rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Iob. 19 K

Notandū est, q; gentiles nobis solēt calūniam struere & fidē sperare à nobis resurrectionis stulta garrulitate deridere. Si enim ipse Deus vester, inquiunt, nec sibi inflicta à ludæis vulnera curare prævaluit, sed cicatricū vestigia cæloq; secū (vt dicitis) inuexit, qua temeritate putatis eum vestra de puluere mēbra ad integrū esse restaraturū? Quibus respondendū est, quia Deus noster qui suam perpetua immortalitate glorificatā de sepulchro carnē resuscitare q̄n voluit, & quō voluit, potuit, etiam qualē voluit suscitauit. Neq; enim consequens est, vt qui maiora fecisse probatur, minora facere nequiuerit. Sed certæ dispensationis gratia qui maius fecit, minus facere supersedit. Hoc est, qui mortis regna destruxit, signa mortis obliterare noluit. Beda. Cōtra gētiles fidē nostrā irridētes.

Primo videlicet, vt per hæc discipulis fidē suæ resurrectionis adstrueret. Per hoc enim q; vestigia vulnerū ostendebat, cōfirmauit vtiq; q; ipse idem à morte resurrexerat, qui iam pridem in cruce pendebat. Vnde apud Lucā discipulis loquens ait: Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Cur signa passionis Christus seruauit.

Secūdo vt patri pro nobis supplicās, quale genus mortis pro mortalium vita pertulerit, semper ostēdat, quasi dicens patri: Respice in faciem Christi tui. Vnde Apostol9: Saluare, inquit, in perpetuum potest accedens per semetipsum ad Deum, semper viuēs ad interpellandū pro nobis. Et vnde rursus per b. Ioannē dicitur: Aduocatum habem9 apud patrem IESVM Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Heb. 7 1. Ioan. 2

Tertio vt sua morte redēptis q̄ misericorditer sint adiuti propositis semper eiusdem mortis innouet indiciis, ideoq; misericordias Domini in æternū cantare nō cessent, sed dicant qui redempti sunt à Domino, quoniam bonus, quoniam in æternū mia eius. Vnde ipse per prophetā imperitę querelæ dicētis: Dereliquit me Dns, & Dns oblitus est mei, respōdet: Nunquid potest mulier obliuisci infantē suum vt nō misereat filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, Esa. 19.

ego tñ non obliuiscar tui. Ecce, inquit, in manib⁹ meis descripsi te. Hæc descriptio quid aliud est q̃ plagę crucifixi?

Christo sua vulnera ad gloriam.

L Quarto propter sui triumphi gloriam. Vulnerat⁹ enī vicit, & occisus triumphauit. Nequaquā igitur ei ad ignominiam vulnerū superfuere cicatrices, sed magis ad gloriam. Vbi est notandū ꝙ tres ob causas est vulnus ad ignominiam, videlicet, Primo ex impotētia resistendi. Secūdo ex imperitia curandi. Tertio, quando vulnus aut cicatrix infligitur ex vitio delinquendi.

Ioan. 10

Sed Dei filius nō impotentia resistendi vulnerat⁹ est, qui totam inimicorum suorū cohortem vno verbo in terram prostrauit, cuius animam nemo tulit à se, sed potestatem habuit ponendi animā suam, & iterum sumendi eam.

1. Pet. 2.

Sed nec ex ignorātia curandi vulnerū suorum vestigia seruauit, qui non modo qualescūque infirmos verbo sanare, sed etiam mortuos nouerat suscitare. At multo minus ex ignominia delinquēdi vulnerū cicatrices retinuit, qui peccatum nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Quem etiam ab omni peccato fuisse immunem perhibet & prodi-

Mat. 27
Luc. 23

tor dicens: Peccaui, tradens sanguinē iustum, & Pilatus iudex iniquus, dicens: Nullā in eo inuenio caussam ex his in quibus eum accusatis. Vulneratus ergo est propter iniquitates, nō suas, sed nostras, attrit⁹ est propter scelera nostra. Itaq; vulnerum cicatrices Christo ad gloriam relictas esse euidentius patet similitudine.

Similitudo notabilis.

Si enī miles aliquis fortissimus iubēte suo rege pro totius gētis salute singulari certamine desudās, multis quidē vulneribus exceptis, hostē tamen interficiat, spolia eius diripiat, victoriam suæ genti reportet, & interrogatus à medico cui curādus committitur, ita ne velit curari vt nec vestigia vulnerū vlla resideant, an magis ita vt cicatrices quidē remaneāt, deformitas verò prorsus oīs & fœditas abfit, respondeat se potius ita velle sanari vt toro salutis decorisque pristini statu recuperato, perpetua secum tanti circumferat signa triumphi: Sic profecto Dominus perpetis obsignum victoriæ, non excepta pro nobis vulnera passionis, sed ipsorum cicatrices cœlo inferre, q̃ abolere maluit. Nec tamen ex his quippiam fidei nostræ resurrectionis præiudicat, de qua veraci promissione prædicitur: Et capillus de capite vestro non peribit.

Luc. 21.

M Quinto propter impietatem reprobōrū confutandā, videlicet vt perfidis in iudicio q̃ iustē dānentur, ostensa in-

ter alia flagitia etiam vulnerum quæ ab eis susceptit cicatrice, denuntiet. Sicut enim post resurrectionem suam clauorum vel lanceæ loca pandendo, discipulorum dignatus est fidem spemq; roborare, ita in die iudicij, & eadem suæ passionis indicia, & ipsam pariter crucē monstrando venturus est impietatem superborum infidelitatemq; confundere. Scilicet vt ipsum se esse qui ab impiis & pro impiis mortuus est, cunctis palam angelis & hominibus ostendat, videantq; (vt scriptum est) in quem pupugerunt, & plangant se super eū omnes tribus terræ. In iudicio enim (vt dicit Aug.) inimicis sua vulnera demonstraturus est, non vt eis dicat sicut Thomæ, quia vidistis me credidistis, sed vt conuincens eos veritas dicat: Ecce homo quem crucifixistis, videtis vulnera quæ inflixistis, agnoscitis latus quod pupugistis, quoniam per vos & propter vos apertū est, nec intrare voluistis. Et Chry.

Impij vt cō futandi.

Zac. 12.

Expostulatio Christi metuenda.

Propter vos homo factus sum, & propter vos alligatus, & delusus, & cæsus, & crucifixus. Vbi tantarum mearū iniuriarum fructus? Ecce pretium sanguinis mei quem dedi in redemptionem animarum vestrarum. Vbi est seruitus vestra quam pro pretio sanguinis mei debuistis mihi? Ego super omnia vos dilexi quum essem deus apparens homo, & vos me omnibus rebus vestris viliorem habuistis. Ego sum mediator verus dei & hominum, videte quāto labore disposui amicitiam inter vos & deum patrem meum, & vos parui pendistis. Cæterum quid consequutum sit in discipulis ad tam conspicuam domini manifestationem, ostendit Euangelista, quum subdit:

Gauisi sunt ergo discipuli viso domino.

Quia ante mortem suam dixerat eis: Vos quidem nunc tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis, ideo hoc suum promissum voluit adimplere, vt qui præ tristitiæ magnitudine lassi fuerant, in gaudio respirarent. Gauisi sunt igitur discipuli viso domino, sed in eiusdem gaudij sui vehementi abundantia fluctuantes, necdum credebant. Ait enim Lucas: Adhuc autem illis non credentibus, sed mirantibus præ gaudio. Sequitur:

N Promissionis impletio.

Luc. 24.

Dicit ergo eis iterum: Pax vobis.

Ista iteratio, pacis confirmatio est. Dat enim deus pacem super pacem, quia piorum pax & hic est & in futuro.

Pax super pacem.

Hæsitantibus itaq; & difficulter accipientibus discipulis quod annuntiabatur, pacem ingerit, pacem (inquam) quã non nisi credendo suscipere quis possit. Non enim nisi credendo reconciliamur deo per mortem filij sui.

Circa quintum, quod est, ad instar ipsius Christi discipulorum iussio, subditur:

Sicut misit me pater, & ego mitto vos.

Ad qd missi in mundũ Apostoli.

O Quur iterum dixerit eis, pax vobis, manifestat quum dicit: Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Quomodo enim vel ad quid misit filium pater, nisi vt inter deum & homines pacem faceret. Et quomodo vel ad quid suos in vniuersum mundũ mittit filius prædicatores, nisi ad hoc vt inimicos deo reconciliet homines? Hoc enim attendẽs

2. Cor. 5. Apostolus, ait: Omnia autẽ ex deo, qui reconciliauit nos sibi, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniã quidem deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquàm deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo reconciliamini deo.

Itaq; si quæras ad quid filium suũ miserit pater. Deus (inquit) erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum. Si quæras, quid est, ita & ego mitto vos, & posuit (inquit) in nobis verbum reconciliationis, pro Christo legatione fungimur, & obsecramus pro Christo reconciliamini deo. Itaq; quum semel & iterum dixisset pax vobis, vt insinuaret pacem se fecisse illis, & pacem per illos mittere nobis, sicut (inquit) misit me pater & ego mitto vos.

Grego. Ad tribulationes electi destinãtur.

Ad hæc, sicut misit me pater, deus deum, & ego homo mitto vos homines. Pater filium misit, qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundum venire ad passionem voluit, sed tamen amauit filium quem ad passionem misit. Electos verò Apostolos dominus non ad mũdi gaudia, sed sicut ipse missus est ad passiones in mundum mittit. Quia ergo & filius amatur à patre, & tamen ad passionem mittitur, ita & discipuli amantur à domino, qui tamen ad passiones mittuntur in mundo. Itaq; rectè dicitur: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, id est, ea charitate vos diligo, quum inter scandala persequutorum mitto, qua me charitate pater diligit, quem venire ad tolerandas passiones fecit.

Circa

Circa sextum, quod est, ad insufflationem domini spiritussancti datio, subditur:

Hæc quum dixisset, insufflauit & dicit eis: Accipite spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.

P Spiritussanctus in remissionem peccatorũ datus.

Manifestè hic de illa pace agitur, quæ est remissio peccatorum, quæ primum & maximum est spiritussancti donum, propter quod quum dixisset, accipite spiritumsanctum, quasi quæreremus, in quo accipiemus illum, statim subiungens, quorum (inquit) remiseritis peccata, remittũtur eis, & cætera. Ergo pax ista (vt iam dictum est) peccatorum remissio est, & ista remissio, spiritussancti acceptio est.

Proinde suscipiant montes (id est, Apostoli sancti, dignitate sublimes) pacem à rege Christo, cui omne iudiciũ dedit pater, rege (inquam) semel dicente, pax vobis, suscipiant nihilominus pacem populo, videlicet euangelizandam, iterum dicente illo pax vobis: Idcirco semel & iterũ dixit, pax vobis, videlicet, quia & per semetipsum prioris populi sui ecclesiam, scilicet patriarchas, prophetas, & electos omnes, à primo Abel vsq; ad Iatronem in cruce pendentem pacificauit, & deo reconciliauit, pauperes autem suos, id est, nos gentiles, per Apostolos ad eandẽ pacẽ inuitauit, dicens eis: Sicut misit me pater, & ego mitto vos.

12. de trĩ. Cur dñs insufflauit.

Insufflauit (inquit) & dicit eis: Accipite spiritumsanctum. Secundum Augustĩ. Ille corporeus Christi flatus non fuit substantia spiritussancti, sed congruum suæ missionis signum. In hoc enim ostensum fuit spiritum sanctum non tantum à patre, sed etiam à filio procedere. Rursus, quia flatus non est nisi viuentis, insufflando se viuere Christus ostendit, & viuentem esse spiritussancti substantiam, cuius virtus viuificat omnia, iuxta quod in Ezechiele scriptũ est: Veni spiritus, & suffla super interfectos istos, & reuiuiscent. Eze. 37.

Itaq; flatus quem mortalis adhuc & passibilis homo Christus attrahebat & reiiciebat ore suo, non spiritus sanctus, sed communis erat aër, quo iam immortalis non indigebat vt spiraret, nec nos indigebimus in illo post resurrectionẽ seculo, vbi vita incorruptibilis est.

Proinde quamuis potestate spirare corporaliter, sicut

Christus iã immortalis vt spiravit.

& manducare vel bibere, quum non egeret, potuit, non tamen putandum est quòd vndecim Apostolos & omnes qui cum ipsis congregati erant obambulando singulatim cuiq; insufflauerit, aut quòd stans in medio eorum vno anhelitu tam grandem flatum emiserit, vt cunctos simul corporaliter adflaret, & hoc flatu atractis dixerit, accipite spiritumsanctum.

Ergo fic potius insufflauit, non quo modo homo, sed quo modo deus, qui & antequàm homo fieret insufflasse legitur. Formauit enim deus hominem de limo terræ, & inspirauit, siue (vt septuaginta habent) insufflauit in faciẽ eius spiraculum vitæ. Qui ergo tunc insufflauit vt fieret homo in animam viuẽtem, nunc idem insufflauit, vt anima viuentis hominis acciperet spiritumsanctum, & adintelligẽdum scripturas sensum haberet apertum. Sic enim Lucas hoc ipsum narrat, quia tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.

Gen. 2.

Q

Quorũ remiseritis peccata (inquit) remittuntur eis. Vbi est notandum secundum Augustinum, quòd ecclesia non modo baptizando (vt dixerunt quidam) sed etiam iudicãdo & absoluẽdo peccata dimittit. Ait enim: Ecclesię charitas, quæ per spiritumsanctum diffunditur in cordibus nostris, participum suorum peccata dimittit. Eorum autem qui non sunt eius participes, tenet. Ideo postquàm dixit, accipite spiritumsanctum, continuò de peccatorum remissione & retentione subiecit.

Greg. Dignitas ingẽs collata hominibus.

Vbi etiam sciendum est, quòd discipuli qui prius spiritumsanctum habuerunt, vt & ipsi innocenter viuerent, & in prædicatione quibusdam prodessent, idcirco hunc post resurrectionem domini patenter acceperunt, vt prodesse non paucis sed pluribus possent. Libet ergo intueri, illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocati, ad quantũ culmen gloriæ sint perducti. Ecce non solum de semetipsis securi fiũt, sed & principatũ superni iudicij sortiuntur, vt vice dei quibusdã peccata retineant, quibusdã relaxent. Horũ nãc in ecclesia episcopi locũ tenẽt, soluendi ac ligãdi authoritatẽ recipiũt, qui gradũ regiminis sortiũtur. Grandis honor, sed graue pondus istius est honoris. Durũ quippe est, vt qui nescit tenere moderamina vitæ suæ, iudex fiat vitæ alienæ. Et plerumq; contingit vt hunc iudicij locus teneat, cui ad locum vita minimè concordat, ac proinde sæpe agitur vt vel damnet immeritos vel alios ipse liberatus

gatus soluat, sæpe in soluendis subditis ac ligandis suæ voluntatis motus, nõ autem merita sequatur. Vnde fit vt ipsa hac ligandi ac soluendi potestate se priuet, qui hanc pro suis voluntatibus & nõ pro subiectorũ moribus exercet. Sæpe fit vt erga quemlibet proximum odio vel gratia moueatur pastor. Iudicare aũt digne de subditis nequeũt, qui in subditorum caussis, sua, vel odium vel gratiam sequuntur.

Vnde rectè per prophetã dicitur: Mortificabant animas quæ non moriuntur, & viuificabant animas quę non viuunt. Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat, & non victurum viuificare nititur, qui reum à supplicio absoluere conatur. Caussæ ergo pensandæ sunt, & tunc ligandi atq; soluendi potestas exercenda. Videndum quę culpa, aut quę sit pœnitentia sequuta post culpã, vt quos omnipotens deus per compunctionis gratiã visitat, illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera est absolutio præsidentis, quum interni arbitrium sequitur iudicis.

Cauendũ ergo est eis, quorum huiusmodi officium vel potestas est, ne ligent nisi mortuum, neq; soluant nisi voce confessionis significante rediuiuum eundem esse de sepulchro productum. Nam si pro animo suo illum ligẽt, hunc autem mortuum soluant, videlicet condemnantes iustum, & iustificantes impium, ipsi illa non sua, sed Christi potestate se priuant. Et viuentem quidem ligando, sic mortificare nequeunt, mortuum autem soluendo, nõ solum non viuificant, verum etiam fœtorem cunctorum natibus ingerunt.

Nequaquàm tamen vitium sacerdotis, dignitati & efficaciæ præiudicat mysteriorum. Vnde & si vita sacerdos etiam valde fuerit detractabilis, in nullo tamen lędens est ea quæ commissa sunt à deo. Non enim sacerdos, sed neq; angelus, neq; archangelus operari aliquid potest in his quæ sunt data à deo, sed pater, & filius, & spiritussanctus omnia dispensant. Sacerdos autem suam linguam & manum tribuit. Non enim esset iustum vt aliena malitia in aliquo læderet sacramenta dei percipientes.

R Chry.

Sacerdotis vitiũ sacramẽto non præiudicat

De hac potestate & illud pendet quod alibi dicit: Quęcunq; alligaueritis super terrã, erunt ligata & in cœlis, & quæcunq; solueritis super terram, soluta erunt & in cœlo. Quã tamen potestatẽ nõ ante passionẽ suã dedit, sed tantũ promi-

Mat. 18.

Potestatem Christ⁹ promisit, post dedit.

promisit, sicut Petro manifestius de futuro loquēs,& tibi (inquit)dabo claues regni cœlorū. Vbi de ligando,vel absoluendo potestatē promisit. Hic autem,id est,post resurrectionem suam de eo q̄ prius vel melius est,id est,de baptizandis omnibus in remissionem peccatorū, regulam tradit. Ex tunc enim vna sancta catholica ecclesia per orbem baptizando in nomine patris,& filij, & spiritussancti peccata remittit. Et non vana fides, quia non minus peccata remittuntur eis quos baptismo abluens nunc per ministros suos incorporat sibi, q̄ remissa sunt eis qui iam in ecclesia siue viuentes siue defuncti erant, quādo Christus hora mortis sanguinem de suo corpore fundens, omniū in se credentium peccata lauit.

Potestas ecclesiæ.

Dicit itaq̄: Sicut misit me pater & ego mitto vos,id est, quam ego de remittendis peccatis potestatem à patre secundū hominē accepi,eandē per omnia do vobis,& vos quæcunq̄ peccata remiseritis, remissa sunt in cœlo & in terra. Hoc est præcipuū & magis necessariū spiritussancti datum,scilicet in remissionē peccatorū. Nam aliud datum est, quo die pentecostes idē spiritussanctus datus est in diuersarum ornamēta gratiarū,sed illud omnibus æqualiter datur,vt baptizati à peccatis oēs iustificemur. Istud autem dispari gratia distributum est,operante in singulis eodem spiritu, & diuidente prout vult. Cæterū sicut nō solum à patre, sed etiam à filio spiritussanctus procedit,sic non semel, sed bis pro diuersis effectibus dari illum oportuit. A filio namq̄ in remissionē peccatorū procedit,prout Euangelista manifestè hoc verbo expressit dicendo, insufflauit & dicit eis: Accipite spiritumsanctum. Nam insufflauit,id est,de seipso procedentem dedit. Quòd autem à patre procedat adstruere opus non est, vnde nec etiam Græcorum aliquis dubitare solet, licet de filio non illum procedere quidam illorum dixerint.

S Spiritussanctus vt bis datus.

Quādo in remissionē peccatorū datus. Greg. Ioan. 7.

Et quidem priusq̄ filius in hunc mundum veniisset, diuersarum distributione gratiarum antiquis sanctis datus est,sed nondū vlli in remissionē peccatorū,quòd nunq̄ fieret,nisi prius idem pōtifex noster sacrificium se pro nobis obtulisset. Itaq̄ spiritussanctus qui antè discipulorum mentibus inerat ad fidem, manifesta datione in remissionem peccatorum non nisi post resurrectionem datus est, iuxta quod scriptū est: Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus.

HOMI

HOMILIA ALTERA.

THomas autem vnus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Ioan. 20.

In hac lectionis euangelicæ parte duo nobis quæ tractanda restant insinuantur. Vnum est, absentis Apostoli de veritate dominicæ resurrectionis dubitatio. Alterum, apparente rursus Christo, dubitantis in fide cõfirmatio, ibi: Et post dies octo.

Circa primum duo sunt consideranda. Vnum est, Apostoli absentis prouisa secessio. Alterum, de resurrectione diffidentis incredula obstinatio, ibi: Dixerũt ergo.

Circa primum dictum est: Thomas autem vnus ex duodecim non erat cum illis quando venit Iesus. Thomas vnus de duodecim dicitur, tametsi per casum Iudæ vndecim tantum essent relicti, quia duodecim esse Apostolos Deus disposuerat, & quia duodecim fuissent electi à Christo, & etiam quia duodecim futuri erant per electionem Matthiæ. A

Qui dicitur Didymus, inquit. Didymus græcè latinè dicitur geminus, quod cognomen idcirco Thomæ congruit, quia gemino sensu, id est, visu & tactu veritatem Dominicæ resurrectionis voluit experiri.

Non erat, inquit, cum eis quando venit Iesus. Absens ergo erat, à cæteris se diuiserat. Duobus vero modis contingit à cæteris diuidi. Videlicet, à malis hominibus, & à bonis. Illud commendabile est, istud damnabile. *Separare se contingit dupliciter, Num. 16.*

De primo dictum fuit per Moysen multitudini filiorum Israel: Recedite à tabernaculis impiorum (videlicet Dathan & Abiron) qui non consueta morte hominum erant perituri) & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. A malorum quippe consortio separari debet, qui Christum sibi per gratiam cupit apparere. Vnde melius est pati hominum malorum odium, quàm eorum habere consortium. Ait vir secundum cor Dei: Odiui ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. De secũdo per Psalmistam dicitur: Cum sancto sanctus eris. Sicut enim mala societas vitanda est, ita desideranda est societas bona, propter multiplicem vtilitatem

Bonorũ cõtubernium desiderãdũ. 1. Cor. 7. Eccls. 4.

Matt. 18.

Societas bonorũ multiplex vtilitas Matt. 18.

Rom. 15.

Ioan. 15.

Thomę absentia vt præuisa.

B vtilitatẽ. Prima est accẽsio charitatis. Nã & extinctus ear bo rursus accenditur, si carbonibus ignitis fuerit adiunctus. Bonorum ergo quære societatem. Si enim fueris socius cõuersationis, eris & consors virtutis. Vnde Apostolus: Saluatus, inquit, est vir infidelis per mulierẽ fidelẽ. Si enim fuerint duo fouebuntur mutuo. Vnus autem quomodo calefiet. Secunda vtilitas est subleuatio ruentis. Si enim vnꝰ ceciderit, ab altero fulcietur. Vę soli, qa quũ ceciderit, nõ habet subleuantẽ se. Malũ enim q̃d nemo videt, nemo arguit, & securus accedit tentator, vbi nullus timetur reprehensor. Tertia est, gratiosa præsentia Christi, iuxta quod ipse ait: Vbi duo vel tres fuerint cõgregati in noĩe meo, ibi sum in medio eorũ. Venit enim ipse & fretit in medio eorũ, i. discipulorũ, q in noĩe suo erãt cõgregati Quibuscũ qa Thomas nõ erat, & desiderata dñi apparitiõe fraudatꝰ, & per totos octo dies permãsit incredulus.

Quarta vtilitas est orationis exauditio, dicẽte Dño in euãgelio: Dico vobis, si duo ex vobis cõsenserint super terram de omni re quãcunque petierint fiet illis à patre meo qui in cœlis est, Multomagis ergo si magna fidelium multitudo vnanimiter orãdo quidpiam postulauerit, exaudietur. Vnde & Apostolus Paulus fidelium precibus petit adiuuari, dicens: Obsecro vos fratres per Dominum nostrũ Iesum Christũ, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum. Impossibile est enim multorum preces (modo piè precentur) nõ exaudiri. Itaq; commendatam nobis intelligamus vnitatẽ, & vetitam diuisionem. Fit autẽ diuisio per infidelitatẽ, p hæreses, per excommunicationẽ iustẽ in cõrumaces prolatã, p discordiã denicq; per superbiã, sicut ille se diuisit à cæteris q superbia tumẽs, ait: Nõ sum sicut cæteri hoĩes. Porro, palmes abscisus arescit, & in ignẽ mittitur, & ardet.

Sanè inter hæc nemo putet electi Apostoli Thomæ Christo apparente fortuitã fuisse absentiã, sed prouisam. Vnde Gregorius: Non, inquit, casu gestum est, vt electus ille discipulus tunc deesset, post veniens audiret, audiens dubitaret, dubitãs palparet, palpãs crederet. Nõ hoc casu, sed diuina dispẽsatione gestũ est. Egit nãq; miro modo superna clementia, vt discipulus dubitãs, dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidẽ, quàm fides credentium discipulorum profuit, quia dum ille ad

fidem

fidem palpando reducitur, nostra mens omni dubitatione postposita in fide solidatur.

Circa secundum, quod est de Christi resurrectione diffidentis incredula obstinatio, subditur:

Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittã digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meã in latus eius, nõ credam.

Discipuli gaudẽtes de visione Dñi, & de cõdiscipuli Thomę dolẽtes absentia dicũt ei: Vidim⁹ Dñm, & sicut à Petro à mulieribus, & à discipulis audiuimus, ita & vidimus. Ille resurrexisse Dñm minimè credẽs: Nisi videro, inqt, sicut & vos vidistis in manibus ei⁹ fixurã clauorũ, & nõ modo visu, sed etiã tactu super ea re fuero certior, & mittam, inquit, digitum meum in locum clauorum, ita vt digito clauorum loca scrutatus fuero, & misero manum meam in latus eius quod lancea militis apertum fuit, non credam.

C

Si ad solam literã spectes quid est cur hic Apostolus Thomas plus cæteris redarguẽdus fuerit tãq; incredulus? Nẽpe & cæteri nisi vidissent, imo & nisi palpassent, nõ credidissent. Nam & sicut præmissum est, quũ dixisset: Pax vobis, ostendit eis manus & latus, & secundũ Lucam nõ solum dixit: Videte manus meas & pedes meos quia ego ipse sum, sed: Palpate, inquit, & videte, quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me videtis habere. Sed nec ista sufficerunt eis ad credendum. Nam subdit Lucas: Adhuc autẽ illis non credentibus, sed mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod mãducetur? In quo igitur Thomas magis illis incredulus, si puram hic tenere velis historiam, nisi fortè quia iis qui viderant eum resurrexisse non credidit. Nimirum nec illi suis facile crediderunt oculis.

Ruper. Cæteros æquè vt Thomam dubitasse.

Igitur in manu sapientiæ DEI sua facta bene disponentis Thomas Iudaici populi figuram pratulit, qui à diebus Apostolorum qui dominicæ resurrectionis primi testes fuerunt, dicentes: Vidimus Dominum (quod & nunc per os vniuersalis ecclesiæ dicere non desinũt) pertinaci duritia resistunt, & nisi viderint, nõ credunt. Itaque non tã Thomas ex cæterorũ cõparatione apostolorũ, q̃ Iudaic⁹ popul⁹ incredulitatis arguit ex gentiũ cõparatione.

Thomas Iudaici populi typus.

Nos

Nos enim non vidimus & credimus dicẽtes illi: De-
us auribus nostris audiuimus, patres nostri annuntiaue-
Malac.4. runt nobis. Iudæi non credent, nisi Enoch & Helia præ-
currentibus, terribilia viderint venturi iudicis indicia.

Circa secundum principale dicitur: Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis.

Hic ponitur apparente rursus Christo dubitantis in fide confirmatio. Vbi quinque notantur. Primum est, tempo-ris & loci consideratio. Secundum est, apparentis Do-mini miranda dignatio, ibi: Venit Iesus ianuis clausis.

Tertium est, Thomæ credentis fidelis confessio, ibi: Respondit Thomas. Quartum est, de iis quæ non vi-dentur fidei commẽdatio, ibi: Dicit ei Iesus. Quintum est, miracula Christi describentis intentio, ibi: Multa quidem.

D Ruper. Apparitio-nis huius locus.

Circa primum dictum est: Et post dies octo iterum e-rant discipuli eius intus. Post dies octo intus erant disci-puli, intus inquam, sed non in eisdem foribus. Intus erãt, sed non Ierosolymis. Non enim arbitrandum est quòd to-ties in Galilæam ire iussi, per octo dies distulerint. Vbi er-go erant intus nisi in monte Galileæ quò abierunt (sicut refert Matthæus) sicut constituit illis Iesus?

Mrtt.28. Vnde B. Hieronymus: Post resurrectionem, inquit, Iesus in Galilæa conspicitur & adoratur, licet quidam du-bitent. Tunc manifestius ostenditur Thomæ, & latus lã-cea vulneratum, & manus fixas clauis demonstrat. Quo-modo vero intus si in monte erant? Videlicet quia ciuitas eius Nazareth in monte Galileæ sita erat, sicut habemus
Luc.4. in Luca. Et venit Nazareth vbi nutritus fuerat. Et quum dixissent ei: Quanta audiuimus à te facta in Capharna-um, fac & hic in patria tua. Postmodum repleti ira, duxe-runt, inquit, illum ad supercilium montis super quem ci-uitas illorum erat posita, vt eum præcipitarent. Ergo & in monte abierant, & intus erant, quia in Nazareth ciuitate Galilææ fortassis in domum Mariæ matris eius conuenerant.

Circa secundum, quod est apparentis Domini miran-da dignatio, subditur:

Veni-

Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio & dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & adfer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.

Venit, inqt, Iesus ianuis clausis, videlicet eodē modo quo prius. Vbi Augusᵗ. Quæris, inquit, & dicis: Si postia clausa intrauit, vbi est corporis modus? Et ego respondeo: Si super mare ambulauit, vbi est corporis pondus? Sed fecit illud tanquam Deus. Nunquid ergo quia resurrexit, desistit esse Deus? E Quomodo postia clausa intrare potuit.

Ingressus ergo clausis ianuis Iesus, inquit Chrysostomus, adstat, & non expectat à Thoma interrogari, sed vt ostēdat quoniā quū ille ad cōdiscipulos iā pridē loquebatur aderat, eisdē verbis vsus est. Quasi dicat Thomę: Quoniā dixisti, nisi videro, & nisi manū meā in latus eiꝰ misero nō credā, & hoc te dicēte, quū absens putarer, & nō viderer, presens audiui, ecce infer digitū tuū, & vide. i. experire manus meas nō spiritū esse, sed carnē & ossa, quę spiritus nō habet, & tāgendo substātiā verè carnis noli esse incredulus, sed fidelis in substantiā verę diuinitatis plenariè & corporaliter inhabitātis, q̄ carnē suā resuscitare potuit.

Noluit autem Dominus Apostolo Thomæ clam apparere, sed quemadmodum palam & corā omnibus dubitationem suā expresserat, ita & coram oībus illū increpauit, vt exemplo eius aliorū nemo exinde dubitaret.

Porro inter hæc nemo putet Dominum quum ipsius vulnera post resurrectionem, etiam recentia, pertractarētur quicquam persensisse doloris. Erant enim vulnera illa in immortali & glorioso iam corpore, quod quum impassibile sit, nullius omnino capax est doloris.

Cæterum, mirari est clemētiam & dignationem Dñi saluatoris, qui tā sollicitè pro vna anima ne in errore permaneret seipsum vulneratū ostēdere dignatus est, vt hinc & ipsi discamus nec minimū aliquem debere contēnere. Sanè latus vulneratum ostendēs, insinuat quāto quamq; nos cordiali dilexit amore. Et qui vulneratas ostendit manus, innuit vtiq; quòd nō verbo & lingua, sed opere nos Clementię Christi dignatio.

amauit & veritate. Confossos denique pedes ostendit, qui ex sua nimia charitate peccatorũ nostrorum pœnas, quasi grauissima quædam pondera in corpore suo portauit.

F Gregor.

Sed dixerit aliquis: Qui fieri potest vt corpus glorificatum quod clausis ingredi ad discipulos ianuis potuit, mortalium manibus palpetur, quandoquidem corruptum necesse sit quod palpatur, corpus autẽ glorificatũ est incorruptibile. Quod autẽ Domini corpus iã glorificatũ non modo visum oculis, sed etiam palpatũ fuerit discipulorũ manibus Lucas (vt supra memoratũ est) ostendit, narrans Dominũ ipsum dixisse discipulis: Palpate & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habet.

Christi corpus vt palpabile & impalpabile.

Sed intelligendũ est quia Domini corpus post resurrectionẽ & palpabile fuit per veritatem naturę, & subtile per effectum spiritualis potẽtiæ. Adhæc in corpore glorificato, veritas est ossis & carnis, os durum est & caro mollis, sed durum & molle obiecta tactus esse quis nesciat? Porro tangibile quũ audis, duo tibi significãtur, videlicet quod potest immutare sensum tactus, & hoc quidem est perfectionis, & quod non potest tactum nostrũ latere, & hoc est imperfectionis. Itaq; corpus glorioſum potest se præbere tangibile, & æquè potest tactum nostrum latere & esse intangibile, prout vult. Tangi potest, quia verum corpus latere potest, quia per dotem subtilitatis potest organum tactus imperceptibiliter penetrare.

Quantitas vulnerum Christi.

Cæterum ex eo quod à Christo Thomę apostolo dicitur: Infer digitũ tuum huc, nimirũ in loca clauorũ quibus sacræ manus eius perfossæ fuerãt, & quod adiecit: Et adfer manum tuã & mitte in latus meũ, sacrorũ vulnerũ magnitudo colligitur. Claui enim qui manus cõfixerant tantæ fuerũt grossitiei, vt viri digitum adæquarẽt, & tãtæ amplitudinis fuit vulnus lateris, vt in illud mitti posset viri manus, quod insinuãs sanctus euãgelista, ait: Vnus militum lancea latus eius aperuit. Aperuit, inquit, nõ ait: percussit, aut vulnerauit, sed aperuit, vt illic quodammodo ostium vitæ panderetur in latere arcæ veri Noe, nempe generis humani saluatoris, quo intrare possent à perditionis diluuio liberati. Adhæc si intentionẽ eorũ qui hoc vulnus mortuo iam Dño inflixerũt, intentionem, inquã, sæuiendi crudelitate ferocẽ attẽdas, non est quod dubites de vulneris magnitudine. Intendebãt enim crura frangere crucifixorum, vt ocyus expirarent, & tollerẽtur ne spe-

Ioan. 19.

ctaculi horrore eorum paschale sabbathū quod erat posterа die celebrandū, fœdaretur. Vnde ait euangelista: Iudæi ergo (quoniã parasceue erat) vt non remanerẽt in cruce corpora sabbato (erat enim magnus ille dies sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frãgerentur eorum crura & tollerentur. Et post pauca sequutus adiecit: Ad Iesum autẽ quũ venissent, & viderent eum iam mortuũ non fregerũt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit. Intendebãt ergo si adhuc spirantem reperissent crura eius frangere, quorum exaturandæ ferocitati dirum crucis nõ sufficiebat supplicium, nisi insuper & erurifragio necarent. Ioan. 19.

Noli, inquit, esse incredulus, sed fidelis. Quãm graue peccatũ sit incredulitas, q̃q̃ graui pœna feriendũ (nempe quod ęternę vitæ pręcludat ingressum) B. Ioãnes Baptista testat dicẽs: Qui incredulꝰ est filio, nõ videbit vitã ęternã, sed ira dei manet sup eũ. Hinc & Apostolꝰ: Quibus, inqt, iurauit nõ introire in requiem ipsius, nisi illis qui incredduli fuerunt? Et videmus quia nõ potuerũt introire propter incredulitatem. Ait ergo ad Thomã Dominus: Noli esse incredulus, sed fidelis. Manifestum est eũ cui hoc dicebatur Dominicæ resurrectionis fidem nõ habuisse, sed fuisse incredulum & infidelẽ. Quid opus est ergo tantopere Apostolo Thomæ velle gratificari vt contra euangelicã veritatẽ dicatur nihil prorsus de Christi resurrectiõe dubitasse? Horũ ipse S. Apostolus nõ eget mẽdacio. Sed nos potius opus habemus sanctorum precibus & eorum exemplis informari. Quòd si quæras cur interdũ permittat Deus sanctos & electos in damnabilia peccata ruere, sicut de Apostolis patuit, qui in nocte dominicę passionis oẽs in eo scandalũ passi sunt, & præcipuè in S. Thoma qui totis octo diebus permansit incredulus. Respõdetur hoc varias ob causas permittere Deum.

G Incredulitatis grauitas Ioan. 3. Heb. 3.

Cur electi cadere permittuntur.

Primo vt ostẽdat immẽsam suã miam, & suę promissionis veritatẽ erga eos quos à criminibus reuocat, & pœnitentiæ merito promissam qua se fecerunt indignos, clemẽter dat gloriam. Vnde & Dauid post grauẽ adulterii, proditionis, & homicidii, ruinam, in hunc orauit modũ: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiã tuam. atque tãdem adiecit: Vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas quum iudicaris. Faciendo videlicet contrariũ eius quod maligni homines de te præsumũt iudicare, dictitantes te peccatoribus etiam pœnitentibus non misereri.

Secundo permittit hoc Deus ad eius vtilitatem qui cadit. Scit enim Apostolus Paulus quoniam diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum. Si omnia, ergo etiam eorum peccata in bonum eis cooperantur. Adeo nempe bonus atque omnipotẽs est Deus, vt mala fieri nõ sineret, nisi maiora inde bona elicere prænouisset.

Rom.8.

Quòd si quæras quid peccati lapsus conferat electo, Respondetur, qa cõfert maioris feruoris acquisitionẽ. Dũ enim tales post lapsum resurgunt, desiderio recuperandi quod amiserant plerunque feruentiores ad bonum effi ciũtur, sicut interdũ cõtingit viatori, qui cernẽs socios suos se lõgè præcessisse hos tanta gradiendi velocitate insequitur, vt eos non modo cõsequatur, sed & lõgius antecedat. Vnde Ambr. in Homilia: Sãcti si aliquãdo cadũt, alacriores resurgũt. Fidelior fact9 est Petr9 posq̃ se fidẽ pdidisse defleuit, atq; ideo maiorẽ gratiam reperit q̃ amisit.

H

Quid cõferat electo ruina.

Confert nihilominus proprie cognitionis & humilitatis incrementum, ei qui fortasse de se præsumebat, dicente Apostolo: Qui se existimat stare, videat ne cadat. Vnde etiam August. dicit superbis vtile esse cadere in aliquod peccatum manifestũ vnde sibi displiceãt, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius sibi Petrus displicuit quãdo fleuit, q̃ placuit quando præsumpsit. Nam spiritualia vitia in quibusdã nõ curãtur quę latẽt, nisi in vitiũ aliquod carnale labantur. Nõ enim curare aliqs solet vnã vestẽ maculã eluere, donec forsan tota in lutũ mersa, abluat & tota. Cõfert deniq; cautiorẽ sui circũspectionẽ, & erga cęteros delinquẽtes cõpassionis & miserationis affectum. Porro in homine peccãte tria sunt cõsideranda, videlicet, peccatũ q̃d odire, natura quã diligere, & peccantis reatus seu pœna cui cõpati debemus. Vnde per Sapientẽ dicitur: Qui tentatus nõ est, qualia scit. Vir in multis expertus cogitabit multa. Hinc & de Saluatore per Apostolũ dicitur: Non enim habemus pontificẽ qui nõ possit compati infirmitatibus nostris, tẽtatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Circa tertium quod est Thomæ iã credentis fidelis confessio, subditur.

1. Cor. 10.
De ci. Dei.
Eccli. 34.
Heb. 4.

Respõdit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.

I Pensemus quemadmodum timuerit atq; erubuerit Apostolus Thomas videns dominũ, & audiẽs repetentẽ verba

suæ in

ſuæ incredulitatis. Reſpõdit ergo Thomas trepidus & verecundus, ſed iã fidelis: Dominus meus, & Deus meus. Dicẽdo Dñs meus cõfitetur in Chriſto humanę naturę veritatẽ, cui datũ eſt toti⁹ dominiũ creaturę. q.d. Corde credo, & ore confiteor te illũ eſſe qui dixiſti: Vos vocatis me magiſter & Domine, & bene dicitis, ſum etenim. Quũ autẽ ſubſequutus adiũgit: Et Deus meus, diuinã in Chriſto naturam veneratur. Ac ſi dicat: Corde credo & ore confiteor te illũ eſſe quem Simon Petrus veriſſimè confeſſus eſt, dicẽs: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Itaq; (vt dicit Theophylactus) qui prius infidelis fuerat, poſt lateris tactũ optimum ſe theologũ oſtendit. Nam duplicem naturã vnicãq; hypoſtaſin Chriſti ediſſeruit. Dicẽdo enim Dominus meus, humanã naturam: dicendo vero Deus meus, diuinam confeſſus eſt, & ita vnum & eundẽ & Dñm eſſe & Deum.

Thomæ confeſſio.

Ioan. 13.

Matt. 26.

Itaque diſcipulum poſt reſurrectionem ſuã dubitare permiſit, nec tamen in dubitatione deſeruit. Nã ita factus eſt diſcipulus dubitans & palpãs teſtis verę reſurrectionis ſicut ſponſus matris primum dubius, poſtmodũ factus eſt teſtis ipſius integerrimæ virginitatis.

Gregor.

Dubitatio Thomæ vt profuit.

Fruſtra quidam in quæſtionem vertunt num Thomas Apoſtolus tetigerit Chriſtum, quum ſuper ea re authores probati nihil hæſitauerint. Vnde præter id quod iam ex Theophylacto citatum eſt, dicit Auguſtinus: Videbat Thomas, tangebatq; hominem, & confitebatur Deum quem non videbat neque tãgebat. Sed per hoc quod videbat atque tangebat, illud quod non videbat remota iam dubitatione credebat dicens: Dominus meus, & Deus meus. Hinc etiam Ambroſius: Dixiſti, inquit, Domine, mitte manum tuam in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Miſit manum qui non credebat, & Dominum te & Deum repperit.

Thomam Chriſtum tetigiſſe.

Lib. de fuga ſeculi.

Circa quartum, quod eſt earum quæ nõ videntur rerum fidei commendatio, ſubditur:

Dicit ei IESVS: Quia vidiſti me Thoma credidiſti, beati qui non viderunt, & crediderunt.

Quum dicat Apoſtolus: Eſt autem fides ſperandarũ ſubſtantia rerum, argumentum nõ apparentium, profecto liquet quia fides illarum rerum argumentũ, (id eſt, certitudo) eſt quæ apparere non poſſunt. Quę etenim apparent,

K Heb. 11. Gregor.

Thomas plus credidit q̃ vidit.

iam fidem nõ habẽt, sed agnitionẽ. Dum ergo vidit Thomas, dũ palpauit, quur ei dicitur: Quia vidisti me credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali quippe hoíe diuinitas videri non potuit. Hominẽ igitur vidit & Deũ confessus est. Igitur vidẽdo credidit, qui cõtuens verũ hominẽ, hũc Deum quẽ videre non poterat exclamauit. Nõ enim fides de Christi sola humanitate est, sed de hoíe deo, vt puta quia natus est de virgine, quia homo Deus passus est, homo Deus resurrexit, homo Deus ascendit in cœlum & venturus est iudicare mundum Deus & homo.

Gentiũ fides commẽdatur.

Deinde fidem gentium cõmendat quę in Christũ crediderunt, quem tamẽ non viderũt in carne, dicens: Beati qui non viderũt, & crediderunt. Præteriti tẽporis vsus est verbis, nempe is qui id quod erat futurum in sua nouerat prædestinatione iã factum. Non tamen quasi Thomã apostolum suo priuans honore hoc dixit, sed consolans eos qui Dominum non videntes forent credituri.

Gregor.

Quia enim, vt dicit Theophylactus, multi dicũt: Beati oculi qui viderũt Dñm, solatur eos, q nõ viderũt, q̃ multo beatius sit nõ vidisse. Si ergo nũc aliquis dixerit, vtinã in tẽporibus illis fuissem, & vidissem Christũ miracula facientẽ, recogitet quia beati qui nõ viderũt & crediderũt. In qua nimirum sentẽtia nos specialiter designati sumus, qui eũ quẽ carne nõ vidimus, mẽte retinemus. Nos, inquã, signati sumus, sed si fidẽ nostrã operibus sequimur. Ille etenim verè credit, qui exercet operando quod credit.

Circa quintum, quod est euangelistæ Christi signa ex parte describentis intentio, subditur:

Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. &c.

Chrys.

Quia Ioannes pauciora aliis euãgelistis dixerat, nũc dicit Iesum multa alia signa corã discipulis fecisse q̃ ipse in euangelio suo nõ descripserit, sed nec aliq̃ euãgelistę oĩa dixerũt, sed q̃ erãt sufficiẽtia attrahere ad fidẽ audiẽtes. Vbi etiam de iis loquit signis q̃ post resurrectionẽ fecit. Et ideo dicit in cõspectu discipulorũ suorũ, cũ quib⁹ solis post resurrectionẽ cõuersatus est. Eiusdẽ sententię est Thheophylactus, dicens: Quæ enim ante crucem, non modo corã discipulis, sed omnibus coram faciebat. Atq; ita hęc de quibus nũc dicit euangelista post resurrectionẽ sunt facta.

Cum so

Cum ſolis enim diſcipulis verſabatur quadraginta dies, ſigna oſtendens reſurrectionis. Chriſtus poſt reſurrectionē cū ſolis diſcipulis cōuerſatus.

Sicut enim ante crucem faciebat ſigna, oſtendens ſe eſſe filium dei, ita & poſt reſurrectionem perficiebat ſigna coram diſcipulis, oſtendens ſe filium hominis, & habere ſe corpus, idq; incorruptibile & diuinius, & non iam carnalibus legibus ſubditum. Quis autem Euangeliſtæ deſcribentis Chriſti ſigna fuerit ſcopus, conſequenter oſtendit, dicens:

Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius dei, & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

Quum igitur multa facta ſint ſigna reſurrectionis, hæc ſolum ſcripta ſunt, & neq; hęc oſtentationis gratia, vel tantum vt oſtendatur gloria vnigeniti, ſed vt vos (inquit) credatis. Et ſi quæras, quōd hinc lucrum & cui cedens? Non Chriſto. Quæ enim eius vtilitas dum nos credimus, ſed in noſipſos redundans. Dicit enim: Vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Credētes enim q̄ reſurrexit & viuit, nobiſipſis vitam paramus. Propter nos enim ſurrexit & viuit. Qui autem ipſum mortuum eſſe putat, & neq; reſurrexiſſe, neq; viuere, ille ſibi mortem & corruptionem adiudicat & confirmat. Fides enim eſt ſpiritualis vitę principium, dicente domino per prophetam: Iuſtus aūt meus ex fide viuit. Et vitam (inquit) habeatis in nomine eius. Vnde ipſe in Euangelio loquitur ad patrē, dicens: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te deum verum, & quē miſiſti Ieſum Chriſtum. Et rurſum alibi, de ouibus ſuis loquens, dicit: Ego veni vt vitā habeant, & abundantius habeant, M Theo. Propē nos & facta & ſcripta. Abac. 2. Ioan. 17. Ioan. 10.

DOMINICA SECVNDA POST PASCHA.

EGO ſum paſtor bonus. Bonus paſtor, animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Ioan. 10.

Preſens ſancti Euangelīi lectio in tres partes ſcinditur. In prima Chriſtus ſe paſtorē bonum eſſe euidenti ſigno comprobat. In ſecunda, eum qui non paſtor, ſed mercenarius eſt, deſignat. Ibi: Mercenarius autem. In tertia, iterato

se pastorē bonū pronuntians, & alias se habere oues confirmat. Ibi: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas.

A Christus vt pastor bonus.

Circa primum, ipsius domini voce dicitur: Ego sum pastor bonus. Sub metaphora pastoris & ouium de se & suis fidelib⁹ loquitur. Et vtiq; ipse vnus, pastor bonus est, pastor bonus, sine pari, vt merito dicat: Omnes quotquot venerunt fures sunt & latrones, de quibus etiam per prophetam loquitur, dicens: Ipsi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Et iterum: Currebant (inquit) & non misi eos. Nullus enim vel accidentali bonitate esse bonus animarum pastor potest qui per Christum, id est, Christo vocante non intrat. Quum enim ipse princeps sit pastorum, ad ipsum pertinet in ecclesia pastores sui vicarios ordinare, dicente Apostolo: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi.

Ioan. 10. Osee. 8. Iere. 23. 1. Pet. 5. Ephe. 4.

Ego (inquit) sum pastor bonus. Dum contra illos sermonem dirigeret, qui non intrant per ostium, sed ascendunt aliunde, & proinde fures & latrones sunt, semel & iterum dixit: ego sum ostium, nunc ad eum sermonem intendens, qui intrat per ostium pastor est ouium, pro eruditione eius cui loquitur, nunc aliquid amplius proloquitur, dicens: Ego sum pastor bonus, atq; eiusdem bonitatis formam, quam pastor quisq; imitetur, adiungit, dicēs: Bonus pastor animam suā dat pro ouibus suis. Poterat plane bonitatis huius formam sumere altius, quia quū esset in forma dei, propter nos populum suum & oues pascuæ suæ, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo, & iuxta parabolam centū ouium & vnius perditæ, quum haberet oues nonaginta nouem, id est, omnem beatorum angelorum multitudinem, relictis illis venit illam quæ errauerat quærere. Sic (inquam) poterat formā suæ bonitatis hic bonus pastor exponere, sed hoc exemplum nulli imitabile est. Non enim infra se descendere possunt, dum pastores hominū fiunt, sed contrā, tanto supra semetipsos eleuantur, vt principatibus & potestatibus cœlorum adsimilentur.

Phil. 2

Quòd imitabile est proponit.

B Benè ergo dum homines ad imitationem sui formare intendit, illud omittit quod nullatenus possent imitari, & hoc solum quod imitabile est, hoc modo proponit.

Bonus,

Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Hocetenim pastoribus spiritum charitatis habentibus, imitabile est, imò & imitari dulce est. Vnde vnus cõstãtissimus, quũ oues suas à furibus & latronibus defensaret, ego (inquit) libenter impendam, & superimpẽdar ipse pro animabus vestris, licet plus diligẽs minus diligar. Quanti putas pro ouibus semetipsos impenderunt? Resparsa sunt ouilia sanguine pastorum, maduerunt cædibus pastorum campi, cruentata sunt pascua vulneribus pastorum, sacrata est terra corporibus eorum, ditatũ est cœlum animabus quas pastores pro ouibus posuerunt. Ex quibus claret imitabilem esse pastoribus hanc suę humilitatis formam quam proposuit pastor bonus.

Christi exemplũ imitãtur. 2.Cor.12.

Et tamen nemo pastor bonus, nisi hic vnus, quia nemo bonus, nisi vnus deus. Hoc etenim quodam loco dicente sibi cuidam, magister bone, quid faciendo vitã æternam possidebo, respondit: Quid me dicis bonum? Hæc enim est salutatio in foro, vsitata ambitioni scribarum & pharisæorum. Nisi me confitearis deum, consequens est, vt nec dicas bonum.

Vnus pastor bonus. Mat.19.

Itaq; quemadmodum pastor & magister voce quidem diuersa, sed sensu idem sunt (vnde enim pastor ouium dicitur pro similitudine, inde magister hominum est in rei veritate, sicut magister bonus, nõ nisi quia deus est) sic pastor bonus nõ aliunde, nisi quia deus est. Pastor (inquam) bonus, & non ex accidenti dono, sed essentialiter bonus. Itaq; cæteri quidẽ pastores digni siue idonei dici possunt, hic autem solus, pastor bonus, qui solus ita animam suam posuit pro ouibus, vt in sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret, & oues quas redemerat suæ carnis alimento satiaret.

Grego.

Patet aũt pastoris huius erga suas oues bonitas in quatuor, videlicet in pascendo, in defendendo, in vocando, in educẽdo. Primũ igitur patet pastoris huius bonitas in pascendo. Pastor enim à pascẽdo dicitur. Pascit autem oues sua gratia, pascit doctrina, pascit eucharistia. De pastu gratiæ, illud mystice possumus accipere quòd in Euangelio ipse loquitur, dicens: Misereor super turbam, & post pauca subdit: Si dimisero eos ieiunos, deficient in via.

C Pastoris bonitas in pascendo. Mar.8.

In cuius figuram in Exodo scriptum est, q̃ quũ Moyses gregem minasset ad interiora deserti, apparuit ei dominus in rubo ardenti. Porrò ad interiora deserti in pastum

Exo.3.

veniunt, quando exteriorem consolationem derelinquentes interiorem quærunt, vbi eis in igne charitatis dñs apparet, vt iure possint dicere: Nónne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via?

Luc.24.

De pastu doctrinę per Ezechielem loquens promittit, dicens: In pascuis vberrimis pascam eas, in montibus excelsis Israel erũt pascua illarum. Scripturarum sanctarum altitudines, quasi montes pascuæ sunt. Et iste est pastus de quo dicit in Euangelio: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Hoc pane pascit oues suas Christus, non modo per se, sed etiam per suos, iuxta quod per prophetam promisit, dicens: Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Qui non hoc pane pascitur, dicere potest cum psalmista: Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.

Eze.34.

Mat.4.

Iere.3.

De pastu eucharistiæ ipse loquitur, dicens: Panis enim verus est qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Et subdit: Ego (inquiens) sum panis vitæ. Qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet in æternum. Et subinde: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Et qui manducat me (inquit) viuet propter me. Et hic est ille panis subcinericius quem per angelũ adlatum Helias adcaput suum respiciẽs repperit, comedit, & ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montem dei.

Ioan.6.

3.Re.19.

D Pastoris bonitas defendendo.

Secũdo patet huius pastoris bonitas in defendendo, & notanter in eo quod ait: Bonus pastor animam suã dat pro ouibus suis. Pro suis enim omnibus moriendo vitã illis acquisiuit æternam, & suæ fortitudinem virtutis victor mortis non amisit. Et ego (inquit) vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Quòd non rapiet quisquam oues suas de manu sua, sine dubio multis iamdudum argumentis vniuerso orbi comprobatum est. Quid enim fures & latrones intentatum reliquerunt? quid non egerunt, vt raperent oues lupi vel omnes feræ syluarum? Et tamen de manu pastoris huius nullam omnino ex ouibus eius rapere potuerunt.

Ioan.10.

Vnde & pastor iste fortissimus bene per prophetam dictus

dictus est Dauid, dicente domino: Et suscitabo super eas pastorem vnum qui pascat eas, seruum meum Dauid. Ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorē. Ego dominus ero eis in deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorū. Dauid enim & in custodia gregis, boni huius pastoris signum gessit. Vnde ipse ad Saulem loquens: Pascebat (inquit) seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus, tollebatq; arietem de medio gregis, & sequebar eos & percutiebam, eruebamq; de ore eorum. Et illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamq;. Eze. 34.

Christus vt alter Dauid, pastor. 1. Re. 17.

Grex ille dei populum, qui dicit in Psalmo: Nos autē populus eius & oues pascuæ eius, leo vel vrsus, diabolum, Dauid ipse tam fortitudine q̄ etiam nomine (interpretatur enim, manu fortis) bonum præsignabat pastorē Christum, qui quum de suis ouibus nullam omnino perdat, nō rapiet eas quisquā (inquit) de manu mea, diabolum namq; suffocauit, & nos oues suas de ore eius liberauit, omnem quoq; persequutorem, casso labore deceptum, frustratum, furti atq; latrocinij redarguens, æterna damnatione puniuit.

Vnde autem tanta fortitudo in manibus eius sit ostendit, dicens: Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est. Illud (inquit) quod dedit mihi pater meus, id est, illud in quo mihi pater est, illud quod ego sum non secundum carnis naturam, quæ ex homine sumpta est, sed secundum eam naturam qua deus mihi pater est, maius omnibus est, fortius omnibus est, potentius omnibus est. Quòd si omnibus maius est, vtiq; & raptore animarum diabolo maius atq; fortius est. Vnde & de hoc quod maius omnibus est, subiecit: Et nemo potest rapere de manu patris mei. Hoc vtiq; maius omnibus est, quòd de manu patris mei nemo potest rapere. Nihil enim præter deum insuperabile est. Itaq; si quæris quid pater huic filio suo dedit? Vtiq; omnipotentiam suam dedit, vt nemo rapiat de manu filij sicut nemo potest rapere de manu patris. Patet itaque pastoris istius bonitas erga suas oues, has defendendo. Dicat ergo: Bonus pastor animā suā dat pro ouibus suis. Vnde Christus sō tāta fortitudo. Ioan. 10.

E Pastoris bonitas oues redimēdo. Ro. 5.

Dedit enim pro suis ouibus animā suā, in pretiū redemptionis, in signū dilectionis, in monimētū recordationis, in exemplū imitationis. De primo per Apostolū dicitur: Quum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem fi-

tem filiũ eius, qui nobis redimendis, semetipsum dedit.

Esa.43. Vnde & per prophetam loquitur, dicens: Seruire me fecisti in iniquitatibus tuis, præbuisti mihi laborem in peccatis tuis. Graue scelus tali ac tanto mercenario laboris sui pretium negare. Nullum autem aliud ob pretium quàm pro nostrarum salute laborauit animarum. Ait Sapiens:

Eccl.34. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario fratres pari crimine rei sunt.

Quòd si graue scelus est & vltione pauenda seriendum propriam Christo animam subtrahere, quanto grauius est, non modo propriam, sed insuper aliorum plurimorum animas deducere in perditionem? Vnde Bernardus: *Si dominus proprium sanguinem dedit in pretium redemptionis animarum, nónne videtur tibi grauiorem ab eo sustinere persequutionem qui suggestione praua, exemplo pernicioso, scãdali occasione, auertit ab eo animas quas ille redemit, q̃ ab illo qui sanguinẽ ipsius fudit?*

De secundo ipse in Euangelio loquitur, dicens: Maiorẽ

Christi erga nos dilectio. hac dilectionem nemo habet quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ionas pro salute aliorum semetipsum in mare præcipitandum obtulit, CHRISTVS

Ioan.15. tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiã deo

Ionæ.1. in odorem suauitatis.

Ephe.3. De tertio patet, videlicet quòd dedit animam in monimentum recordationis. Quum enim sacri corporis & sanguinis sui sacramentum discipulis in recordationem suæ quæ tunc imminebat passionis traderet, eisq; daret facultatem hoc ipsum faciendi, ait: Hoc facite in meam cõ

Luc.22. memorationem. Itaq;, gratiam fideiussoris huius ne obli-

Ecci.29. uiscaris, dedit enim pro te animam suam. Ipse enim se pro

Christus, p nobis fideiussor. nobis apud patrem vadem obtulit, & pro nobis debitoribus fideiussoris officium subire dignatus est. Tantum verò posset esse debitum pro quo spõdet fideiussor, quòd ipse propriè cedat hæreditati, sed & nonnunq̃ ipsam suam impendat vitam. Quòd vtiq; Christum fecisse, ipse per prophetam testatur, dicens: Reliqui domum meã, dimisi

Iere.12. hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum. Domus sua, cœlum, hæreditas diu possessa, Iudæorum fuit synagoga. De qua ad patrẽ loquẽs, dicit: Restitues hæreditatem meam mihi, quod fiet in fine seculi, iuxta quod per Apostolum dicitur: Quum plenitu

Ro.8. do gentium intrauerit, totus Israel saluus fiet.

De quar-

De quarto, videlicet, quia animam suam dominus posuit pro ouibus in exemplū imitationis per beatū Ioānem dicitur: Ille pro nobis animā suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Fecit ille quod monuit, ostendit quod iussit. Ostensa nobis de contemptu mortis via quam sequamus, apposita est forma cui imprimamur. Primū nobis est exteriora nostra misericorditer pro ouibus eius impendere, postremū verò si necesse sit etiam mortem nostrā pro eisdem ouibus ministrare. A primo autē hoc minimo, peruenitur ad postremum maius. F 1. Ioan. 3. Grego.

Sed quum incōparabiliter sit melior anima qua viuimus q̄ terrena substantia quā exterius possidemus, qui nō dat pro ouibus substantiam suam, qñ pro his datur? est animā suā? Et quidē ad hoc tantū habet ecclesia possessiones & diuitias vt subueniat egentibus. Vnde Ambrosius: Aurum ecclesia habet, nō vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus. Quid est opus custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantū auri atq; argenti de templo Domini Assyrij sustulerunt? Nōne melius cōflat sacerdos pro alimonia pauperum, si alia subsidia desunt, q̄ si sacrilegus contaminat & asportat hostis? Facultates ecclię ad qđ Lib. de off.

Itaq; pro alimonia pauperum, pro redemptione captiuorum, pro sepultura Christianorū, non modo licitū, imo & pium est ecclesiastici ministerij sacrata vasa cōflare. Nō enim (vt dicit Augustinus) est episcopi seruare aurum, & à se reuocare mendicantis manum. Vnde etiam Hieronymus: Gloria episcopi est pauperū necessitatibus prouidere. Ignominia sacerdotis est propriis studere diuitiis. De cōi vi. cle. Episcopi gloria. Li. de ouib.

Ait rursum alio loco Augustinus: Totum quod est pastoris & exteriora & interiora, ad vtilitatem est ouium, ita quòd se totum debet deserere quatenus eis intēdat. Si igitur adsit infirmitas, cum infirmantibus infirmetur, vratur cum scandalizatis.

Tertio patet huius pastoris erga suas oues bonitas in vocando. Vnde de seipso loquens: Proprias, inquit, oues vocat nominatim. Valde dissimilis est iste bonus pastor, dissimiles etiam sunt & alij pastores qui intrāt per ostium, & quibus ostiarius aperit furib⁹ & latronibus illis qui declinantes ostium ascenderunt aliunde. Illi enim nequaquam vocāt oues nominatim, sed ecōtrà, peruersis vtūtur nominibus, dum dicunt bonū malum, & malū bonum, dū vocant tenebras lucē, & lucem tenebras, vt iustificent impium G Pastoris bonitas in vocando. Esa. 5.

Vocat nominatim

pium pro muneribus,& iuſtitiam iuſti auferãt ab eo. Vocat,inquit,oues proprias nominatim. Quid magis ei proprium, q̃ oues illæ quas ſanguine ſuo & morte redemit? Sed & propriæ ſunt illæ oues inferiori cuilibet paſtori bono qui per oſtium intrauit(vt dictũ eſt) quia videlicet ipſe eaſdem oues dilectionis adfectu ſuas fecit, vel quia principi paſtorum Chriſto paſtor ipſe proprio labore & cura nutricia, illas quæ non erant acquiſiuit.

Vocat illas nominatim,id eſt quum ſint oues,non hœdos vocat,ſed(vti ſunt)oues,blandè ac familiariter appellat. Et ſi quando hœdi fuerant,nõ hoc maledico ore tyrãnizando eis improperat,quum ipſe paſtorũ princeps dicat per Pſalmiſtã:Nec memor ero nominum eorum per labia mea,niſi forte pro vtili cõmemoratione gratiæ purificantis,ſicut Apoſtolus quum vetera commemoraſſet nomina

1.Cor.6 dicendo: Neq; fornicarij,neq; auari,neq; molles,neq; maſculorum concubitores,neq; fures,neque rapaces regnum Dei poſſidebunt: quum,inquam,hęc vetuſtatis nomina cõtigiſſet,ſtatim Dei gratiam cõmendando ſubiũxit: Et hæc quidem fuiſtis,ſed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis,ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri IESV Chriſti,& in ſpiritu Dei noſtri. Nominatim illas vocat paſtor ipſe paſtorũ eo ſcilicet nomine quod ſuper eas ipſe ſcripſit,obliteratis noĩbus priſcis,nomen Dei ſui,& nomẽ nouum,nomen filiorũ Dei,quod eſt nomen Chriſtianum, de quo &

Eſa.65. per propheram: Vocabo,inquit,ſeruos meos noie alio, in quo qui benedictus eſt,benedicetur ſuper terram.

Paſtoris bonitas i educendo. Col.1.

H Quarto patet hæc ipſius bonitas in educendo. Nominatim enim eas vocãdo educit eas. Si quæris vnde educit vel quo? Et quidem quotquot oues Chriſti ſumus,eo ipſo quod ſumus oues,educti ſumus de tenebris errorum antiquorum, eripuit enim nos Deus de præſenti ſeculo nequã & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ.

Vnde oues educendæ.

Verũtamen eſt adhuc & plerũq; euenit vnde pleroſq; noſtrũ qui iam oues ſumus Chriſti,educi oporteat,imò & clamore grandi euocari,ſicut per Lazarũ ſignificatum eſt, quem iam fœtentẽ & quatriduanum cognouimus magno Domini noſtri IESV Chriſti clamore fuiſſe reſuſcitatũ. Plerunq; enim ſordidantur oues, etiam poſtquã tonſæ & ſalubri fluuio lotę fuerint,& ipſis ſuorũ morbis vitiorum delectatæ,in praua cõcludũtur cõſuetudine,aut etiã hæretico (quod grauius eſt) fœdantur errore.

Hic la

Hic laborat inferior quisq; pastor ouium, qui (vt iam dictū est) intrauit p ostium, & vocib⁹ vtens nūc quidē aspe-
ris, verbi gratia quum dicit Apostolus: Omnino audi- 1.Cor.5
tur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec in-
ter gentes, nūc verò blandis quum idē ipse ad eosdē: Os, in 2.Cor.6
quit, nostrum patet ad vos ô Corinthij, cor nostrū dilata-
tum est, siue ad Galatas: Filioli mei, quos iterū parturio, do Gal.4.
nec formetur Christ⁹ in vobis. Reuera vocat oues noīa-
tim donec educat eas, id est, prauā in illis fornicationis cō
suetudiuē expurget, vel reformet fidei firmitatem. Quod
quia nō sola voce prędicationis nec ab ipso principe pasto-
rum Christo factū est, nec ab alio quolibet pastore peragi
tur, sed operis quoq; exemplo, post præmissa subiecit:

Et quum proprias oues emiserit ante eas vadit, & oues Pastor ante
illū sequuntur quia sciunt vocē eius. Ita enim oportet fie- oues vadat.
ri, vt quum emiserit illas per verbum exhortationis, vadat
ante illas per exemplū boni operis, ne quādo dicat illi de⁹
peccanti: Quare tu enarras iustitias meas, & adsumis te-
stamentū meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam,
proiecisti sermones meos retrorsum, & cætera q̄ sequūtur.
Quod præcauēs Apostolus dicebat: Sic curro nō quasi in 1.Cor.9
incertum, sic pugno nō quasi aërem verberans, sed castigo
corpus meum & in seruitutem redigo, ne fortè quum aliis
prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Ergo quum proprias
oues legitimus pastor emiserit, ante eas vadit, & oues illū
sequuntur. Sequuntur, inquam. Hoc enim ipsis expedit
ouibus. Si enim de hypocritis & simulatis pastoribus ipse
summus pastor dicit: Omnia quæcunq; dixerint vobis ser- Matt.23
uate & facite, secundū opera verò eorum nolite facere, di-
cunt enim & nō faciunt, quanto magis sequi oportet eos,
qui dicūt & faciunt? Sequuntur ergo illū, quia sciunt vo-
cem eius, quia verā & sanā esse cognoscunt doctrinā eius.

Circa secundum principale dicitur:

Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupū venientem, & dimittit oues & fugit.

In hac parte lectionis, saluator eum qui nō pastor sed mer- I
cenarius est designat. Vbi primo mercenarius describitur.
Secundo lupus grassator ostenditur, ibi: Et lupus rapit.
Tertio mercenarius certo signo deprehenditur, ibi: Mer-
cenarius autem.

Circa

KLASZTOR
O. O. Bernardynów
w KOLB n/Warty

Circa primũ dicit: Mercenarius autẽ & qui nõ est pastor. Si diligenter aduertas, quatuor in hac lectione reposita sunt, scilicet pastor bonus, qui dicit: Ego sum pastor bonus, & is qui formã boni pastoris imitatur, & mercenarius, & lupus. nẽpe duo bona, videlicet ipse pastor bonus Christus, & huius imitator. & duo mala, videlicet mercenarius & lupus. Paulò antè etiam furem designauerat, qui nõ venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat, qui non per ostium intrauit, sed ascẽdit aliunde. Porrò lupus cũ mercenario occultius q̃ fur damnosus est ouili. Fur enim dum mactat & perdit, aperta corporibus & animabus tempestate, pernicios⁹ est.

Nota.

Mercenari? quis sit.

Itaq; mercenarius qui nõ ipse quidem mactat & perdit, sed fuga sua lupo perditori, raptori, & diſperſori, scilicet diabolo, vel certè cuilibet hæretico (quem diaboli satellitium esse certum est) locũ facit, non quidem ipse fur est & latro, sed nec dicendus est pastor. Sic enim ait: Mercenarius autẽ & qui non est pastor. Quo modo igitur vel qua intrauit? Nam inter ostium, & ascensum aliunde, nihil medium positum à saluatore reperitur. At is qui per ostium intrauit pastor est ouium, & qui ascẽdit aliũde, ille fur est & latro. Qua ergo intrauit mercenarius qui nõ est pastor, nec tamen mactat aut perdit sicut fur? Non enim aperte sicut Arrius vel alius quilibet etiam huius temporis hæreticus persequitur aut sæuit vt occidat eorũ corpora quorum nõ potest animas suæ peruersitatis maculare cõsensu.

K

Mercenari? socius furũ. Esa. 1.

Restat profectò vt & si fur nõ est, socius tamen sit furũ, quia de talibus dictum est: Principes tui socij furũ, omnes diligunt munera, sequuntur retributionẽ. Socius autẽ furum animo est, nam corpore cũ pastoribus per ostium intrare visus est, quamobrem & si fur & latro non esse videtur, sed potius intrasse per ostium, prę eo q̃ fidem catholicam profitetur, nec aliud euangelizat q̃ id quod euangelizatum est à veris pastoribus, tamẽ iuxta præscriptam prophetæ sentẽtiam, qui quum dixisset: Principes tui socij furum, statim hoc ipsum ratione cõprobans, omnes (inquit) diligũt munera. Nam & pro eo q̃ munera diligit, & temporalem sequitur retributionẽ, mercenarius est.

Cuius descriptio diligenter consideranda est. Mercenarius, inquit, & qui nõ est pastor. Rem solerter animo auditoris impressit, dicendo & qui nõ est pastor. scilicet vt de corde eius vulgarẽ extirpet opinionẽ, qua putatur vel dicitur

citur esse pastor. Verè enim nõ est pastor. Pastor nanq; dicitur, eo q̃ gregem pascat. At ille nõ gregem, sed seipsum pascit. Vnde Propheta: Væ, inquit, pastoribus Israel qui pascebant semetipsos. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & cætera quæ sequuntur. Mercenarij non est pastor. Ezech. 34

Hinc b. Gregorius: Sunt, inquit, nõnulli qui dum plus terrenã substantiam q̃ oues diligunt, meritõ nomen pastoris perdunt. Et post pauca: Non pastor, sed mercenarius vocatur, qui nõ pro amore intimo dominicas oues, sed ad temporales mercedes pascit, Mercenarius quippe est qui locum quidẽ pastoris tenet, sed animarũ lucra nõ quærit. Terrenis commodis inhiat, honore prælationis gaudet, temporalib9 lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reuerentia lætatur. Istæ etenim sunt mercedes mercenarij, vt pro eo ipso quod in regimine laborat, hic quod quærit inueniat, & ab hæreditate gregis in posterum alienus existat. Vnde etiam Augustin9: Aliud mercenarius in ecclesia q̃ Deum quærit. Si Deum quæreret casius esset, quia legitimum maritum anima Deum habet. Quisquis enim à Deo præter Deum aliquid quęrit, nõ castè Deum quærit. De ver. do.

Vtrum verò pastor sit an mercenarius, cognosci veraciter nõ potest, si occasio necessitatis deest. Tranquillitatis enim tempore plerunq; ad gregis custodiam sicut ver9 pastor, sic & mercenarius stat, sed lupus veniens indicat, quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Lupus etenim super oues venit, quum quilibet iniustus & raptor fideles quosq; atq; humiles opprimit. Sed is qui pastor videbatur & non erat, relinquit oues & fugit, quia dum sibi ab eo periculum metuit, resistere eius iniustitiæ nõ præsumit. Fugit autẽ non mutando locũ, sed subtrahendo solatium. Fugit, quia iniustitiam vidit & tacuit. Fugit, quia se sub silentio abscondit. Quibus bene per Prophetã dicitur: Nõ ascẽdistis ex aduerso, neq; opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die domini. Ex aduerso quippe ascendere est quibuslibet potestatibus prauè agentibus rationis libera voce cõtraire. Et in die Domini pro domo Israel in prælio stamus ac murum opponimus, si fideles innocentes contra peruersorũ iniustitiam ex iustitiæ authoritate vindicam9. Quod quia mercenarius nõ facit, quum venientem lupum viderit, fugit. L Grego. Pastor à mercenario sic discernitur. Mercenarij vt fugit. Ezech. 13.

Cuius, inquit, nõ sunt oues propriæ. Et hoc vtiq; cum grandi pondere dictum est. Nõ enim sunt eius oues pro- Cuiꝰ nõ sũt oues ꝓpriæ.

prīæ, quia videlicet nō eas in eiꝰ pectore gratia mater parturiuit, ſicut in illo cuius hæc vox eſt pauloante citata: Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Non poſſidet animā eius ſpiritus paſtoris boni, & ideo non mirum, q̄ non & ipſe in brachio ſuo congregat agnos, & in ſinu ſuo leuet, & quòd non ipſe fœtas portat. Sed quid?

Videt, inquit, lupū venientē, & dimittit oues & fugit. Nō arguitur mercenarius q̄ furatꝰ ſit, mactauerit aut perdiderit, quia videlicet quum nō educat oues in ſaltꝰ alios q̄ quos probauerūt paſtores magni & probati, neq; perdat oues venenatis falſę doctrinę paſcuis, nō ſatis legitimè furdici poteſt, & proinde nec occaſio eſt cur mactet. Nam interim oues non fugiunt ab eo, quippe quæ nō habent cauſam legitimā cur non audiant vocē, vel cur neceſſario deuitēt eius cōionem, cur illi lac ſuum ad edendū, ſuamq; lanam denegēt ad operiendū. Sed inde arguitur, quia videlicet videt lupū venientem, id eſt, diabolū animabꝰ inſidiantem, easq; ad mortē æternam per diuerſa ſcelera pertrahentem. Videt (inquit) & fugit, id eſt, ſub ſilētio (vt iam dictum eſt) ſe abſcondit. Fugit, id eſt, verbum exhortationis ſubtrahit, ne ſi lupo reſiſtat, temporale commodum (quod amat) amittat.

Mercenarius vt oues ſuſtinent.

Hīc arguit.

Oues amāt perniciem.

Amant enim oues ſuam plerūq; perniciem. amāt, inquam, & ſuis exitiis delectātur, ſuis periculis male blandis in præſenti demulcētur, nec recogitant (dulcedine vitioꝝ fallente) quantus eas interitus conſequatur. Et niſi perire permittātur eiuſmodi oues ſunt, vt neq; ad mulctrā paſtoris venire, neq; tōſorem eundē iam velint ſubire, inſuper & ipſum paſtorem tumultuando quantū poſſunt, cornibꝰ & lateribus audēt impingere. Fugit ergo mercenarius taciturnus, ne pugnando pro ouibus, temporalis lucri detrimentum patiatur.

Circa ſecundum, vbi (ſcilicet) lupus graſſator oſtenditur, ſequitur in litera:

Et lupus rapit, & diſpergit oues.

M Gregor. Lupus venit & mercenarius fugit, quia malignus ſpiritus mentes fidelium in tentatione dilaniat, & is qui locū paſtoris tenet, curā ſolicitudinis non habet, & animę pereūt, & ipſe de terrenis lucris lætatur.

Lupus

Lupus rapit & dispergit oues, quum alium ad luxuriam pertrahit, alium in auaritiam accendit, alium in superbiam erigit, alium per iracundiam diuidit, hũc inuidia stimulat, illum fallacia supplantat. Quasi ergo gregem lupus dissipat, quum fidelium populos diabolus per tentationes necat. Vt lupꝰ rapit & dispergit.

Sed contra hæc mercenarius nullo zelo accenditur, nullo feruore dilectionis excitatur, quemadmodum sola commoda exteriora requirit, interiora gregis damna negligenter patitur. Huiusmodi mercenarios per Ezechielem Dominus increpat dicens: Gregem meum non pascebatis. Quod infirmũ fuit nõ consolidastis, & quod ægrotum non sanastis. Quod confractum est non alligastis, & quod abiectũ est non reduxistis, & quod perierat nõ quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Et dispersæ sunt oues meæ eo ꝙ non esset pastor, & factæ sunt in deuorationẽ oĩm bestiarũ agri & dispersæ sunt. Ezech. 34

Circa tertium, videlicet vbi mercenarius certo signo deprehenditur, subditur in litera:

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

Sola ergo caussa fugienda est, quia mercenarius est, quia mercedibus transitoriis inhiat, & dum illis contentus est, lupus rapit & dispergit oues. Nec solummodo lupo veniente fugit, sed & quando iuxta Ezechielẽ colliduntur arietes & hirci, dum lateribus & humeris impingunt, & cornibus suis ventilant omnia infirma pecora donec dispergãtur foras, fugit idem mercenarius abscõdendo se, non iudicans inter pecꝰ & pecus, aut certè nequius quod crassum est assumit, & quod debile est proiicit. videlicet (vt paulò antè dictum est) iustificans impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferens ab eo. Vnde Gregorius: N

Stare in periculo ouium non potest, quia in eo ꝙ ouibus præest, non oues diligit, sed lucrum terrenum quærit. Dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus cõmodis lætatur, opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit amittat. Mercenariꝰ vt fugit.

Fugit ergo quia mercenarius est. Non diceretur autẽ mercenarius (inquit Aug.) nisi acciperet à cõducente mercedem. Filij æternã patris hæreditatẽ patienter expectant,

mercenarij temporalē mercedem cōducti festināter exoptant, & tamen per linguas vtrorūq; diuina Christi gloria diffamatur. Inde ergo lædit, vnde mala facit, nō vnde bona dicit. Botrū carpe, spinā caue, quia botrus aliquando de radice vitis exortus pendet in spinis. Multi quippe in ecclesia cōmoda terrena sectantes Christū prædicant, & per eos vox Christi auditur, & sequuntur oues, nō mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium.

Botrus è spinis.

O Mat. 13

Sed inter hæc quęritur: Quum Apostoli ipsi pastores fuerint, nō mercenarij, cur fugiebant quando persequutionem patiebantur, & hoc Domino dicēte: Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam?

Pastor qñ citra culpā fugit.

Sed tunc irreprehensibiliter pastor fugit, quādo aperta persequutione furis hęretici, siue lupi diaboli per gentilem potestatē malitiam suam exercentis pastor ipse quæritur, vt oues ipsius præsidio destituantur. Quod Paulus Apostolus nō solum irreprehensibiliter, verum etiam laudabiliter fecisse legitur, quādo Damasci præpositō gentis

2. Cor. 11

Arethæ regis custodiente ciuitatem, vt eum comprehenderet, à fratribus per murum summissus est in sporta, & sic ei fugit manus eius. Non enim fugit vt oues destitueret, sed vt ouium saluti seipsum reseruaret. Cæterum omnes qui absque eiusmodi caussa fugiunt, quī oues dimittunt, Christus pastor & episcopus animarum meritō excludit à numero pastorum.

Vnde Augustīn9: Quum (inquit) plebs manet, & ministrī fugiunt, ministeriumq; subtrahitur, quid erit nisi mercenariorum illa fuga damnabilis, quibus non est cura de ouibus?

A persequutiōe pſonali fugiendū

Quum itaque persequutionis tempore persona tantum pastoris quęritur, cura gregis alteri committatur, ipse verò det locum iræ, præsertim quum illius vita vtilior est vel in futurum erit gregi quàm exemplum sui martyrij, sic enim Paulus Iudæos (vt iam dictum est) & Helias Iezabelem fugerunt. Ad maiora nempe seruandi erant. Vnde & ipse Domin9 adhuc paruulus à facie Herodis fugit in Ægyptum suo nos informans exemplo.

Quum ergo in pastorū duntaxat personas persequutio excitatur, faciant secundū superius memoratū Christi præceptū dicentis: Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Quum verò tam grex q̄ pastor quæritur, tum vel pariter viuant, vel pariter ferāt quod eos sum-

mus

mus paterfamiliâs volet pati. Quisquis autẽ in hoc casu deserto grege pastor fugit, is vtiq; (vt dictũ est) nõ pastor, sed mercenarius esse deprehenditur. Videns enim lupũ, id est, persequutorẽ venientem, dimittit oues & fugit.

Circa tertium principale dicitur:

Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.

In hac lectionis parte, iteratò se Christus pastorem bonã pronuntians, & alias oues habere se dicit. Vbi primo notatur bonitas pastoris huius ex dilectione gemina. Secundo, aliarum oĩm adductio futura, ibi: Et alias oues.

Circa primum est notandũ, q̃ superius bis dixit: Ego sum ostium, & nũc itidem bis dicit: Ego sum pastor bonꝰ. Ipse ostium & ipse pastor, ipse tam anterioris q̃ & posterioris ouilis vnum ostium & vnus est pastor. Iterũ, inquam, dicit: Ego sum pastor bonꝰ, & eiusdem bonitatis affectum protinus adiungit dicẽs: Et cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Hanc & illam, quã supra dixerat rationem pastor bonus qui animã suam dat pro ouibus, vnã & eandem esse constat ex eo quod protinus adiungit: P

Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrẽ, & animam meam pono pro ouibus meis.

Duobus charitatis præceptis à semetipso cõpletis, sine quibus pastor idoneus nemo vnquã fuit, nec esse poterit (nunquam enim verus aut dignꝰ erit discipulus huius boni pastoris, nisi qui germanè diligat gregem CHRISTI) duobus inquam præceptis charitatis, bonitatem suam exa minatam in vno laudabili experimento (quod est: Et animam meam pono pro ouibus meis) ostendit. Primum & maximum est mandatum dilectio Dei, quod intelligitur in eo quod ait: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrẽ. Secũdum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum, & hoc intelligendum est in eo quod ait: Et cognosco meas. Idcirco autem præposterè, prius secundum, & post signatum est primum, quia videlicet per dilectionem proximi, ad dilectionẽ dei ascenditur. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem nõ videt quomodo potest diligere? Gemina dilectione pastor bonus. 1. Ioan. 3

Formã ergo bonitatis suæ q̃a suos imitatores informare cupit ordinatè exprimẽs, incipit à dilectione proxi-

mi,quum dicit:Et cognosco meas. Cognosco,inquam,id est,diligo. Imò & significantius suam exprimit charitatẽ dicendo,cognosco,q̃ si dixisset,diligo. Hoc enim verbum cum significatione dilectionis simul sonat affectum compassionis,iuxta quod Salomon ait:Nouit iustus iumentorum suorum animas, viscera autẽ impiorum crudelia, & sicut in Psalmo loquitur,quoniam ipse cognouit figmentum nostrũ,sic & nũc quum dicit:Et cognosco meas,simul dilectionis,& operosæ misericordiæ signat affectum.

Prou.12

Q Et cognosco (inquit) meas, & cognoscunt me meæ. Suaue dictum,sed terribile iudicium. Respondetur enim ad illud quod alibi dixerũt negatores eius: Scimus quia Moysi loquutus est Deus:Hunc autem nescimus vnde sit. Igitur ad illorũ distinctionem qui sui non sunt,quia negauerunt eum,secundũ quod per Danielem prędictum erat: Et non erit eius populus qui eum est negaturus. ad distinctionem,inquam,illorũ dicit:Et cognosco meas,& cognoscunt me meæ.Æqua vtiq; vicissitudine negatores suos negat ipse,ac si apertè dicat:Cognosco meos,& non vos alienos: cognoscũt me mei, sed vos alieni nõ cognoscitis me. Item,& hoc dixerũt: Non est hic homo à Deo. Cui repugnat quod hic dicit: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem. Nouit me pater,id est,diligit. Agnosco ego,hoc est, diligo patrem.

Ioan.9

Dan.9

Christus vt negatores suos negat.

Ioan.5.

Itaq; (vt iam dictum est) pastor bonus,bonitatẽ suam in duobus præceptis charitatis ostẽdit, scilicet, dilectione Dei patris,& dilectione proximorũ,id est, earũ de quibus nunc sermo est ouium suarum,quibus assumptione carnis & magnitudine beneficij proximus factus est. Et hoc tam ex his q̃ ex cæteris eius sermonibus altius commendatur ꝙ tota ouium Domini cura, geminæ sit dilectionis opus, quam quisquis nõ habet,nõ pastor est,sed mercenarius.

Et animã meam,inquit,pono pro ouibus meis,nõ coactus sed spontaneus.Nemo enim tollit animã meam,sed potestatẽ habeo ponendi animã meam,& iterum sumendi eam. Pro ouibus meis,inquit. Solis enim Christi ouibus proficit ipsius passio ad salutem. Ac si apertè dicat:In hoc constat quia & cognosco patrem.i.diligo:& cognoscor,id est,vicissim diligor à patre,quia animam meam pono pro ouibus meis, id est, ea charitate qua pro ouibus morior, quantum diligam patrem ostendo.

Intantũ qs deũ diligit.

Porrò

Porrò quum se dicit animam suam pro ouibus ponere, declarat (inquit Theophy.) q̃ nõ sit impostor. Dicere enim luxũ & vitã apud insipientes, inflationis esse videbatur. Dicere autem mori volo, nullam prorsus inuidiã habet, sed magnam potius curam indicat. Verus sanè & bonus pastor Christus qui videns non lupum vnum, sed luporum multitudinem venientẽ pro ouibus suis stetit aduersum illos, dicẽs: Quem quæritis? Quumq̃ illi dicerẽt: Iesum Nazarenum, nõ fugit, sed ait: Ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire.

R Christus vt pro ouibus stetit. Ioan. 18.

Proinde boni huius pastoris imitator verus & fortis ille fuit qui cõuentus atq̃ vallatus à lupis commissum sibi gregem inuadere volentibus aiebat: Si patrimonium petitis, inuadite, si corpus, occurram. Vultis in vincula rapere, vultis in mortẽ, voluntas est mihi. Non ego me vallabo circumfusione populorũ, nec altaria tenebo vitam obsecrans, sed pro altaribus gratis immolabor. Qualiter autem & quibus armis decear pastorem pro grege suo pugnare, idem pastor fortis ostendit, dicens: Aduersus arma, Gothos quoq̃, lachrymæ meæ, arma mea sunt. Talia enim sunt munimenta sacerdotis. Aliter nec debeo nec possum resistere. Et infra: Respondi (inquit) Ego, quod sacerdotis est faciam, quod imperatoris est, faciat imperator. Primus est, vt animam mihi q̃ fidem auferat. Ecce veri pastoris & pro grege contra lupum decertantis constantia insuperabilis.

Ambro. 23. q. 8. c. cõuenior

Circa secundum, quod est, aliarum ouium adductio futura, subditur:

Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meã audient, & fiet vnũ ouile, & vnus pastor.

S Oues stultæ, quæ.

Bono pastori oues stultæ se opposuerunt, in eo quod cum malitiosis vulpibus, id est, malignis spiritibus consilium ineuntes iam conspirauerant, vt si qua ouium pastorẽ suũ illum esse agnosceret protinus cornibus & lateribus cæterarum impacta extra ouile fieret. Sed hæc conspiratio nec gratiam pastoris euacuare, nec eius nomen siue facultatem potuit diminuere. Nam & alias oues (inquit) habeo quæ non sunt ex hoc ouili, quia non de carne patriarcharum ac prophetarum progenitæ sunt, & illas oportet me adducere.

Quare? Videlicet quia istæ oues prædicta conspiratione sua inuicem afflatæ, dira pestilentia contabuerunt, & semetipsas corruperunt, idcirco his abiectis, oportet ex aliis ouibus præfinitum ante secula ouium supplere numerum. Me (inquit) oportet illas adducere.

Sed nunquid ipse pastor qui hæc loquitur per semetipsum ad nos oues alienigenas venit? Nonne à furibus & latronibus in medio dicti Iudaici ouilis comprehensus animã suã posuit, & deinde ascendens in cœlum, nunq̃ visus à nobis, suos tantũ vicarios ad nos direxit? Ita planè. Nec tamen nos minus aliqd illo magno grege habemus, quem de Ægypto eduxit idem pastor, idem deus. Nũquid enim non per homines deus, per homines (inquam) Moysen & Aaron quibus apparuerat, illas oues adduxit? Vtiq; non magis illis q̃ nobis, non minus nobis q̃ illis adducendis adfuit præsentia visibili. Vnus illorum pastor tũc deũ audiuit in rubo, nostri pastores viderunt illum in crucis ligno, de quo ait quidam tam doctus quàm fidelis:

Æquè æstimati gentiles & Iudęi.

Tristes purgantur sanguine culpæ,
Quem contorta rubus densis cruciatibus ædit.

Et illi quidem pastori, id est Moysi, duo signa dedit, dicẽs: Si non crediderint verbo signi prioris, credent vel verbo signi sequentis.

T Mysterium signi prioris, & signi posterioris

Sed & nostris item pastoribus duo signa dedit, dicẽs: Si non viderũt gloriam signi prioris, videbunt saltem virtutem signi sequentis. Etenim si non vidimus nos q̃ virga in colubrum conuersa sit, & deuoratis magorũ Ægyptiorum colubris, iterum virga quod fuerat effecta sit, id est, q̃ Christus rex ipse & paternæ diuinitatis virga regia in mortẽ deuenerit, quæ per colubrũ in hunc mundũ subintrauit, & consumptis peccatis nostris, iterum in veram & æternam vitam regnaturus surrexerit, at saltem videmus q̃ de sinu manus extracta tota leprosa effecta sit, id est, q̃ totum illud antiquum ouile pestilentia perfidiæ cõtabuerit, q̃ à gratia dei synagoga exciderit, imò & iuxta quod ille prædixit, ceciderint in ore gladij, & captiui ducti in omnes gentes, lepram suam toti orbi spectandam iamdudum circumtulerint.

Moysi manus vt leprosa, mysticè. Luc. 21.

Igitur quum per legatos suos in quibus ipse proculdubio loquitur, nos alias oues suas vocauit, non minus quàm prioris ouilis oues per semetipsum adduxit.

Ouibꝰ suis adducẽdis, vt pastor laborauit.

Ait itaq; Et illas oportet me adducere. Sanè his adducendis,

cendis, non modo famem, sitim, æstus, itinera, labores, sudores, vigilias, opprobria, contumelias, blasphemias, & alia multa huiusmodi, quin & mortem crucis pati dignatus est, dicente Euangelista: quia Iesus moriturus erat pro gente, & nõ tantum pro gente, scilicet Iudæorum, sed etiã vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Et illas (inquit) oportet me adducere. Quò autem adducere? Non ad vestram synagogam ô putidi hirci, qui & secundum animam in inferiora terræ introibitis, & secundum corpus trademini in manus gladij, partes'q; vulpiũ eritis, sed ad fidem patriarcharum & prophetarum, cum quibus cantitantes balare audetis, dicentes: Nos autem populus eius & oues pascuæ eius, quum sitis tauri pingues & lasciui vituli Cethæorum & Amorrhæorũ saltibus innati & educati. Ad illorum (inquam) fidem, me alias oues vobis abiectis oportet adducere, & vocem meam audient, quam vos propterea non auditis, quia ex deo non estis.

Quò oues suas adduxit.

Hoc etenim modo reductæ sunt oues errantes, quia vocem pastoris audierunt, credentes Euangelio & obedientes fidei. Vnde ipse per Psalmistam: Populus (inquit) quem nõ cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Audientes itaq; pastoris veri vocem oues errãtes, ad eum se conuerterunt. Vnde eis benè per beatum Petrum dicitur: Eratis enim aliquando sicut oues errantes, sed cõuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarũ.

V Vt reductę oues errantes.

1. Pet. 2.

Et fiet (inquit) vnum ouile & vnus pastor. Non dixit: Et fiet vnus pastor, & vnum ouile, iam enim vnus pastor erat, sed fiet vnum ouile, quod nondum factum erat, & vnus pastor permanebit, qui nunc & semper est. Fiet (inquam) vnum ouile, nulla distinctione habita peregrinæ & indigenæ ouis, Iudæi & Græci, & ille vnus pastor omnium erit, de quo per prophetam dictum est: Et suscitabo super eas pastorem vnum qui pascat eas seruum meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem.

Vnũ ouile & vnus pastor.

Eze. 34.

Ego autẽ dominus eorum, ero eis in deum,
& seruus meus Dauid princeps
in medio eorum.

Dominica ter=

TIA POST PASCHA.



Odicum & iam non videbitis me, & iterum modicū & videbitis me, quia vado ad patrem. Ioan. 16.

In hac ſacra præſentis Euangelij lectione tria comprehenduntur. Primū eſt, Ingruentium diſcipulis rerū prænuntiatio. Secundum eſt, earundem rerum manifeſtior explicatio. Ibi: *Amen amen dico vobis.* Tertium eſt, congruæ ſimilitudinis ad præmiſſa propoſitio. Ibi: *Mulier quum parit.*

Circa primum, tria ſunt conſideranda. *Primum eſt*, & triſtium & lætarum rerum prænuntiatio. Secundum eſt, diſcipulorum non intelligentium mutua ſciſcitatio. Ibi: Dixerunt ergo. Tertium eſt, ad ſciſcitantium ignorātiam Chriſti reſponſio. Ibi: Cognouit.

A Chriſto diſcipulis cur triſtia prædicit. Chry.

Circa primum aduerte, q̄ ſaluator noſter volens diſcipulos ſuos informare ad fortitudinis patientiæq; virtutem, ea quæ propter ſui abſentiam & odia Iudæorū paſſuri erant, triſtia prædicit, prænuntians nihilominus huiuſmodi triſtitiæ breuitatē, & poſtea gaudium ſine fine manſurum. Hoc autem facit, vt aduſueſcant per triſtium audition em benè ferre ſuam ab illo ad tempus ſeparationem. Eam enim quæ dolet animam, & à triſtitia multa detinetur, nihil ita conſueuit quietare vt quæ triſtitiam pariunt verba reuoluta continuè. Ait ergo: Modicum & iam non videbitis me. Nam quia hæc ipſa qua tradebatur nocte loquutus eſt, modicum erat, id eſt, eiuſdem noctis & diei ſequentis tempus, vſq; ad horam quā illum non videre inciperent. Tentus enim nocte illa à Iudæis & in craſtinum crucifixus, quum ſerò factum eſſet depoſitus eſt de cruce, & intra ſepta ſepulchri ab humanis ſecluſus obtutibus. Sequitur: Et iterum modicum & videbitis me. Ad triſte addit lætum quiddam. Iterum enim modicum erat vſq;

Beda.

dum

dū illū viderent. Resurrexit enim à mortuis die tertia, & apparuit eis in multis argumētis, per dies quadraginta.

Quare aūt modicū esset vt nō viderēt eū, & iterū modicū vt viderēt, videlicet à morte iam immortaliter redituum, adnectit causſam, dicēs: Quia vado ad patrē. Ac si apertè dicat: Ideo post modicū à vestris aſpectibus in monumēti claustris abscōdor, & iterū post modicū destructo mortis imperio, vobis intuendus appareo, quia tēpus est, vt expleta dispēsatione adſumptę mortalitatis, cū resurrectionis triumpho iam reuertar ad patrem. Propterea aūt resuſcitatum me à mortuis tēpore modico videbitis, quia nō ſemper in terra corporaliter manſurus, ſed per humanitatē quā adſumpſi, iā ſum aſcenſurus in cœlū. Vado (inquit) ad patrē, nēpe qui vos iuuare poteſt, & nō pereo, ſed tranſeo. Et ad paruū quidē tēpus ſeceſſus erit, poſteà autē perpetuo vobiſcū cōuerſabor. Et hæc quidē domini verba illis ſpecialiter cōueniunt qui eum reſurrexiſſe viderunt.

Cur modicū nō viderunt, & modicū viderunt.

Sanè plures ob cauſſas oportuit mortis Chriſti tēpus modicū eſſe, & reſurrectionē ſuā nequaq̄ vſq; ad vniuerſalem in fine mundi reſurrectionem mortuorum differri.

B

Primo, propter ipſius dominici corporis dignitatem. Quū enim id eſſet verū diuinitatis tēplum, & inſeparabiliter vnitū diuinitati, nō cōueniebat vt vſq; in finē ſeculi in ſepulchro deliteſcēs in terræ puluerē redigeretur. Vnde ex ipſius dñi perſona prophetali vaticinio prædictū fuerat. Nō derelinques animā meā in inferno, nec dabis ſanctum tuū videre corruptionē. Si enim Chriſti caro vidiſſet corruptionē, aut ipſius vſq; ad mundi finē fuiſſet dilata reſurrectio, ipſe ex ſummo redemptionis beneficio humano generi morte ſua intercedente impenſo damnū reportare videretur. & quidē damnū ingens, videlicet adeò longā animæ ſuæ à corpore ſeparationē. Satis erat illas diſpenſatiuè pœnas toleraſſe quæ peccatis noſtris delēdis ſufficerent, dicente Apoſtolo Petro: Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Mortuum verò permanere vſq; ad finem mundi, quia nihil profuiſſet, nullatenus conueniebat.

Reſurrectio Chriſti cur acceleranda. Pſal.

1. Pet. 2.

Secundo, neceſſe fuit Chriſtum poſt modicū tempus reſurgere propter noſtram fidem. Vt enim fides nobis fieret de ipſius diuinitate, decuit vt cito reſurgeret. Et vt firma nobis fides eſſet de vera ipſius humanitate, oportuit vt non mox ſepultus reſurgeret, ſed conueniens atq; ſufficiens

Vt fidei noſtræ cōſultum.

ficiens mora inter mortem ipſius reſurrectionem q; daretur. Porrò ſi non reſurrexiſſet, periſſet fides. Nemo enim credidiſſet aut dei filium fuiſſe, aut natum de virgine, aut humani generis redemptorem. Vnde & diſcipuli quibus de reſurrectione eius nondum ſatis cõſtabat, dicunt: Nos autẽ ſperabamus q; ipſe rẽdempturus eſſet Iſrael. Speraba mus (inquiũt) quaſi euacuata iam fide dicant: Ex quo mortuus eſt quid iam vltrà ſperem? Vnde Apoſtolus: Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra. Proinde ſi Chriſtus non crederetur à mortuis reſurrexiſſe, futuram reſurrectionem mortuorũ quis crederet? Oportuit ergo præexiſtere reſurrectionem in Chriſto, vt alios poſſet à mortuis ſuſcitare. Ego (inquit) reſuſcitabo eos in nouiſſimo die.

Luc. 24.
1. Cor. 15.
Ioan. 6. C

Ad hæc, quia ipſe conſtitutus eſt à deo iudex viuorũ & mortuorum, cui pater dedit poteſtatem iudicium facere, quia filius hominis eſt in forma humana iudicaturus, idcirco tanq; iudex reſurgentium, debuit reſurgendo cæteros præuenire.

Act. 10.
Ioan. 5.

Reſurrectionis Chriſti veritas.

Tertio, oportuit Chriſtum poſt paululum reſurgere ad comprobandam ſuæ reſurrectionis veritatem. Exigit enim reſurrectionis veritas, vt idem in ſubſtantia reſurgat qui mortuus eſt. Ergo tunc reſurgere debuit quando iam adhuc recens erat in diſcipulorum cordibus ſui, ſuiq; mortis memoria, videlicet tertia die. Si enim paulò diutius diſtuliſſet reſurgere, putaſſent fortaſſe diſcipuli non eundem fuiſſe quum reſurrexiſſet, ſed alium quempiam ſimilem ei.

Proinde reſurgere eum oportebat priuſquàm Apoſtoli diſpergerentur, vnuſquiſq; in propria, ſiquidem hoc facto, non ſe omnibus ſimul poſt reſurrectionem ſuam potuiſſet manifeſtare.

Circa ſecundum, quod eſt, diſcipulorum domini verba non intelligentium mutua ſciſcitatio, ſubditur:

Dixerũt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem: Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum & nõ videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid eſt hoc quod dicit modicum? neſcimus quid loquitur.

Quòd

Quòd Domini verba discipuli nõ intelligebant, immen
sa qua angebantur tristitia faciebat, & quòd toties modi
cum illud repetisset. Ergo vel propter tristitiam, vel pro=
pter verborum Christi obscuritatem hoc factũ est, vt con
traria loquutum arbitrarentur. Si videbimus te (dicere
possunt) quo modo abis? Si vadis, quo modo te videbi=
mus? Itaque propemodum confusi facti sunt, & alias mœ
rore occupati, & nunc vel maximè angustia mentis ex eo
premebantur vnde plus cõsolationis accipere potuissent,
si modo intellexissent. Nam & si molestum esset quòd eũ
visuri non erant, solatium tamẽ inde cepissent, quòd post
modicum temporis ipsum denuo forent visuri.

Chryſ. Cur discipuli nõ intelligunt.

Et si graue & molestum eis erat quod de passione &
morte sua dicebat, sed solatio plenum quod adiungebat:
Quia vado ad patrem. nimirum insinuans se morte non
periturum, sed abiturum ad patrem, sicq; à morte transitu
rum ad vitam. Verum isti quomodo hoc intelligere vale=
rent, qui partim ex mœrore (vt dictum est) partim ex fidei
pusillitate nec persuaderi nec induci facile poterant, vt re=
surrectionem illius crederent quum iam resurrexisset, iu=
xta quod exprobrauit postmodum incredulitatem illo=
rum, quanto minus hanc crederent adhuc in cœna?

Mar. vlt.

Quin magis certum esse credebant illud Sapientis,
videlicet neminem vnquam cognitum esse qui sit reuer=
sus ab inferis. Hinc enim nec ipsum resurrecturũ esse cre=
debant, quippe qui de illo magna sentientes, nec hoc sal=
tem quod moriturus esset, intelligere poterant, ex eo for=
san quod audierant dicentem, eum qui sermones suos ser
uaret, mortem non gustaturum in æternum.

Sapi. 2. Ruper. Ioan. 8.

Quam opinionem illi quoque Iudæi falso concepe=
rant qui dicebant. Nos audiuimus ex lege, quia Christus
manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari
filium hominis? Ita discipuli quoque cogitabant quidem
magnum & eximium aliquid de Christo, non tamen cre=
debãt eum tam turpi morte moriturum, rursusq; dehinc
tanta gloria & maiestate resurrecturum. Tantum apud
se cogitabant eum sine morte transiturum ad patrem, si=
cut Enoch, de quo scriptum est, quia ambulauit cum Deo,
& non apparuit, quia tulit eum Deus. Vel vt Heliam, qui
curru igneo subuectus, cum turbine raptus est in cœlum.

Opinio Christũ nõ moriturũ. Ioan. 12. Gene. 5. 4. Reg. 2.

Ad hunc modum putabant Christum quoque abitu=
rum ad patrem, neque vlla ratione poterant apud se mor=
tis tam

tis tam ignominiosæ & adeo glorioſæ reſurrectionis mo
D dum quempiam inuenire. Quamobrem & inter ſe dice-
bant: Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum & non vi-
debitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia
Auguſt. vado ad patrem? Hæc enim Domini verba ita obſcura e-
rant diſcipulis antequàm id quod dixit eſſet impletum,
vt quærentes inter ſe quid eſſet quod diceret, omnino ſe
neſcire faterentur. Nunc vero quod illis tunc obſcurum
fuit, & mox manifeſtatum eſt, iam nobis vtiq; manifeſtũ
eſt. Poſt paululum enim paſſus eſt, & non viderunt eum,
rurſus poſt paululum reſurrexit & viderunt eum.

Cur obſcu- rè loquitur Chriſtus

Poterat ſanè Dominus hæſitantibus diſcipulis quid loqueretur edicere verbis euidentioribus, verum res ipſa mox ſubſequens, omnia commodius erat declaratura.

Ruper. Hoc profecto teneris mentibus expediebat, vt nec omni-
no reticeret, nec totam, ſed ex parte rem immenſi dolo-
ris, verbis prænuntiaret, videlicet ne illa tempeſtas re-
pente nimis irruens, fidei fundamentum in illis peni-
tus euerteret, ſed ſenſim reuelatus dolor fieret tolera-
bilior:

Circa tertium, quod eſt ad hæſitantium diſcipulorũ ignorantiam, Chriſti reſponſio, ſubditur:

Cognouit autem Ieſus quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum & non videbitis me, & iterum modicum et videbitis me.

Chriſtus vt cordis cer- nit occulta. Iob. 42. 2. Reg. 16

E Diſcipulos Dominus ſe iam iam interrogaturos quid nã ſibi voluiſſet ſermo quẽ dixerat oportunè præueniens, o-
ſtendit ſe vt Deum hominum corda cognoſcere, id nem-
pe Deo proprium eſt, ſicut ſcriptum eſt: Scio domine quia
omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Vnde & ad Samu
elem loquens, ait: Deus intuetur cor. De hoc, inquit, quæ-
ritis inter vos, quia dixi, modicum & non videbitis me
& cætera. Hoc præmiſſo non illico eloquitur quod intelle
ctui eorum planum eſſet, videlicet vt diceret: Vnum mo-
dicũ eſt, ab hinc vſq; in horã nonã inſtantis diei, qua trã-
acta ſepeliendus ſum, & iã non videbitis me: & aliud mo-
dicum eſt, ab eadem hora nona vſque in diem tertium,
quo reſurgam, & iterum videbitis me, ſed ita vt ſubiũgit.

Circa

Circa ſecundum principale dicitur: Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit.

Hic ponitur ingruentium rerum manifeſtior explicatio, Vbi Dominus Primo ſuperuenturum diſcipulis prædicit luctum. Secundo, pernicioſum hominum mundanorum denotat gaudium, ibi: Mundus autem. Tertio, triſtitiam ſuorum vertendam dicit in gaudium, ibi: Sed triſtitia veſtra.

Circa primum dicit: Amen amẽ dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos. Siquidem futurum mox erat vt diſcipuli triſtarentur & dolerent ex paſſione Chriſti audientes eum à Iudæis captum, percuſſum, condemnatum, & tandem iri crucifixum. Amen amen, inquit, dico vobis, id eſt, verè verè dico vobis. Quæ geminatio iuramenti rei infallibilitatem ſignificat. Quia plorabitis & flebitis vos. Hoc ideo quia (vt dixi) modicum & non videbitis me, videlicet in triduo mortis meæ. Intereſt autem inter plorare & flere. Ille enim flet, cui tametſi tacito lachrymæ fluunt obortæ: Sed ille plorat qui flens etiam plangentis vocem emittit. At vero nulli dubium quin Apoſtoli in triduo paſſionis & mortis Domini quo eum non viderũt & fleuerunt & planxerunt. Vnde apud Marcum dicitur, quòd Maria Magdalene nuntiauit his qui cum Domino fuerant, id eſt, Apoſtolis, lugentibus & flentibus.

Plorare & flere.

Mar. 16.

Circa ſecundum, vbi Dominus hominum mundanorum pernicioſum denotat gaudium, dictum eſt. Mundus autem gaudebit. Vbi ſubaudiendum eſt. Sed poſtmodum plorabit & vlulabit, quum riſus eius dolore miſcebitur, imo quum breui atque momentaneo riſui interminabilis luctus ſuccedet. Siquidem extrema gaudij eorum, luctus occupabit. Ergo mundi nomine ſignificati ſunt inimici à quibus Chriſtus occiſus eſt, qui vtique tũc lætati ſunt, quando occiſo Dño diſcipuli ſunt contriſtati. Sed tale eorum gaudium contritio duplex abſorbebit.

F

Pernicioſũ mundi gaudium.

Prouer. 14.

Prima quia veniẽt dies in quibus dicent: Beatę ſteriles & vẽtres quæ nõ genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt, videlicet, quando venient Romani, & tollent eorũ locum & gentem prout expauerant. Deinde, quia tãdem videbunt in quem tranſfixerunt.

Luc. 23. Ioan. 18

Poſſunt

Possunt & hæc de amatoribus huius mundi intelligi, qui vtique sunt ille mundus qui totus in maligno positus est. Cuius qui vult esse amicus, inimicus Deo cõstituitur. Qui vtique sunt ille mundus, de quo dicitur: Et mundus eum non cognouit. Cuius mundi, principes tenebrarum rectores sunt. Mundus iste de sua gaudet peruersitate, sicut per Salomonem dictum est: Gaudent quum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.

Iac. 4
Ioan. 1
Prou. 2.

Circa tertium, vbi suorũ tristitiam Dominus in gaudium vertendam promittit, subditur:

Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

Ostendit quòd tristitia parit gaudium, & quòd tristitia breuis, lætitia vero infinita est. Sanè quod hic dicit, & tũc Apostolis, & totius ecclesiæ statui congruit. Vos, inquit, contristabimini. Plorabant quippe tunc & flebant amatores Christi, quum illum (vt dictum est) comprehendi ab hostibus, ligari, ad concilium duci, damnari, flagellari, derisui haberi, ad vltimum crucifigi, lanceari, & sepeliri viderent. Gaudebant mundi amatores (quos ob infimas cogitationes mundum vocat Dominus) quum morte turpissima condemnarent illum, qui grauis erat eis etiam ad videndum. Contristabantur discipuli posito in morte Domino, sed agnita eius resurrectione, tristitia illorum versa est in gaudium, visa ascensionis potentia, iam maiori gaudio subleuati laudabãt Dominũ, vt Lucas testatur.

Beda.
Apostolos vt post tristitia gaudiũ.
Luc. 24.

Sed & cunctis fidelibns (vt iam dictum est) hic sermo Domini conuenit, qui per lachrymas pressuras q; præsentes ad gaudia æterna peruenire contendunt. Qui merito in præsenti plorant, flent, & tristes sunt, quia necdum valent videre quem diligunt. quia quàm diu sunt in corpore, peregrinari se à sua patria & regno cognoscunt, per labores enim & certamina, ad coronam sibi perueniendum esse non ignorant. Quorum tristitia vertetur in gaudiũ, quum finito agone vitæ huius, brauium vitæ perennis accipiunt. De quibus dicitur per Psalmistã: Qui seminãt in lachrymis, in gaudio metent.

G

Gemendi in hac vita causas varias, habes super epistolam Dominicæ quartæ post Penthecosten.

Flentibus itaque & contristatis fidelibus mũdus gaudet, quia iure in præsentibus qualecunque gaudium habent, quã

bent qui alterius vitæ vel nulla esse gaudia putãt, vel se ad hæc pertingere posse desperãt. Quod tñ specialiter de persecutoribus fidei Christianæ potest intelligi, qui cruciatis occisisq; martyribus ad tempus se prævaluisse gaudebant, sed non post multum illis in occulto coronatis, ipsi pœnas perfidiæ suæ simul & homicidii subibant æternas. Quibus diuina increpatione rectè dicitur per prophetam: Ecce serui mei lætabuntur, vos autem confundemini, ecce serui mei exultabunt in lætitia, vos autem clamabitis præ dolore cordis vestri, & præ contritione spiritus vlulabitis. Post mundi gaudia luctus. Esa. 65.

Porro quoniam hic & de gaudio malorum & piorum tristitia euangelicus sermo mixtim pronuntiat, aliquid breuiter de vtroque, id est, de tristitia, & de gaudio dicendum erit.

Primum itaque notandum triplicem esse tristitiam, videlicet, naturalem, secularem, spiritualem. H Tristitia triplex.

Naturalis tristitia est, quam non ab extrinseco quopiam accidente, sed à natura quispiam habet, per quam naturali affectu solet esse tristis. Et quoniam ex iis quæ nobis naturaliter insunt nec laudamur nec vituperamur, consequens est, vt talis tristitia, nos coram Deo nec culpet nec commendet. Quum vero huiusmodi naturales affectiones per liberam voluntatem vel ad bona vel ad mala conuertimus, tunc vtique vel ad meritum nobis vel ad culpam imputantur. Verbi gratia, videre nostrum & audire & cætera huiusmodi, inquantum sunt naturalia per se non habent meritum. Verum inquantum ea vel ad bona vel ad mala inclinamus, vel pœnas meremur vel præmia. Tristitia naturalis.

Secunda est tristitia secularis, quum videlicet in rebus huius seculi tota mens hominis versata ex earum detrimento vel amissione contristatur. Hęc tristitia non modo nullam habet gratiam, sed potius meretur damnationem, de qua tristitia per Sapientem dicitur: Tristitiã longe expelle à te, multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. Quin potius spiritus tristis exiccat ossa. Hæc est tristitia seculi quæ secundum Apostolum mortem operatur, qualis est tristitia illorum qui malè concupitas nequeunt adsequi voluptates, de qua plura in sequentibus. Hac tristitia laborabat ille cui consilium salutis requirenti Dominus ait: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia Tristitia secularis. Eccli. 30. Prou. 17. 2. Cor. 7. Matt. 19.

quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me. Quum enim audisset hoc verbum, abiit tristis, erat enim multas habens possessiones.

I Tristitia spiritualis multiplex. Eccls. 7. 2. Cor. 7. 1. Pet. 2.

Tertia est tristitia spiritualis & bona, de qua per Salomonem dicitur: Cor sapientis vbi tristitia, cor autem stultorum vbi lætitia est. De qua etiam per Apostolū dicitur: Si ad horam contristaui vos, nūc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiā. Contristati enim estis secundū Deū. Quę enim secūdum Deū est tristitia, pœnitentiam in salutē stabilem operatur. De qua & per beatum Petrum dicitur: Hæc est enim gratia, si propter Dei cōscientiā sustinet qs tristitias, patiēs iniuste.

Multiplex autem est huiusmodi secundum deū tristitia. Est enim tristitia compunctionis, est tristitia miserię cordiæ & compassionis ad miseros & afflictos, est tristitia pietatis & deuotiōis in recordatione passionis & mortis nostri redemptoris. Est etiam tristitia zeli propter cōtemptum Dei, qua adfectus Helias, mortem desiderabat, dicens, Sufficit mihi Domine, scilicet hactenus vixisse, tolle animam meam. Altaria tua suffoderūt, & prophetas tuos occiderunt, & relictus sum ego solus, & quærūt aīam meā. Est nihilominus tristitia sanctæ æmulationis, qua quispiā æmulando charismata meliora tristatur se in his non ad votum proficere. Est denique tristitia beatæ expectationis vitæ futurę anxiè desideratæ, qua adficiebatur qui ait: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontē viuū, quando veniā & apparebo ante faciem Dei. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dū dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus? Et rursus: Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et filij captiuitatis: Super flumina, inquiunt, Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion.

3. Reg. 19. Psal.

Itaque omnibus huiuscemodi tristitia pia lugentibus Dñs pollicetur, dicēs: Tristitia vestra vertetur in gaudium. Absterget enim Deus oēm lachrymā ab oculis eorum. Ergo beati qui lugēt, quoniam ipsi cōsolabuntur. Et rursum: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia merces est operi tuo.

Iere. 31. Apoc. 21. Matt. 5.

K

Solatiū pio rū triplex.

Tria sunt autē per q̄ etiā in præsenti vita electorum tristitia lenitur & in lætitiā cōuertitur. Primū est, scriptura sacra, dicente Apostolo: Quęcūq; scripta sunt ad nostrā doctri-

Rom. 15.

doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationē scripturarum spē habeamus. Quid enim æquè vt scriptura diuina(quæ dei sermo est)tristitiam piè lugentium consolatur? Lætatus sum,inquit,in his quę dicta sunt mihi,in domum domini ibimus. Annūtiat sanè cunctis piè lugentibus(vtique in hoc mundo peregrinis)post lachrymas et luctum beatæ & æternæ vitæ suaue refrigerium, prædicat Dei erga nos charitatem,prouidentiam curamq; paternā, testatur eius ,clementiam & misericordiam, & ipsius gratiam & amorem commendat. Cōsolatio scripturarū

Veruntamen hanc scripturarum cōsolationem non potest recipere quisquis in vetustate permanet vitiorum.

Legimus Helisæum prophetam misso in vas nouū sale aquas Iericho pessimas & steriles sanasse, vase illo in aquas misso. Quid per aquas Iericho nisi defluentia huius vitæ tædia, quid per vas nouum nisi cor per respiscentiā & propositum pietatis innouatum designatur? 4. Reg. 2. Aquæ Iericho vt sanatæ mystice.

Porro sal,cœlestis verbi significat sapientiam. Sicut enim salis aspersiōe caro recēs seruatur à scaturigine vermiū & corruptiōe,sic & per eā quæ ex dei verbo habet sapientiā,fidelis quisque à peccati corruptiōe,à verme cōscientię remordētis,qui in dānatis nunq; morietur,& à fœtore famæ sinistræ liberatur. Esto itaque vas nouum hoc mystico sale repletum,& oīa vitę huius tristia(quasi amaras aquas iam sanatas tibi & dulcoratas) superaueris.

Secundū per quod electorū tristitia lenitur et in gaudium cōmutatur,est gratia spiritꝰ sancti,qua repleti Apostoli ibāt gaudētes à conspectu concilii,quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. Hæc enim est (vt canit ecclesia)in labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium. Hæc eum quem inhabitans fouet,pauperta-te diuitē,humilitate sublimē, contēptu facit gloriosum. Vituperia,cōtumelias,opprobria,cōdecorat. Oīa denicꝰ deū diligētibus cooperari facit in bonū. Porro gratia hęc dei amor seu charitas est. Amor aūt nō laborat. Et vt qdā sanctorū ait: Vbi amor,nō labor,sed sapor. Hæc est illa prophetę farina quæ ollam pulmenti amarissimi dulcorauit. Scriptum quippe est quemadmodum temporibus Helisęi fames erat in terra, & dixit vni de pueris suis: Pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis prophetarum . Et egressus est vnus in agrum vt colligeret herbas agrestes. Inuenitque quasi vitem syluestrem & colle

L Solatiū gratiæ spiritus sancti. Act. 5.

Rom. 8 August.

4. Reg. 4. Olla Helisęi mystice.

& collegit ex ea coloquintidas agri, & impleuit palliũ sũ
um, & reuertus conscidit in ollam pulmenti. Nesciebat e
nim quid esset. Infuderunt ergo sociis vt comederent.
Cumq; gustassent de coctione, exclamauerunt dicentes:
Mors in olla vir Dei. Et non potuerunt comedere. Cum
que vir Dei misisset farinam in ollam, non fuit amplius
quicquam amaritudinis in olla.

Tempus famis, defectum spiritualis annonæ (id est,
verbi Dei quo viuit homo) designat. filii prophetarum, fi:
deles quique sunt qui ea nunc credunt quæ olim prophe
tæ prædixerunt. Heliseus Christum, vnus de pueris eius
cui de pulmento esurientibus parando præcipit, quilibet
cœlestis verbi prædicator est.

Ager quem colligendi victus gratia ingreditur, latis
tudo sanctarum est scripturarum. Contingit autem illic
Dulcia & amara. colligere & quæ dulcia sunt, & quæ amara. Dulcia quippe
sunt æternæ beatitudinis promissa præmia, amara verò
sunt peccantibus gehennæ supplicia comminata.

Ezech.18 Dulce sapit. Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem
peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Dulce sapit. Veni
Matt.11. te ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refi
ciam vos.

Eccli.41. Amarum vero. Væ vobis viri impĩ qui dereliquistis
legẽ altissimi, quia si nati fueritis, in maledictione nasce
mini, & si mortui fueritis, in maledictione erit pars ve
stra. Et illud: Dico vobis, nisi pœnitentiam habueritis, oẽs
Luc.13. similiter peribitis. Amarum sapit & illud quod per B. Pe
1.Pet.4 trum apostolum dicitur: Si vix iustus saluabitur, impius
& peccator vbi parebunt? Amarum sapit vsurariis & cæte
ris omnibus iniquis præceptum debitæ restitutionis.

Matt.5 Odia simultatesq; gerentibus amarum sapit: Vade primũ
reconciliari fratri tuo. Et illud: Si non dimiseritis homi
nibus peccata eorum, nec pater vester cœlestis dimittet vo
bis peccata vestra. Amarum sapit humiliario superbis, ca:
stitas impudicis, largitas auaris. Nescit autem is qui colli:
git quid ea sapiãt singulis quę ipse prędicãdo quodãmodo
infundit, sapiunt vero atq; diiudicant epulatores.

Olla pulmenti grandis in quam collecta conscidun:
tur, mens seu memoria est prædicatoris. Qualis fuit mẽs
illius qui ait: Concaluit cor meum intra me, & in medita
tione mea exardescet ignis.

Sed quoniam veritas odium parit, & qui nolunt cor
rigi

rigi, nec corripi aut se redargui patiuntur, quodammodo proclamant: Mors in olla, nec possunt quæ apponuntur incorporare, sed festinant ea à memoria per obliuionem quodam modo euomere, & ea detestando vituperare, dicentes: Durus est hic sermo. Et quis potest eum audire? Ioan. 6.

Perdurat autem hęc amaritudo quoadusq; per immissam sancti spiritus gratiam formidata difficultas euanescens in facilitatem, & gustata prior amaritudo in dulcedinem conuertatur, sicq; fit vt nihil amaritudinis vltrà sit in olla euangelici pulmenti.

Tertium per quod piorum tristitia in lætitiam vertitur est recordatio passionis & crucis Christi. Facile enim leuia ac minima nostra ferimus, si illa maxima quæ pro nobis ipse pati dignatus est debita consideratione pensamus. M Solatium passionis Christi.

In cuius rei typum in Exodo scriptum est, quemadmodum aquæ fluminis Marath quæ amaræ erãt, ita quod bibi non possent, immisso in eas ligno quod Moysi Dominus ostendit, in dulcedinem versæ sunt. Et nobis quidem Dominus lignum suæ crucis ostendit, quo vitæ huius tædia nobis mitigentur. Exod. 15. Aquæ Marath vt dulcoratæ.

Cæterum iuxta triplicem tristitiæ præmissam distinctionem etiam gaudium tripliciter distinguitur. Est enim gaudium naturale, est gaudium seculare, est & gaudium spirituale.

Naturale gaudium est quod ex sua complexione homini naturaliter insitum est, quo naturaliter vnus alio iocundior est, de quo gaudio per Salomonem dicitur: Cor gaudens exhilarat faciem. Et rursum: Animus gaudens ætatem floridam facit. Gaudium naturale. Prou. 15. Prou. 17.

Gaudium seculare est, quod de voluptate carnis & cęteris mundi vanitatibus seculi huius amatores accipiunt, quibus dicitur à Domino: Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. De quo gaudio scriptum est: Gaudiũ hypocritę ad instar pũcti. Et rursum alibi: Stultitia est gaudium stulto. Et rursus: Risum reputaui errorẽ, & gaudio dixi, qd frustra deciperis? Quàm vero prę posterũ sit hoc gaudiũ propheticus sermo patefacit, dicens: Vocabit dñs Deus exercituũ in die illa ad fletũ, & ad planctũ, ad caluitium, & ad cingulũ sacci, & ecce gaudiũ & lętitia, occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Gaudiũ seculare. Luc. 6. Iob 20. Prou. 15. Eccles. 2. Esa. 22.

Gaudiũ spi-rituale. Gaudium spirituale est, quod per spiritum sanctum purisac pijs mentibus infunditur, de quo per Psalmistam dicitur: Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Et iterum: Secũdum multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animã meã. Et alibi: Re-

Psalm. 20.

Eccli. 1. ligiositas iocunditatẽ atq; gaudiũ dabit. De quo rursum dicitur: Post tempestatem tranquillum facis, & post la-

Thob. 3 chrymationẽ & fletum, gaudiũ & exultationẽ infundis.

Gaudium naturale, nec pœnam meretur nec præmium. Gaudiũ seculare meretur supplicium, sicut scriptum

Iob. 21. est: Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitũ organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernа descendunt. Gaudium spirituale meretur præmium lętitiæ sempiternæ. Vnde Dominus in Euãgelio. Hæc loquu-

Ioan. 15. tus sum vobis vt gaudiũ meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur, quasi dicat, Vt per gaudium meriti, ad præmiũ gaudium veniatis.

HOMILIA ALTERA.

MVlier quũ parit tristitiam habet, quia venit hora eius. Ioan. 16.

In hac parte euangelicæ lectionis duo notantur. Vnum est, congruæ similitudinis adsignatio. Alterum, propositæ similitudinis ad rem intẽtam applicatio, ibi: Et vos igitur.

Circa primum dicitur:

Mulier quum parit tristitiam habet, quia venit hora eius. Quum autem pepererit puerũ iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

Metaphora de muliere parturiẽte. NAttende quemadmodum saluator ostẽdens quoniã tristitia parit gaudium, & quia tristitia breuis, lætitia verò sequens perpetua, manifesto cunctis vtitur exemplo, dicẽs: Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Quum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

Hac parabola in rebus calamitosis designãdis vsi sunt etiam prophetæ, vt est illud Esaiæ: Torsiones & dolores

Esa. 13. tenebunt quasi parturiens dolebunt. Et apud Ieremiam:

Quoniã

Quomodo cõgemuisti quum veniſſent tibi dolores quaſi dolores parturientis. Porrò ſicut per dolorem parturitionis peruenitur ad partus gaudium, ſic diſcipuli per triſtitiam de domini morte peruenturi erant ad immenſum de ſua reſurrectiõe gaudium. Inſinuat autem & ipſe doloribus mortis ſolutis, ſe nouum in reſurrectione hominẽ quodammodo naſci fecerit poſthac nõ corrumpendum. Theo.

Quum pepererit (inquit) puerũ. Maius gaudiũ eſſe cõſueuit, quando non puella ſed puer naſcitur. Et attende quemadmodum nõ dixit: Iam nõ meminit preſſuræ, quia natus eſt ei puellus, ſed qa natus eſt homo in mundũ. Hoc enim nõ ocioſe dixit, ſed tacitè volens inſinuare & ipſe ſit ille natus homo in mundũ. Natus (inquã) per reſurrectionẽ, ad incorruptibilem & immortalem vitam. Chriſto reſurgere natũ fuit.

Inſinuat nihilominus ſanctã eccleſiã mulierẽ magnã eſſe & inclytã, eiuſq; virũ ſiue maritũ patrẽ omniũ deũ, puerũ aũt eius quẽ ex eodẽ viro per magnã veri amoris cõcepit gratiã, ipſum eſſe qui hæc loquitur dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Hũc enim tũc primitus per fidẽ cõcepit, quãdo iã adoleſcẽtula in Abrahã audiuit promiſſiones dicẽtis in ſemine tuo benedicẽtur oẽs gẽtes, & credidit, & extunc mẽte grauida promiſſionis verbũ baiulãs tandẽ diu deſideratũ puerũ mulier eadẽ videlicet eccleſia (cuius beati Apoſtoli magna portio erãt) in magno dolore & anguſtia paſſionis, enixa eſt, viditq; eũ in diẽ æternitatis fœliciter naſcentẽ, id eſt, à mortuis reſurgentẽ (vt dictũ eſt) & iã nõ meminit preſſurę propter gaudiũ, quia natus, quia renatus eſt, & rediuiuus eſt homo in mundũ redemptũ & ſaluatũ, vt mũdi, imò cœli & terræ, & oẽm quæ in eis ſunt obtineat principatũ. Ruper. Similitudinis applicatio. Gen. 22.

Poſſunt nihilominus hęc ad eũ qui ſequitur ſenſum exponi ſecundũ Bedã, videlicet, vt mulier hæc ſanctã (vt iam dictum eſt) deſignet eccleſiam, videlicet propter fœcunditatem bonorum operum, & quia ſpirituales deo filios gignere vnquam non deſinit, de qua alibi dicit: O

Simile eſt regnũ cœlorũ fermẽto, quod acceptũ mulier abſcõdit in farinæ ſata tria, donec fermẽtaretur totũ. Mulier quippe fermentũ accepit, quũ eccleſia vim ſuperne dilectionis & fidei dño largiente cõſequuta eſt. Abſcõdit hoc in farinæ ſata tria donec fermentaretur totũ, quum Aſiæ, Aphricæ, & Europæ famoſiſſimis mundi partibus verbum vitæ miniſtrauit, donec omnes terrarum termini regni cœleſtis amore flagrarent. Beda. Mat. 13. Fermentũ in tria ſata farinę.

Mulier hæc quum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius, quia ſancta eccleſia quandiu in mundo ſpiritualium virtutum profectibus inſiſtit, nunq̃ mundi tentationibus deſinit exerceri. At quum deuicto laborum certamine ad palmam peruenerit, iam non meminit preſſuræ præcedentis propter gaudium perceptæ retributionis. Non enim ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad ſuperuenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis. Rom. 8.

Non meminit (inquit) preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Sicut enim mulier nato in hoc mundo homine lætatur, ita eccleſia nato in vitam futuram fidelium populo digna exultatione repletur, pro qua eius natiuitate multum laborans & gemens, in præſenti quaſi parturiens dolet. Nec nouum debet cuiquam videri ſi natus dicatur, qui ex hac vita migrauerit. Nam quomodo conſuetè naſci dicitur, qui de vtero matris procedens hanc in lucem egreditur, ita etiam rectiſſime poteſt natus appellari, qui ſolutus à vinculis carnis ad lucem ſublimatur æternam. Vnde & mos obtinuit eccleſiaſticus, vt dies beatorum martyrum ſiue cõfeſſorum Chriſti, quibus de ſeculo tranſierunt, natales vocitemus, eorumq; ſolennia, non funebria, ſed natalitia dicantur. Obitꝰ ſanctorũ natalis eorum.

Circa ſecundum dicitur:

Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum. Et gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

Hic notatur propoſitæ ſimilitudinis ad rem intentam applicatio. Itaq; dominus exponẽs paradigma quod de mulicre propoſuerat, inquit: Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis. Quod de ipſis quidem diſcipulis facile intelligitur, quia triſtitiam habuerunt paſſo ac ſepulto domino, ſed completa reſurrectionis gloria gauiſi ſunt viſo domino. Et gaudium eorum nemo tulit ab eis, quia ipſe dominus eorum gaudium fuit, quod nemo ab eis tollere potuit, quia iam tunc amplius moriturus non erat. Parabola de diſcipulis exponit

Sed dicat aliquis: Nónne domino in cœlos aſcendente, & iam exinde graſſante in Apoſtolos perſequutore ablatum eſt eis gaudium eorum? Reſpondetur: Et ſi poſtmodum perſequutiones pro Chriſti nomine ac tormenta paſſi Beda.

ta passi sunt, spe tamen resurrectionis & visionis illius accensi, libenter aduersa quæq; ferebant, imò omne gaudiũ existimabant quum in tentationes varias inciderent. Denicq; cæsi à principibus sacerdotum, ibant gaudentes à conspectu cõcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Gaudium vticq; eorum nemo tulit ab eis, quia talia patiendo pro Christo, meruerunt regnare sine fine cum Christo. Gaudium quod nemo tollit. Act. 5.

Iterum (inquit) videbo vos, qui nunc tristitiam habentes quasi mulier estis quæ in vtero habens clamat parturiẽs & cruciatur vt pariat, sed iterum videbo vos, vobisq; videndus apparebo, separatus quidem à vestræ mortalitatis consortio, sed bono vestro quodammodo renatus & immortalis effectus. Et gaudebit cor vestrum. Nam & si corpus vestram etiam occiderint, sic quoq; cor vestrum gaudebit. Quia gaudium vestrum non in carne quæ occidi potest, sed in corde vel animo quem persequutor occidere non potest, repositum erit.

Mysticè etiam omnis ecclesia per huius vitæ labores & angustias ad æterna cœlestium tendit premia gaudiorum, adtestante Apostolo: Quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Quòd autẽ ait: Iterũ videbo vos & gaudebit cor vestrum. Videbo vos dixit, eripiam vos ab aduersariis, coronabo vos victores, me vos decertantes semper vidisse probabo. Q. Beda. Act. 14. Cõsolatio propter Christũ pressis.

Quando enim nõ videret suos maximè pressuris circumuentos, cum quibus ipse omnibus diebus seculi manere promisit? Sed morientibus inter tormenta fidelibus arbitrabantur eos tortores diuino carere præsidio dicentes: Vbi est deus eorum? Vnde quidam ex his circumseptus erumnis, aiebat: Vide domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus meus. Quòd est apertè dicere: Quoniam inimicus insequens ceruicem superbiæ contra tuos humiles attollit, tuo nos auxilio conditor noster omnipotens subleua, deuictis ac repulsis hostibus, nostros semper agones te vidisse ac tibi hos placuisse comproba. Videt itaq; electos post tristitiam dominus, quum eorum patientiam impugnatore damnato remunerat. Mat. vlt. Thre. 1.

Si ergo & ipsi salubri nunc tristitia adficiumur, si iuxta hortamenta Apostoli spe gaudentes, in tribulatione existimus patientes, si nostra errata, si miserias proximorũ debita lamentatione deflemus, videbit & nos iterum Rom. 12.

dominus, id est, videndum se nobis ostendet in futuro, qui quondam nos videre fidei suæ nobis agnitionem largiendo dignatus est. Videbit vt coronet, qui quondam vidit vt vocaret. Videbit & gaudebit cor nostrum, & gaudium nostrum nemo tollet à nobis. Quia hæc est vera & vnica merces eorum qui secundum deum contristantur de perpetua eius visione gaudere. Quam profectò mercedem promisit ipse, quum ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Mat. 5.

Regula. Iuxta præmissa, id est, tristia & læta attende, conuersionem quadrifariam. Conuertitur enim electorum tristitia in lætitiam, de qua conuersione superius dictum est. Lætitia in tristitiã vertitur.

Secundo, conuertitur lætitia in tristitiam, sicut scriptum est: Versa est in luctum cythara mea, & organũ meum in vocem flentium, & hæc est stulta lætitia reproborum, quæ gehennæ tormentis venit compensanda, iuxta quod in Apocalypsi dicitur: Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Hac lætitia, quasi quadam male dulci cantilena maligni spiritus carnales homines quasi pecudũ greges, ducũt & seducũt. Iob. 30. Apoc. 18.

In Machabæorum historia scriptum est, quemadmodũ filij Iambri cum timpanis & musicis & apparatu multo adducebant sponsam filiam vnius de magnis principibus Chanaan. Irruit autem super eos Ionathas dux populi Israel, & occidit eos, & accepit spolia eorum. Et conuersæ sunt nuptiæ in luctum, & vox musicorum ipsorum, in lamentum. 1. Mach. 9. Animę per cuntis typ?

Iambri diabolum significat, interpretatur enim dies amaricans. Dies seu lux, imò lucifer, ille fuit ante ruinam, postmodum verò amaricans. Siquidem inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarum. Huius filij, nõ natura sed similitudine & imitatiõe sunt dæmones vniuersi. Chanaã mũdum hunc designat, interpretatur enim cõmutatus, iuxta illud: Mundus transit & concupiscentia eius. Nunq̃ enim in eodem statu permanet. Principes Chanaan, id est, mundi huius, sunt illi, de quibus nos Apostolus præmonet, dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, cõtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Istorum principum, anima peccatrix & filia dici potest & sponsa. Filia propter imitationem, sponsa propter pactionem. Pepigisse enim probatur fœ- Sap. 2. 1. Io. 2. Ephe. 6. Esa. 23.

dus

dus cum morte,& pactum fecisse cum inferno.

Hæc ipsa nunc cum gaudio vano deducitur in perditionem, quum repentè & dum non speratur mortis hora adest improuidis. Ionathas,id est, Christus dñs cui omne iudiciũ dedit pater, (interpretatur nempe Ionathas filius columbæ) irruit iudicaturus,iuxta quod in prophetia ad animam adulteram loquitur,dicens:Ecce ego iudicio contendam tecum. Is itaq; superueniens dum vanis gaudijs finem imponit,quasi peccatricis animæ spolia tollit. Occidit insuper dum mittit in gehennam,vbi erit fletus & stridor dentium. Vnde bene dictum est, quia conuersæ sunt nuptiæ in luctum,& vox musicorum in lamentum. Mat.13.

Tertio, conuertitur lætitia in lætitiam, nam sancta lætitia,quæ hic de spe vitæ æternæ,de dei & proximi dilectione, de bonæ testimonio conscientiæ, de attestatione spiritussancti habetur,in lætitiam perpetuã electis cõmutabitur, iuxta quod scriptũ est:Fons paruus crescit in fluuium magnum, & in lucẽ solemq; conuersus est. Fons est charitas ipsa & consolatio spiritussancti. Vnde dominus in Euãgelio:Aqua quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternã Et quidem omne gaudiũ quod hic habetur ex consolatione spirtussancti, collatum gaudio sempiterno exiguũ est, fons paruus est, sed illic in fluuiũ, id est, in gaudium abundans & immensum commutabitur. Per lucem verò dies illa signatur quæ nescit occasum. Lætitia in lætitiam. Hes.10. Io.4.

Quarto,conuertitur tristitia in tristitiam, tristitia mala & temporalis,in tristitiam sine fine mansuram. Vbi cõsiderandum est quorum hominum est tristitia mala. Itaq; male tristes sunt. Tristitia in in tristitiã.

Primo, omnes qui idcirco tristantur quia mala quæ volunt opere adimplere non valent. Tristantur sanè quia cõsequi nequeunt quæ malè concupiscunt, quæcunq; sint illa, siue carnis voluptates, siue iniuriarum vltiones, siue pecuniæ thesauri,siue fastus & pompæ, vel quoduis aliud huiusmodi.

Secundo,male tristes sunt, qui ob peccata sua immissis aduersitatibus aut doloribus à deo flagellantur,nec tamen emendantur. Quid enim iis superest nisi vt ex temporali tristitia corruant in æternam. Nam quos temporalia flagella nõ corrigunt,ad perpetuæ damnationis mala perducunt. Malè tristes qui.

Horum in præsenti vita castigatio, rectè per virgam Moysi

Exo 4. Moysi quæ in colubrum versa est, designatur. Illa verò quæ subiectos & humiles emendat, per virgam Aaron quæ refloruit & attulit fructus, fuit præfigurata.

Num.16. Castigatus sanè fuit à domino Anthiocus impius, & quidem cruciatibus & doloribus acerbis, sed minimè emendatus, de quo scriptum est: Orabat sceleſius dominum à quo non erat misericordiam consequuturus. Nam cuius vitam tribulatio præsens non corrigit, non expiat actiones.

2.Mac.9.

2.Re.12. Porrò Dauid post culpam castigatus, emendatus est.

T Tertio, male tristes sunt inuidiæ liuore tabescentes.

Inuidię typus. Vnde quidam inuidiam ipsam similitudinariè describens habitationis suæ domum qualis sit depingit, dicens:

Ouidius 2.Metha. Protinus inuidiæ nigro squallentia tabo
Tecta petit domus, & est in vallibus imis.
Abdita sole carens, non vlli peruia vento.
Inuidiæ domus. Tristis & ignaui plenissima frigoris, & quæ
Igne vacat semper, caligine semper abundat.

Quòd inuidiæ domus sita est in vallibus imis, Illud significat quod in Iob scriptũ est: Paruulum occidit inuidia. Nemo enim nisi qui se inferiorem conspicit inuidet tanq̃ sublimiori. Tegitur inuidiæ domus nigro tabo, id est, sanie horrida & venenosa, quo significatur, quia tota hominis inuidi loquutio est de culpis & vitiis alienis. Domus inuidiæ caret sole, id est, Christi gratia, qui est sol iustitiæ. Caret vento. Nam venti bonarum narrationum de proximo, inuidum occidunt. Domus inuidię semper est tristis. Inuidia enim, de alieno bono tristitia est. Inuidię domus semper igne carens ignauo frigore plena est, quia nemo inuidus feruet charitate. Caligine semper abundat, quia mente cęca non nisi peruersè iudicare nouit.

Iob.5.

Inuidiæ persona. Personam verò inuidiæ describens, dicit:

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.
Nusquàm recta acies, liuent rubigine dentes.
Pectora felle virent, lingua est subfusa veneno.
Risus abest omnis, nisi quem fecere dolores.
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis,
Sed videt ingratos sibi tabescitq; videndo.
Successus hominum carpit, & carpitur vna
Supplicium q; suum est.

Sensus horum versuum satis patet.

Proinde modum incedendi ipsius effingit dicens:

Indoluit, baculumq; capit, quem spinea totum

Vincu-

Vincula cingebant, opertaq; nubibus atris
Quacunq; ingreditur florentia proterit arua,
Exuritq; herbas, & summa cacumina carpit. Inuidiæ
Adflatuq; suo populos, vrbesq;, domosq; operatio.

Polluit. fert baculũ spinosum, quia id vnde inuidus fulciri sustentariq; deberet, ipsum pungit, nec est vllum alterius bonum quod ipsum posset delectare.

Operitur nubibus atris, quia inuidus in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò vadat, quia tenebræ excæcauerũt oculos eius. Florentia proterit arua. Quia inuidꝰ nõ nisi illis nocet qui aliqua virtute vel bono quolibet florere noscuntur.

Interrogasse quidam dicitur à quodam sapiente, quo pacto nullos sibi inuidentes haberet, ille respõdit: Si nihil ex magnis rebus habueris, nihilq; laude dignum gesseris. Nam sola miseria cadit inuidia. Nota.

Exurit herbas i. iuuenes virtute aut scientia, proficientes. Denicq; adflatu, id est, verbo malitioso, sermone detractorio, omnẽ vrbem, & omnẽ quem attingit polluit populũ. Quis iam tam triste, tam pestiferũ non vitet, exhorreat, & detestetur monstrum? Ait Salomon: Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi. Prou. 25

Quarto male tristes sunt hypocritę. Vt enim alios decipiant, exteriorẽ quandam simulant tristitiam & fucum sanctitatis. De quibus in Euangelio saluator nos prẽmonet dicens: Quum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritę tristes. Horũ simulationi nõ esse credendũ prædmonuit qui ait: Hypocritæ tristes.

Frontis nulla fides, quis enim non vicus abundat,
Tristibus obscœnis? Iuuenalis.

Porrò tales qui rigidã in publico tristitiam simulant, plerunq; lasciuiunt in occulto. Later enim plerunq; sub tristi amictu lasciuia, & deformis horror vili vesie obtexitur, vt secreta tegantur petulantium animorum. Ambrosius in ser.

Quinto male tristes sunt cupidi & auari, qui vel vt acquirant vel acquisita conseruent, perpetua solicitudine remordentur, iuxta quod de quolibet eorũ per Sapientem dicitur: Cũcti dies eius ærumnis & doloribus pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Talis ille erat de quo superius dictũ est, qui audito à saluatore perfectionis cõsilio abiit tristis, quia erat multas possessiones habens. Auari tristes. Eccẽs. 2 Mat. 19

Denicq; omnium pessime tristes sunt de Dei misericordia desperantes. Contra quam tristitiam nos prædmonet Desperãtes tristes.

Aposto

1.Thes.4 Apostolus dicēs: Non cōtristemini sicut & cęteri qui spem
Eccl.14 non habent. Vnde & per Sapientē dicitur: Felix qui nō habuit animi tristitiam, & nō excidit à spe sua. His omnib⁹ male tristibus nō dicitur: Tristitia vestra vertetur in gaudium, sed potius: Tristitia vestra in perpetua gehennæ supplicia vobis cōuertetur. Sed nec ad se vllatenus pertinere putēt illud: Beati qui lugēt, quoniam ipsi cōsolabūtur, qui tristitia huius seculi (quæ mortē operatur) tabescentes, perpetuæ damnationis sibi luctum adscisc unt.

Dominica quarta post Pascha.

VAdo ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Ioan.16.

Præsens sancti Euangelij lectio tria potissimum comprehendit Primū est, Cōtristatis discipulis promissa cōsolatio Secundū est, mundanę perfidiæ futura per spiritū reprehensio, ibi: Et quum venerit. Tertium est, promissa discipulis per spiritū eruditio, ibi: Quum autem venerit ille spiritus veritatis.

Circa primū tria notātur Primum est, recessus Christi denuntiatio. Secundum est, ob Domini recessum apostolorum cōtristatio, ibi: Sed quia hæc. Tertium est, declarata discipulis vtilitas & cōsolatio, ibi: Sed ego.

A Circa primum dicit: Vado ad eum qui misit me. Vado inquit, nunc in præsenti. Iam enim quum hæc verba dicebat, de passione sua inter Iudæos agebatur. Exierat enim Iudas de cœnaculo, & cū Iudæis tractabat quo modo eum traderet illis. Et post modicū temporis tentus fuit ab eis.

Gal.4. Vado (inquit) ad eum, id est ad patrē, qui misit me, id est, incarnari constituit, dicēte Apostolo: Vbi venit plenitudo tēporis, misit Deus filium suum factum ex muliere.

Triplici via Chūs rediit Sanè triplici via saluator noster ad patrem rediit, passionis scilicet, resurrectionis, & ascensionis. Via passionis fuit dolorosa & amara, iuxta quod in Euāgelio scriptum est: Tunc

est: Tunc cœpit pauere & tædere, & ait discipulis: Tristis Marc.14
est anima mea vsq; ad mortem.

Via resurrectionis fuit gaudiosa. Vnde ex persona ipsius resurgentis per Psalmistã dicitur: Lætatum est cor meum & exultauit lingua mea, insup & caro mea requiescet in spe. Quoniam nõ derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Via ascensionis fuit triumphalis & glorioſa. Vnde & per eundem dicitur: Ascendit Deus in iubilationem. & dominus in voce tubæ, nempe victor & triumphator. In voce tubæ ascendit, vt futuri aduentus sui ad iudicium speciem præmonstraret. De quo per Apostolum dicitur: Quoniam Dominus in iussu & in voce archãgeli & in tuba dei descendet de cœlo. Et per Psalmistam: Domine dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Et subditur: Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. 2.Thes.4.

Sed quomodo filius redire ad patrẽ dicitur, à quo nec loco nec natura distabat? Responsio: Duob⁹ modis rediit. Vno modo, secundũ humanitatem, quia quum ante passionem adhuc vita vegetabili & sensitiua vteretur, quę longe distat à deo, postmodum humanitate glorificata in sola visuit speculatione deitatis. Filius vt ad patrẽ rediit

Alio modo rediisse dicitur secundum naturam deitatis, sed hoc quantũ ad notitiam creaturæ, quia ille qui solũ homo credebatur, ac per hoc natura penit⁹ distare à Deo, postea per mortem, resurrectionem, & in cœlos ascensionẽ venit in notitiam creaturæ, & sic quodammodo ad Deum rediit, qui Dei filius creditus est. In morte enim eius Dei filium ac per hoc Deum esse dæmones cognouerunt, comperto q̃ humanum genus spoliatis inferis redemisset. In resurrectione crediderũt discipuli, post ascensionem verò crediderunt omnes gentes.

Vado, inquit, ad eum qui misit me. Diligẽter perspiciẽdum est quid dñs hoc dicẽs intenderit, subiungẽs, & nemo ex vobis interrogat me quó vadis. Et quidẽ quum hæc diceret abitur⁹ erat in cœlũ tã manifesta ascẽsione, vt nõ op⁹ fuerit vlli apostolor⁹ interrogare eum, quo vadis, vidẽtib⁹ illis quia eleuat⁹ est, & nubes suscepit eum ab oculis eorũ. Verum sic eo vadẽte, nõ tristitia, sed gaudium impleuit cor eorum, sicut Lucas testatur: Quia & ipsi adorantes reuersi sunt in Ierusalem cum gaudio magno. B Act.1. Ibidem.

Itaq;

Itaq; nõ triſtitia ſed gaudium corda diſcipulorũ impleuit,
pro eo q ipſis cernentibus ſaluator in cœlum aſcẽdit. Ait
Ioan.16 autem hic: Amẽ dico vobis quia plorabitis & flebitis vos,
mundus autem gaudebit. Vera ergo ratio poſtulat, de via
vel tranſitu paſſionis eius hoc dictum intelligi, de quo hic
Ioan.13 idem Euangeliſta ſuperius dixerat: Sciẽs Ieſus quia venit
eius hora vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem.

C Bene igitur quũ de aſcẽſione ſua dixiſſet: Vado ad eũ
Ioan.13 q miſit me, addidit, & nemo ex vobis interrogat me quò
vadis? Superius enim quum de ſua paſſione proteſtaretur
Ioan.14 dicens: Quò ego vado, vos nõ poteſtis venire, interroga-
uit eum Petrus, & ait: Domine quò vadis? Et iterum: Do-
mine neſcimus quò vadis, & quomodo poſſumus viam ſci-
re? & videbantur ſibi promptis animis poſſe modo ſequi,
& parati eſſe cum eo & in carcerẽ & in mortem ire, at illi
fugere habebant & eum ſolum relinquere quem ſic inſtan
ter interrogabant. Reſpondit ergo ad Petri ſciſcitationẽ
Ioan.13 dicens: Quò ego vado, nõ potes me modo ſequi, ſequeris
autem poſtea, quia nimirum paſſionis mortiſq; eius myſte
rium, necdum intelligere, necdũ poterant imitari. Maieſta
tem verò aſcenſionis ſtatim vt videre, cognouerũt, totiſq;
animi votis vt ſequi mererentur optabant.

Circa ſecundum, quod eſt, ob Domini diſceſſum diſci
pulorum contriſtatio, ſubditur:

Sed quia hæc loquutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum.

*Videbat Chriſti cor diſcipulorũ ſuorum ex iis quę loqu
tus fuerat verbis, non modo triſte, ſed etiam triſtitia plenũ
eſſe. Prædixerat eis mundi odium, perſequutiones & exe
Ioan.16 crationes, dicens: Abſq; ſynagogis facient vos. Sed multo*
Diſcipl'is vt futura ma- *grauius eſt quod ſubiecit: Venit (inquiens) hora vt omnis*
la prædicit. *qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.
Sed hoc vel maximè impleuit cor eoꝝ triſtitia, quia quum
omnia iſta paſſuri eſſent propter eum, iam ab eis ipſe rece-*
Theophy. *debat. Itaq; valde grauati ſunt triſtitia diſcipuli, quum au
dirent talia eis euẽtura. Idcirco & Dominus: Hæc, inquit,
tam dura vobis ab initio nõ dixi, non vt ignorãs, ſed quia
vobiſcũ eram, & ſufficiens ad me confugium habebatis, &
omne certamen in me reiiciebatur. Ipſi verò in omni ſe-
curitate eratis, igitur nõ opus erat talibus vos ſermonib9
tunc præparari & præmuniri, ſed nunc vadens ad patrem
meum,*

meum,& vos relicturus ea prædico,vt vosipsos muniatis.

Sed quomodo paulòante dixit,hæc vobis ab initio nõ dixi,quandoquidẽ apud Matthæum longe antè conuocatis discipulis dixerit: Ad præsides & reges ducemini propter me. Respondet Theo. Dixit quidem,ad præsides ducemini,non autem occident vos vt impios & pernicioſos & inimicos Dei. Et aliter. Illic quidem dicit quæ à gentibus eis infligenda,nunc autem quæ à Iudæis. Cap.10.

Tristitia,inquit,impleuit cor vestrum. Quasi dicat: Gaudendum vobis est,quia vado ad patrẽ,præsertim,quia (vt superius dixi vobis)ego vadens rogabo patrem,& aliũ paracletũ dabit vobis,& quia in domo patris mei mãsiones multæ sunt,in qua præeunte ac duce hoc paracleto accipiam vos ad meipsum,sed nunc ecõtra tristitia impleuit cor vestrũ,quia hæc loquutꝰ sum vobis,& quia in hac humana cõuersatione præsentẽ me semper habere cupitis. Nunc autem præ tristitia confusi estis,& propter grauium expectationem concussa sunt corda vestra. Sciebat nimirum quid hæc sua quæ loquebatur verba in discipulorum cordibus agerẽt,quia videlicet tristitiam magis de absceſſu quo eos desereret,q̃ de ascensu quo patrem peteret lætitiam, generarent. Spiritualem quippe interius nondum habentes consolationem,quam per spiritũ sanctum erant habituri, id quod exterius in CHRISTO videbatur amittere metuebant: & quia se id amissuros esse illo verè denuntiante dubitare non poterãt,contristabatur humanus affectus,quia carnalis desolabatur aspectus. Theo. Augusti.

Circa tertium, quod est, declarata discipulis vtilitas & consolatio, subditur:

Sed ego veritatẽ dico vobis,expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero paraclẽtus non veniet ad vos.

Magno sententiam suam pondere firmauit,dicendo, ego veritatẽ dico vobis:Expedit vobis vt ego vadam,quia per Christi passionem hoc actum est q̃ gratia spiritus sancti in nos effusa est.Nam si absque passione in cœlos ascendisset, profectò iste spiritus gratię qui per sanguinem eius peccata remittit datus non fuisset,quod ipse sua confirmat sententia dicens:Amen amen dico vobis,nisi granũ frumenti cadens in terram mortuum fuerit,ipsum solum manet. Ob hoc ergo nobis expediebat vt abiret, quia factum nõ D Ioan.12.

esset vt per ipsum gratiam reconciliationis acciperemur, nisi ipse abiens sanguinem suum fudisset.

Thco. Vide igitur quo modo solatur eos. Quasi dicat: Etiam si innumeris modis magis tristitia afficiamini, ego quod vobis vtile est dico. Nam vos quidem velletis semper esse mecum. Atqui hoc non est expediens. Nam si non abiero, paracletus non veniet ad vos. Hoc est, Si ego non morior pro mundo, & eo ad patrem, dato sacrificio & propitiatione pro peccatis, paracletus (id est, consolator mundi) non veniet. Quomodo enim aduenit si inimicitiæ non soluentur, & si pater cœlestis occisa morte humanæ naturæ non reconcilietur?

Expedit vobis, inquit, vt ego vadam. Quasi dicat: Et si tristes sitis propter meam absentiam ô discipuli, sed propter aduentum spiritus gaudeatis, qui pluribus & maioribus vos beneficiis prosequetur. Hoc tamen non ait quasi ipse in terra positus spiritũ sanctum discipulis dare non posset etiam dum hęc loqueretur, sed quia ipso in terra posito & corporaliter conuersante cum eis, non valebant illi erigere mentem ad scienda munera gratię cœlestis. Ascendente autẽ ipso ad cœlos, & ipsi pariter omne desiderium
Mat. 6. suum illo transferebant, iuxta quod alibi audierunt: Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Ideóque capaces spiritus facti, iam non vltrà de morte eius contristati, sed de promissionis eius munere sunt lętati, Luca (vt superius citatum est) memorante.

Paracleti ratio. Patet autẽ nec laboriosa indiget expositione, cur eundem spiritũ paracletũ, id est, cõsolatorẽ cognoïet, quia nimirum corda discipulorum quæ recessus ipsius mœstare did isset, huius spem consolaretur & recrearet aduentus. Sed & singulis quibusq; fidelium vel de peccati perpetratione merentibus, vel communi seculi huius afflictione laborantibus, dum spem veniæ & misericordiæ cœlestis inspirat, profecto ab angore tristitiæ mentem eorum illustrans subleuat. Sequitur:

Si autem abiero, mittam eum ad vos.

Id est, Mittam eum in vos. Nõ enim de loco ad locum mittitur, qui vbiq; est Deus spiritus sanctus, nec paries ibus cõprehenditur, sed sensibus mentis & fide susc ipitur.

Bis datꝰ spiritus sanctꝰ. Hoc autẽ quod nũc promittit semel & iterũ fecit dñs. Semel ipsa die qua resurrexit, qũ vtiq; iam abierat, iam de sua

sua minoratione ad gloriam & honorē, de mortali condi
tione ad imortalitatē, de hoc mundo ad patrē transierat.
Tunc enim, id est, ipso die, stās in medio discipulorū suo⁹
insufflauit & dixit eis: Accipite spiritū sanctum. Accipite,
inquā, paracletum in maximā consolationem, id est, in re=
missionem peccatorū, & in scripturarū reuelationem. Sic
enī in hoc Euāgelista mox subiūgitur: Quorū remiseritis
peccata, remittūtur eis, & Lucas eandē narrās apparitionē
Tūc, inquit, aperuit illis sensum, vt intelligerēt scripturas. Ioan. 20
Iterū verō tūc misit qñ decimo post ascensionē suam die
cōgregatis in vnū discipulis, factus est repēte de cœlo son⁹ Act. 2.
tanquā aduenientis spiritus vehemētis, & repleuit totā do
mum vbi erāt sedētes. Tūc, inquā, iterū misit hunc paracle
tum, vt qui oībus æqualiter datus fuerat in remissionē pec
catorū, nunc singulis pro voluntate sua diuideret diuersa
dona gratiarum, vt essent ad prædicandū facūdi, & fortes
ad certamina passionum toleranda.

Circa secundum principale dicitur:
Et quum venerit, ille arguet mundū de pec-
cato, & de iustitia, & de iudicio.

Hic promittitur mūdanę perfidiæ p spm̄ sanctū futura reph̄sio. Vbi duo notant. Vnū, q̄ spiritus sanct⁹ arguet mundū de tribus in genere. Alterum, quo promittitur q̄ de illorū trium singulis arguet in specie, ibi: De peccato quidem.

Circa primū dicitur: Et quum venerit, ille arguet mun- E
dū. Etenī quia spiritus sanct⁹ mēti quā replet non solū vim Beda.
diuinę charitatis infundit interi⁹, verūetiam carnali timo
re depulso ad increpandā prauitatē malorū forisfiduciam
præstat, bene post p̄missa subiunctū est: Et quum venerit, il-
le arguet mundum. Sed nunquid antē Christ⁹ nō arguit
mundū? Arguit vtiq; mundū. i. mūdi sectatores dū esset ip
se in mundo nō modo p se, sed etiā p suos, Apl̄o teste q ait
An experimentū quęritis eius q in me loquitur Christus?
Quos enī arguit spiritus sanctus, arguit vtiq; & Christus.
Arguebat, inquā, eos de peccato suæ incredulitatis, argue=
bat de iustitia, quia videlicet iustitiam fidelium nollēt imi
tari: arguebat de iudicio, videlicet quare diabolū qui iam
iudicatus & condemnatus erat, sequerentur.

Sed nō sine caussa spiritū quum venerit hoc idē dicit
acturū, quia profecto per hui⁹ inspirationē corroborādus
erat animus discipulorū, ne mundū qui cōtra se fremebat

Spãs vt mũdum arguit

arguentes timerent. Proinde spiritus hic paracletus, id est, consolator, & spiritꝰ bonus, qui benignꝰ & dulcis est amicis, & austerus inimicis, arguit mundum, primum per linguam Apostolorum ac martyrum, ac deinde per linguam doctorum, dicente ad eos Domino: Nõ enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Mat. 10. Act. 2. Et in Actibus apostolorũ scriptũ est: Loquebant variis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.

Circa secundum, quo prædicit Dominus quòd spiritus sanctus arguet mundum de triplici delicto singulatim & in specie, subditur:

De peccato quidem, quia non crediderunt in me.

Peccati nomine infidelitas. Ioan. 3. Rom. 1. Theo.

Peccatum incredulitatis quasi speciale posuit, quia sicut fides origo virtutũ, ita solidamentũ est vitiorũ in incredulitate persistere, Dño terribiliter adtestãte qui ait: Qui autẽ nõ credit, iam iudicatus est, quia nõ credit in noie vnigeniti filij Dei. At contrà, iustus ex fide viuit.

Veniet (inquit) paracletꝰ, & arguet mundũ de peccato, & ostendet eos peccatores, quia non credunt. Quãdo enim viderint per manus discipulorum in spiritu egregia signa & miracula fieri, & necq; sic credẽt, quomodo non cõdemnatione digni sunt, & peccato maximo obnoxij? Nam nunc quidem possent dicere Iudæi q̃ fabri & humilis matris filius sim, quãuis ego miracula faciam, tunc autem incredulitas omni carebit excusatiõe spiritu sancto in meo nomine talia perficiente. Itaq; de peccato illos arguet, hoc est, ostendet eos absq; venia peccare.

Peccatum tamen hic nõ tantum Iudæorum accipiendum est, qui nõ crediderunt in eum q̃ corporaliter præsentem viderunt & audierũt, sed primum quidem Iudæorum, deinde Græcorũ & omnium totius mundi nationũ. Nõ enĩ dixit: Ille arguet de peccato Iudæos, sed mundũ.

F

Incredulitas exordium vitiorũ. Gen. 3

Sed dicis: Quõ totus redarguendus erat mundus de peccato, quia nõ crediderũt in eum, quum in vna tantum prædicauerit gente Iudæorum? Propter hoc altius considerandũ est incredulitatis peccatũ. Omne quippe vitium, & oĩs humani generis iniquitas ab incredulitate sumpsit exordium, quia videlicet primi hoĩes plus serpenti q̃ Deo crediderũt, & exinde corrupti posteri eorũ, & gentes, magis diabolo vel idolis eius q̃ Deo credẽtes, & Iudæi magis

Anti-

Antichristum q̃ Christũ expectantes, cõiter peccauerũt, & oĩa (inquit Apostolus) in incredulitate conclusa sunt. Rom. 11

Itaq; per peccatũ, quod sic exposuit dicens: Quia non crediderũt in me, omnis iniustitia vel inobedientia veteris hominis intelligenda est, quæ ex incredulitatis radice processit. Solum etiam incredulitatis peccatum præ cæteris posuit, quia hoc manente cætera detinentur peccata, & eo discedente cætera dimittuntur. Augusti. de ver. do.

Et merito quidẽ q̃ in Christũ non credit mundus arguitur, quandoquidem dæmones ipsi credũt & contremiscunt. Arguuntur primũ (vt iam dictum est) Iudæi vocib9 prophetarum, arguuntur gentiles seu pagani prædicationibus Apostolorũ. Tot enim & tanta (vt dictũ est) per Dei filium facta sunt in hoc mũdo miracula, q̃ iure tanquã inexcusabiles arguuntur, præsertim Iudæi, qui in ipsum nõ crediderunt. Vt mundus arguitur. Iaco. 2.

Quorũ perfidiam hic Euãgelista alio loco demirans, ait: Quum autẽ tanta signa fecisset corã eis, nõ credebãt in eum. Et rursus: In mũdo erat, inquit, & mũdus p ipsum factus est, & mũdus eum nõ cognouit. Quãta cæcitatis peruersitas, quia suum opificẽ mundus nõ cognouit, quum tñ vt qs ipse esset cognosceretur faceret in humana carne inusitata opera diuinę virtutis suæ magnalia, veritatis suę infallibilia testimonia, illuminãdo cæcos, sanãdo infirmos, mundando leprosos, suscitando mortuos, obsessos à dæmonio liberando, vt ipse meritò queratur & dicat: Si opera nõ fecissem in eis q̃ nemo alius fecit, peccatũ non haberent. Nunc autẽ excusationẽ non habent de peccato suo. Ioan. 12 Ioan. 1 Cæca peruersitas. Ioan. 15

Sed nec gentiles q̃ nõ crediderunt excusantur quum per Apostolorũ ora Christum audire potuerũt. De quibus per Psal. dicitur: In omnẽ terrã exiuit sonus eor2, & in fines orbis terræ verba eorum.

Secundum, de quo mundus per spiritum sanctum venit arguendus, est iustitia. Vnde subditur:

De iustitia vero, quia vado ad patrẽ, & iam non videbitis me.

Hæc sententia ad ædificationem multipliciter reperitur exposita. G Iustitia credentium.

Secundum Augustinum enim, credẽtium iustitia est quia credũt in Christum quem nõ vidẽt. Quoniam enim ista infidelium vox esse consueuit: Quomodo credemus Augusti.

quod nō videmus? ideo credentium iustitiam sic oportuit diffiniri. Quia ad patrē vado, & iam nō videbitis me. Beati enim qui nō vidēt & credūt. Nā & qui viderūt Christū, nō in eo laudata est fides eorū quia credebāt quod videbāt id est, filium hoīs, sed quia credebāt quod nō videbāt, id est filium Dei. Quum verō & ipsa forma serui subtracta esset eorum aspectibus, tūc ex omni parte impletum est: Iustus ex fide viuit.

Ioan. 20

Abac. 2

Fidei iustitia. Rom. 4

Porrō de hac fidei iustitia q̄ magnopere nos cōmēdat ante Deum, dicit Apl̄us: Arbitramur iustificari hominē p̄ fidē sine operib⁹ legis. Et subiicit exemplū fidei Abrahę dicens: Credidit Abrahā deo, & reputatū est illi ad iustitiam. Quia igit̄ fidelium iustitia, infidelium vituperatio est, infideles non credētes quia nō viderūt, fidelib⁹ credētibus in eum quē nō viderūt, iure meritoq; nō modo à proprio scelere, sed etiā fidelium cōparatione arguūtur. Hinc Beda: Iustitia, inquit, discipulor⁹ Christi erat, q̄ Dñm quē verū hominē cernebāt, verū q̄q; Dei filiū esse crediderūt: & quē sibi corporal̄r ablatū nouerāt, certo semp amore colebāt. Iustitia cęterorū fidelium, id est, eorū qui dñm in carne nō viderūt hæc est, q̄ eum quē corporal̄r nunquā viderūt, Deū & hominē verū corde credunt & diligūt. De qua profectō iustitia fidei arguunt infideles, cur ipsi videlicet quum similiter verbū vitę audirēt, noluerūt credere ad iustitiam?

De iustitia credētium mundus arguitur Sapi. 1.

Hinc scriptū est: Probata virtus corripit insipientes.

Arguit igitur mundū de iustitia credētium, quia exemplum eorū sequi nolucrunt, q hūc ad patrē ascendisse, neq; vltrā corporaliter in terris cōuersaturū esse sciebāt, nec tñ ab eius dilectione poterant vlla ratione separari.

H

Alia sententię expositio.

Secundū Theophylactū & suum Chrysostomū hic est sentētię sensus: Quia dei filio ire ad p̄trē argumentū fuit q̄ irreprehensibilē ageret vitā, & omnē seruaret iustitiam, arguendi erāt mundi sectatores, qui cōtra hāc iustitiam de illo dixerūt: Scim⁹, quia hic hō peccator est. Et rursus: Nō est hic hō à Deo. De iustitia quoq; mundū spirit⁹ arguet, quia ad patrē vado. Hoc est, Ostēdi eis, q̄ ego quum iustus fuerim, & irreprehensibilē egerim vitā, iniustē occisus sim, & in eius rei indicium, ad patrē vadā. Neq; enim si iniust⁹ fuissē, ad patrē ascendissē. Quia ergo vt aduersarium deo & iniquum occiderūt, ostēdet (inqt) eis spūs q̄ nō sim talis. Neq; ei si aduersari⁹ dei fuissē apud deū legislatorē honorē hūc adsecut⁹ essem, honorēq; nō tēporarium, sed ętern̄,

Theo.

Quod

Quòd autem dicit: Posthac non videbitis me, æternam eius apud patrem conuersationem manifestat.

Item in hũc sensum potest accipi: Arguetur mundus de iustitia, id est, quia nulla in mundo aut rara seruatur iustitia. Cernere est enim plurimos per vim & iniuriam tenues & humiles supergredi, & proximũ in negocio passim circumuenire, impios iustificari pro muneribus, & iustitiam iusti auferri ab eo, & pari passu potentia cum iustitia currunt. Quòd ideo contingit, quia Christus iuit ad patrem, & iam ab hominibus non videtur. Quum potius propter hoc congruebat, vt fidelis quisq; toto corde post eum ascenderet, cœlestia desideraret, cõremneret terrena, hortante Apostolo & dicente: Si consurrexistis cũ Christo quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quę super terram.

Expositio item alia.

Esa. 5.

Col. 3.

Circa tertium, vnde mundus venit per spiritum arguendus, subditur:

De iudicio autem, quia princeps mundi huius iam iudicatus est.

Principẽ mundi diabolum dicit, quia principatur eis qui ordine peruerso mundum potius q̃ mundi diligunt conditorẽ. Qui iudicatus est à dño, qui ait: Videbam sathanã sicut fulgur de cœlo cadentem. Iudicatus etiam est ab ipso quum ipse dæmonia eiiceret, & discipulis daret potestatem calcandi super omnem virtutem inimici.

I Princeps mũdi vt iudicatus. Luc. 10. Ibidem.

Rursus iudicatus est diabolus in caussa saluatoris, quia procurauit eius mortem qui erat sine crimine. Quin etiã ex quo diabolus eiectus est de corde credentium à Christo iam iudicatus est, vt non amplius sit princeps mundi.

Aug. de q̃ſt. vo. & no. te. Li. de ver. do.

Denicq; diabolus ipse olim princeps mundi, nunc iudicio ignis æterni inuocabiliter damnatus est. Quum ergo iste princeps mundi iudicio dei eiectus est à dominio humani generis, iure arguuntur qui ei adhærent, & eundem iterato sibi præficiunt principem. Itaq; in eo quod ait, de iudicio autem, quia princeps mundi huius iam iudicatus est, consequentẽ eorum damnationẽ, quia adhuc illi adhærent, terribiliter expressit, quia videlicet iudicato capite, mẽbra quoq; pariter præcipitãda credũtur, dicente iudice: Ite maledicti in ignẽ æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Porrò de iudicio principis huius mũdi, & cũ eo superbientiũ angelorũ per b. Iudã Apl'm dicitur:

Hinc iure mundus arguitur.

Mat. 25.

Angelos verò qui non seruauerunt suum principatum, sed reliquerunt suum domicilium, in iudicium magni dei vinculis æternis sub caligine reseruauit.

Circa tertium principale dicitur:

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.

Hic ponitur promissa discipulis per spiritum eruditio. Vbi tria notantur. Primum est, capiendis Christi verbis discipulorum imbecillitas. Secundum est, docenda per spiritum omnis veritas. Ibi: Quum autem venerit. Tertium est, manifestanda per spiritum Christi claritas. Ibi: Ille me clarificabit.

K Circa primum dicit: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Quia superius dixerat,
Ioan. 15. expedit vobis vt ego vadam, nunc hoc manifestius declarat dicens, non potestis portare modo. Ergo quod superius dixerat, iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo nota feci vobis, de futuro dictum oportet intelligi. Idcirco autem verbo preteriti temporis enuntiauit, quia sine dubio mox futurum esset quod promittit.

Beda. Oẽm veritatẽ hic nõ cõprehẽdi. Non potestis (inquit) portare modo. Certum est enim quia veniente desuper spiritu multo maiorem scientiã veritatis q̃ eatenus carnales potuere, consequuti sunt, maiori desiderio certandi pro veritate succensi sunt.

Non tamen putandum est in hac vita quempiam omnem veritatem posse comprehendere, quum hæc fidei nostræ merces in alia sit vita promissa, ipsa veritate dicente: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Vnde & Apo
Ioan. 17. 2. Cor. 12. stolus qui ad tertium cœlum raptus, audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, ait: Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.
1. Cor. 13.

Quòd autem discipuli non possent portare modo, multa quæ eis habebat dicere, iam antea in para-
Mat. 9. bola dixerat, videlicet, quoniam nemo vinum nouũ mittet in vtres veteres, nisi qui vellet vtres cum vino perire, sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo cõseruantur.

Vtres veteres erant discipuli dum Iudaicis adhuc ri-

tibus

tibus & obseruationibus inhærerent, neq; nouum Euangelicæ gratię mustum capere poterant, donec vtres nouos eos faceret spiritussanctus, quando tandem cũ musto nouo totius noui testamenti cis datus est intellectus. Et q̃ diu missus nõ erat spiritussanctus poterat dominus cuilibet eorũ dicere quod vni dixerat Petro: Quod ego facio tu nescis modo, scies aũt postea. Quin & sæpius in Euangelio loquente Christo discipulis, reperies, illud discipulos non intellexisse.

Apostoli q̃n vtres veteres.

Io.13.

Egit sanè dominus cum discipulis sicut facere solet sedulus quisq; præceptor cum suis auditoribus, dum pro captu eorum hos docet, isti subtiliora illi rudiora præscribens. Quod etiã Apostolus se fecisse testatur, dicens: Grandis nobis sermo & interpretabilis ad dicẽdum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendũ. Etenim quum debere tis magistri esse propter tempus, rursum indigetis vt vos doceamini quæ sunt elementa exordij sermonum dei, & facti estis quibus lacte opus est, nõ solido cibo. Id ipsum & Petrus facere solitus est, quando suos sicut modo genitos infantes lac iubet cõcupiscere. Sic rursum Paulus Corinthiis nõ secus atq; paruulis in Christo lac se dedisse cõmemorat nõ escam Nondum enim (inquit) poteratis, sed neq; nunc quidem potestis. Adhuc enim carnales estis. Quũ ergo adhuc carnales essent Apostoli, non simul oĩa eis dixit Christus, sed magisterio spiritussancti multa reliquit. Nihil enim de se magnum loquutus est dominus, partim vt det nobis figuram humilitatis, partim propter infirmitatem audientium, & ingratitudinem Iudæorum. Siquidem per totam euangelici contextus seriem non inuenies vsquàm docuisse Christum legis Moysaicę ceremonias desituras, imò se non venisse soluere legem, sed adimplere. Non enim est dubium quin ex hoc offensi fuissent discipuli, quandoquidem etiam recepto iam spiritu sancto ipse Petrus ratus est solos Iudæos gratiæ Christi esse capaces. Tandem verò docuit eos spiritussanctus, nõ amplius esse opus implere legem, iuxta quod in concilio suo postmodũ Apostoli sanxerunt. Visum est spiritui sancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris. Missoq; ita spiritussancto, veraq; dei scientia manifestata, legalibus figuris & ritibus abolitis, vnius veri dei verus cultus prędicantibus signisq; facientibus Apris per mundũ exurrexit.

L Doctrina quadret ad auditoribus.

Heb.5.

1.Pet.2.

1.Cor.3.

Theo.

Christi doctrinæ modestia.

Mat.5.

Act.10.

Act.15.

Circa secundum, quod est, docenda per spiritum om-

nis veritas, subditur:

Quum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

M Vt spūs doceat omnem veritatem.

Dicitur spiritus veritatis, quia procedit à filio, qui est veritas. Item quia essentialiter est ipsa veritas. Omnem (inquit) quam scire oportet docebit vos ille veritatem, aperiendo vobis sensum vt intelligatis scripturas, & cognoscatis in veritate cuncta, quę vel parabolicè dicta vel figuratè facta continentur in lege & prophetis & psalmis de me. Docebit (inquit) vos omnem veritatem, quasi diceret: Diffundet in cordibus vestris charitatē, cuius magisterio intus edocti, proficiatis de virtute in virtutē, dignięq; effi-

Beda. ciamini peruenire ad vitā, in qua vobis & æterna claritas summę veritatis, & contēplatio vestri cōditoris appareat.

Nec putandum est ꝙ solos Christi discipulos in die sacro pentecostes docuerit omnem veritatē, sed & totam

Hinc eccle-sia nō errat fidelis populi vsq; in finē seculi docet & gubernat ecclesiā, quæ tali fulta magistro atq; rectore, in his quæ veritatis sunt ad salutē necessariæ nec errare potest nec falli. Nec tamen omnia sic Apostolis in die pentecostes reuelauit, vt

Act.10 nihil eis adhuc ignotū postea reuelauerit. Nam post diem illum ipse pastor ecclesiæ Petrus nihil adhuc cognouit de

1.Tim.4. vocatione gentium. Paulus quoq; ait: Spiritus manifestè dicit, quod tamen in die pentecostes factum non est, quū tunc Paulus nondum esset ad fidem conuersus. Christus quoq; docuerat Apostolos baptizare in nomine patris, &

Mat.vlt. filij, & spiritussancti. Illi tamen nō sine instinctu spiritus-

Act.8. sancti abeuntes baptizarunt in nomine Domini Iesu. Et quid ni perseueraret spiritussancti magisteriū in ecclesia,

Luc.22. cuius fidem ipse Christus orando protexit Ego (inquit) pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.

Multæ quidē & variæ aduersus ecclesiam exortę sunt hæreses, quas spiritussancti magisterio cōfutās vniuersas,

Mat.7. hactenꝰ superauit. Domus erāt (magistra ac duce stultitia)

Domus sup per arenā. super arenā ædificatæ, quas spiritus hic veritatis euertit.

Patet igitur ex præmissis quia plurima erant quæ discipulis Christus habebat dicere, quæ (vt dictum est) spiritussancti magisterio eis reuelāda dereliquit. Multa quidē

Act.15. fecisse cōstat Apostolos quæ nusquā eis à Christo præscripta reperiuntur. Patet verbi gratia, de nō seruanda legę

Act.6. Moysi, de electis septē diaconibus, de baptizando in nomine do-

ne Dñi Iesu, de velamine in capite mulieris, de cõiuge in- 1.Cor.11
fideli. Multa proinde Apostoli suis successoribus quasi per manus tradiderũt, & illi posteris, de quibus nulla scripturæ habetur autoritas, sed ex disciplina & magisterio spiritussancti in ecclesia relicta sunt. Sequitur:

Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur, & quę ventura sunt annuntiabit vobis.

Quia magna dixerat de spũ, id est, ꝙ ipse eos in oẽm veri- N
tatẽ esset inducturus, & facturus capaces maiorũ & pluriũ Theo.
quæ Christo præsente portare nõ poterãt, ne putẽt aliqui Christo cõ
ꝙ maior ipso sit spiritus, subiecit, dicens: Non enim loque sona loqui-
tur à semetipso, hoc est nõ propria loquetur, sed mea. tur spũs.

Et quũ dicit: Sed quęcũq; audiet loquetur, hoc signat, Ioan.8.
ꝙ nihil docturus sit extra ea quæ docuit Christus. Sicut igitur & dñs ipse loquẽs de se dicit, quæcunq; audiui à patre meo, loquor, nõ vt se discentẽ & puerũ introducat, sed ꝙ nihil vel sciat vel doceat, q̃ quæ pater, ita & de spũ dicen dũ. Quod aũt nõ opus habeat doctore spũs, audi Paulũ di 1.Cor.2.
centẽ: Sicut nullus nouit quæ sunt hominis nisi spũs eius qui est in eo, ita & quæ sunt dei, nullus nouit, nisi spũs dei.

Nõ ergo loquitur hic spiritus à semetipso, id est, sine Beda.
patris & filij cõmunione. Neq; enim à patre & filio diuisus ac separatus est spũs, Sed quęcunq; audiet loquetur. Audiet videlicet per vnitatẽ substãtiæ, & proprietatẽ sciẽtiæ. Nõ loquetur à semetipso, q nõ est à semetipso. Pater quippe solus de alio nõ est, nã & filius de patre natus est, & spiritussanctus de patre procedit & filio. Ab ipso igitur audiet spiritussanctus à quo procedit. A quo est illi essentia, ab illo vtiq; & scientia, ab illo & audientia, quod nihil est aliud q̃ scientia. Hæc ait discipulos intendẽs reddere securos, ꝙ spiritussanctus nihil esset docturus quòd suæ doctrinæ repugnaret, nec aliam veritatem nisi quam audisset, scilicet ab æterno processionis suæ à patre & filio.

Inde enim est spũs veritatis, & inde (inquit) vos omnẽ Spũs mẽda
docebit veritatem, quia nõ loquetur à semetipso. Spiritus cij quis.
enim qui à semetipso loquitur, non spiritus veritatis, sed spiritus est mendacij, & omnes prophetas suos mendaces facit, vt prophetent de corde suo quòd dominus non est loquutus, & confingant esse quòd non est, vel malum esse quod bonum, & bonum esse quod malum est.

Non

Non sic loquetur iste spiritus, sed quæcunq; audiet loquetur, id est, ea quæ sunt, quæ verè existunt, & autoritatè habent in scripturis, loquetur. Nihil confingens, nihil peruertens, & veros prophetas faciet vos, vt nõ loquamini à vobismetipsis, sed loquamini quæcunq; audietis in lege & prophetis & psalmis de me, nihil confingentes, nihil de prauantes, sed vero sensu veridicam scripturam exponentes. Ita non à semetipso loquetur, sed quæcunq; audiet loquetur per os vestrum spiritus veritatis.

Theo. O

Et quæ ventura sunt (inquit) annuntiabit vobis. Maximè propria est deo cognitio futurorum. Nam quia nil aliud ita est desiderabile humanæ naturæ vt cognitio futurorum, etiã ex hoc dono Apostolos consolatur. Intantum enim (inquit) benefaciet vobis, vt & futurorum præscientiam, quæ maxima omnium videtur daturus sit. Spiritus enim (vt ait Apostolus) loquitur mysteria. Vnde & Ioannes in Apocalypsi sua quæ multa de futuris cõtinet, inquit: Qui habet aures audiendi audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Huiuscemodi multa in Paulo & in aliis Apostolis reperiuntur, de vita æterna, de generali iudicio, de Antichristo, de malitia nouissimorũ temporũ, quę omnia spiritusancto annuntiante sancti homines præcognouerunt, iuxta quod hic promittit dñs: Et quę ventura sunt (inquiẽs) annuntiabit vobis. Cõstat enim innumeros fidelia per donũ sanctisptis prænouisse ac prædixisse ventura.

1. Cor. 14.
Sciẽtia futurorum à spũ sancto.
Apo. 2.
1. Cor. 15.
2. Thes. 2.
2. Tim. 4
Beda.

Sed quia sunt nonnulli qui spiritus gratia pleni infirmos curant, mortuos suscitãt, dæmonibus imperãt, multis virtutibus coruscãt, ipsi angelicã in terris vitã gerunt, nec tamẽ quæ sibi sunt vẽtura, spiritus eiusdẽ reuelatione cognoscunt. Potest hic dñi sermo etiã sic accipi, quia spiritus aduenies quæ ventura sunt nobis annuntiat, quum gaudia nobis patriæ cœlestis ad memoriã reducit, quã festa supernę ciuitatis per donũ nobis suæ adspirationis innotescit. Ventura nobis nũtiat, quum nos à delectatione præsentium abstrahens, promissi in cœlis regni desideriis inflammat. Circa tertium, quod est, manifestanda per spiritum Christi claritas, subditur:

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

P

Ille aliquem clarificat qui eius claritatem manifestat. Christus autem priusquàm veniret spiritussanctus, non

erat

erat apud homines in claritate diuinitatis, quia solum homo putabatur, sed veniens spiritus sanctus discipulorum mentes illuminauit, ostendens eis claritatem Christi, in qua æqualis est Deo patri, efficiens in eis vt clarificarent Christum ipsius præconia mundo nuntiantes. Spiritus vt Christum clarificat.

Proinde spiritus Christũ clarificabit, quia per eum tãta charitas in cordibus discipulorũ accẽsa est, vt abiecto timore carnali, effectũ resurrectionis eius constãter prædicarent, à quo rempore passionis pauidi fugerãt. Vnde scriptum est: Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & loquebãtur verbum Dei cum fiducia: Spiritus clarificauit Christum, quum impleti gratia spiritali doctores sancti, tot & tanta in Christi nomine fecere miracula, qui orbem totum ad fidem Christi conuerterunt, tot ac tanta pro Christi nomine passionum certamina pertulerunt, donec ipsa etiam superborum colla persequutorum suaui iugo Christi submitterent. Beda. Matt. 26. Act. 2.

Quia de meo accipiet & annuntiabit vobis. Quia audiuerant Dominum dicentem: Magister vester vnus est Christus, vt non dicerent, vnus magister tu es, quomodo dicis nobis, & alium fore magistrum spiritum, subdit, qa de meo accipiet, hoc est ex his quæ noui, & ex mea scientia. Nõ tñ propterea minor est filio spiritꝰ sanctus (vt quidam hæretici putauerunt) quia filius accipiat à patre, spiritus sanctus à filio, quasi quibusdam gradibus naturarũ. Vnde ipse quæstionem soluens quur hoc dixit, explanat dicens: Omnia quæ habet pater mea sunt, propterea dixi vobis, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis. De his dixit, inquit Beda, quæ ad patris diuinitatem pertinent, in quibus illi est æqualis, omnia quæ habet pater habẽdo. Theophy. Matt. 23. Auguſt.

Vel secundum Rupertum, de meo accipiet, id est de eo quod scriptum est de me, accipiet, & annuntiabit vobis, vestro patenter intellectui insinuando. Verbi gratia, meum est illud dictum in Psalmo: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. De hoc meo testimonio accipiet vobis occ̃ia intimabit autoritatem testificandi de me, quod ego domini Dei filius sim, nõ adoptatus sed genitus, quia dixit ad me: ego hodie, id est in æternitate genui te, & quòd ille iusserit mihi id quod nunc facio, videlicet postulare gentes, & scio quia semper me audit. Dabo, inquit, tibi gentes hæreditatem De meo accipiet.

Ioan. 11. dictatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Hoc profecto meum est, & quoties tale aliquid annuntiabit vel aperiet vobis de meo accipiet, quia quũ ego verbum Dei sim, omnes scripturæ Dei meæ sunt, testimonia mea sunt. Et hoc faciens me vtique ille clarificabit, perhibens testimonium de me, vt vos quoque in omni prætorio, in omnibus synagogis vel conciliis talem habentes vel aduocatum vel proloquutorem, testimonium perhibeatis, quòd filius Dei sim, & quòd omnes gentes, omnesq; termini terræ mea hæreditas & possessio iure sint.

Dominica quinta post Pascha.



Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in noĩe meo, dabit vobis. Ioan. 16.

Præsens sancti euangelij lectio tria principaliter comprehendit. Primum est, salutaris & benigna discipulis facta promissio. Secun. est, de ampliori cognitiõe diuinorũ gratiosa pollicitatio, ibi: Hæc in prouerbiis. Tertiũ est, de veneranda Christi sapientia vera discipulorum confessio, ibi: Dicunt ei discipuli.

Circa primum tria sunt consideranda: Primum est, petendũ esse in Christi noĩe. Secundũ est, de precũ nostrarum promissa exauditiõe, ibi: Dabit vobis. Tert. est, ad deprecandi studium Christi exhortatio, ibi: Vsque modo.

Circa primũ dicit: Amẽ amẽ dico vobis, quod vtique
A est irrefragabilis cõfirmatio veritatis dicẽdorũ. Dũ enim Christus qui veritas est p veritatẽ iurat, qd aliud q̃ per se:
Heb. 6. metipsum iurat. Dicit Apostolus: Oẽs homines per maio
Gen. 22. rem sui iurant. Christus vero quia maiorẽ se quoad diuinitatẽ suam non haber, iurat per semetipsum, quomodo & olim, sicut scriptũ est: Per memetipsum iuraui dicit Do

minus

minus. Ait ergo: Amen amẽ dico vobis, siqd petieritis patrem in nomine meo. Sæpius replicando, suisq; inculcando discipulis, Dñs noster vt in noie suo petendũ esse nouerint si quid patrem petere velint, mediatorẽ Dei & hominum sese salubriter cupit agnosci, adeo necessarium, vt nemo ad patrem venire nisi per ipsum, nemo à patre quicquam possit impetrare, nisi per nomen suum.

Vnde salutaris mos, & catholica sanctæ ecclesiæ orandi regula est, vt in omni oratione quam ad patrem dirigit, subiungat: Per Dominũ nostrum IESVM CHRISTVM filium tuum, quiavicelicet præter hunc, nulla via, nullumq; est aliud ostium, ad quod respiciens efficaciter dicat. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Solum huius vnigeniti filij nomen, quod est IESVS CHRISTVS necessarium vniuersæ orationis est vehiculum, quo in cœlum directo cursu perlata, consistat ante patris conspectum, salutémque de sinu eius, & gratiam fugere valeat remissionis peccatorum. Verum hoc Apostoli nec dum sciebant, idcirco iam abiturus magister vitæ, hoc illis sermone suo commẽdabat attentius.

Non nisi in Christi nomine petendum.

Itaque dum dicit: Amen amen dico vobis si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. ecõntra subaudiendum est, quia nihil pater dabit vobis, nisi orantes in nomine meo petieritis, id est secundum nomen meum, quod est IESVS, & saluator interpretatur. Cuius nominis rationem angelus beato Ioseph exprimens: Ipse enim, inquit, saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Ergo in nomine IESV petere, est illud petere, propter quod ipse qui hoc nomen sibi elegit, descendit de cœlis, & incarnatus est, & homo factus est, crucifixus mortuus, & sepultus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram patris. Et quur hæc omnia nisi vt per nomen eius remissionem peccatorum acciperemus? Ergo quum quid petimus, quod causæ huic fine dubio cooperetur, fidenter tanquam in nomine Iesu petentes nos accepturos speremus.

Matt. 1.

Petendum vero nobis est in nomine Christi filij dei & propter immẽsam quã ad filiũ habet pater dilectionẽ, & qa Dei filius obstaculũ exauditionis precũ nostrarum (id est pctm) interceſſiõe suæ mortis remouit, deniq; qa ipse p nobis apud patrẽ interpellat, & quia per ipsum nobis gratia & vita paratur æterna, Vnde in euangelio dicitur:

Ideo petendũ in noie Christi.

Gratia

Ioan.1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et iterum:
Ioan.3. Qui credit in filium habet vitam æternam. Et rursum:
Ioan.6. Hæc est voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam. Et iterum: Qui manducat me, viuet propter me.

Circa secundum, quod est de precum nostrarum promissa exauditione, subditur:

Dabit vobis.

Beda. B Mouere potest infirmos auditores quomodo hoc discipulis suis saluator promittat, quum non solum nostri similes multa quæ patrē in Christi nomine videntur petere, non accipiant, verum etiam ipse Apostolus tertio Dominum rogauerit vt à se angelus sathanæ, à quo tribulabatur, abscederet, nec impetrare potuerit. Sed intelligendum est illos solummodo in nomine saluatoris petere, qui ea quæ ad perpetuam salutem pertinent, petunt. Ideoque Apostolum in nomine saluatoris non petiisse vt tentatione careret, quam ob custodiam humilitatis acceperat, quia si hac caruisset, saluus esse nō posset, ipso affirmante quum ait. Et ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus sathanæ qui me colaphizet.

2.Cor.12.

Cur nō exaudimur orantes.

Quotiescunque ergo petentes non exaudimur, ideo fit, quia vel contra auxilium nostræ salutis petimus, ac propterea à misericorde patre beneficij gratia nobis ād inepte petimus, negatur, quod eidem Apostolo Paulo contigisse probatur, cui ter petenti responsum est: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Vel vtilia quidem & quæ ad veram salutem respiciunt petimus, sed ipsi male viuendo auditum à nobis iusti iudicis

Prou.28. auertimus, incidentes in illud Salomonis: Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis Vel dū pro peccantibus quibusdam vt respiscāt, oramus, & si salubriter petimus, atque non indigni forsan nos summus auditu, ipsorum tamen peruersitas ne impetremus

Ierem.11. obsistit. Vnde ad Ieremiam à Domino dicitur: Tu noli orare pro populo hoc, & non adsumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te.

1.Reg.16. Hoc modo nec Samuel exauditus fuit dum pro Saule dominum præcaretur.

C Sed inter hæc est notandum quia petere contingit orantes

orãtes vel bona infima, vel bona media, vel bona summa

Infima bona si petantur, verbi gratia, prædia, possessiones, opes, temporalium rerum successus, longæuitas, sanitas, liberi, ampla familia, requies ab eis qui infesti sunt. Hæc, inquam, & his similia non pertinaciter, sed sobriè, et cum timore, & semper sub diuinæ voluntatis beneplacito sunt petenda. Nescimus enim an hæc conferri nobis expediat, quòd tam malè quàm bene his vti contingit. Vnde notãter ait Dñs: Si quid petieritis patrẽ. Ista enim nõ sunt quid, quinimo spiritualium atq; æternorũ collatione bonorum, nihil sunt. iuxta quod Ieremias ait: Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil. Bona infima sic petes. Iere. 4.

Proinde in huiusmodi petitione bonorum vitanda est superfluitas omnis & voluptas, iuxta quod petebat, qui ait: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria. ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? aut egestate cõpulsus furer, & periurem nomen Dei mei. Vnde Chryso. Prou. 30.

Illa pete à Deo, quæ & te expediat accipere, & illum deceat præstare. Si enim terrena petis difficile impetras, aut neque impetrabis. Quomodo enim illa præstabit libenter non habenti, quæ si habes admonet vt contẽnas? Chrysost.

Bona media quibus scilicet ad bona summa venitur, verbi gratia, remissio peccatorum, vitiorũ mortificatio, fides, spes, charitas, prudentia, fortitudo, iustitia, temperantia, cæteræq; virtutes animi, ac spiritus sancti dona, instanter, humiliter, & absolutè sine vllius adiectione conditionis sunt à Deo petenda. D Bona media.

Bona summa, videlicet, clara Dei visio, vita sempiterna atque beata, angelorum societas, cœleste gaudium, perseueranter & sine præsumptione petenda sunt. Arroganter & præsumptuosè petebat, qui stans apud se orabat dicens: Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri homines. Et post pauca: Velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Sicut enim stultus censeretur, qui mendicans manum auro plenam protenderet, ita & is qui suam prætendens iustitiam Deum orans petit donari sibi regnum cœlorum. Aliter nos docet qui ait: Quum feceritis quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Bona summa. Luc. 18. Simile. Luc. 17.

Ait ergo: Siquid petieritis patrem. Hinc etenim supplicantes

Matt. 6. Iacob. 1. plicantes dicimus: Pater noster qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum. Omne nanque datum optimum & omne donum perfectum, de sursum est descendens à patre luminum.

Quæstio. Sed dicis: Nulla ne petitio facienda est filio aut spiritui sancto, vel angelis ipsis aut sanctis? Et nõne ad filiũ loquens B. Stephanus dixit: Domine Iesu accipe spiritum Act. 7. meũ. Et rursum Ezechiel nõne ad spiritũ sanctũ loquens, Ezech. 37. ait: Veni spiritus, & insufflа super interfectos istos, & reuiuiscent. & ad Dei sanctos nonne sancta ecclesia precando loquitur, dicens: Omnes sancti & sanctæ Dei intercedite pro nobis?

Solutio. Sed duobus modis contingit alicui preces porrigere, vel tanquam datori, vel tãquam intercessori. Si primo modo, sic soli Deo omnis offerenda est petitio & oratio. Ipse enim proprie solus est dator. Quicunque enim aliud dat, ab ipso habet quod dat. Deus autem solus, à nullo accepit quod dat. Vnde Apostolus: Quis, inquit, prior dedit ei, & retribuetur ei? Libere autem dat, quia sine omni spe retributionis, qui bonorũ nostrorũ non eget. Nec parua dat, sed omnium maxima. Vnde per B. Petrũ dicitur: Maxima & preciosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Et licet omne bonum nostrum æqualiter sit à patre & filio, & spiritu sancto, tamẽ quòd hoc bonum est à filio & spiritu sancto, habet filius à patre, spiritus autẽ sanct9 à patri & filio, pater vero, qa est principiũ, nõ de principio, hoc habet à seipso.

Rom. 11. 2. Pet. 1. Iob. 5.

E Secũdo modo fit alicui petitio vt intercessori (vtiã dictum est) vt per illum preces exaudiantur, & hoc modo rogamus sanctos eorum patrocinium implorantes, iuxta quod scriptum est: Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere.

Est autem triplex impedimentum quo minus nostræ preces exaudiantur. Primum, iniustitia. Secundum, malitia. Tertium, impatientia.

Orationis impedimẽtũ triplex.

Primum impedimentum, id est, iniustitia est triplex. Prima est ex parte orantis, quando videlicet ipse orãs adeò iniquus est, vt exaudiri nõ mereatur. Vnde per Esaiã Dominus loquitur, dicens: Quum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & quũ multiplicaueritis orationẽ nõ exaudiã. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Et rursum: Ecce nõ est abbreuiata manus Domin

Esa. 1. Esa. 59.

mihi vt saluare nequeat, neq; aggrauata est auris eius vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserũt inter vos & Deum, & peccata vestra absconderũt faciem eius à vobis ne exaudiat. Qui enim orat & peccare nõ cessat, deũ non honorat, sed deludit sicut milites Pilati qui percutiebant caput Christi, & dicebant: Aue rex. Chry.

Vbi est notandum quòd orantes sunt in triplici varietate. Nam quidam sunt iusti, & horum oratio est vtilissima. Vnde per B. Iacobum dicitur: Multum valet deprecatio iusti assidua, & subiicit exemplum de virtute orationis Heliæ, dicens: Helias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit vt nõ plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & cœlũ dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Iaco. 5.

Quidam sunt peccatores obstinati, quibus diuina voce dicitur: Vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & nõ fuit qui aspiceret, despexistis omne cõsilium meũ & increpationes meas neglexistis. Sequitur post pauca: Tũc inuocabunt me, & non exaudiam. Exaudiuntur tamen interdum ad votum, sed ad eorum perniciem, dicente Domino: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibũt in adinuentionibus suis. Deus enim quædam negat propitius, quæ concedit iratus. Prou. 1. Quoſdã ad pernicie exaudiri.

Denique orantium quidam sunt peccatores compuncti & humiliati, qui licet peccent, non tamen peccandi retinent voluntatẽ, sed Deũ timẽtes, & opera bona ipsius cõtemplatiõe factitantes humiliant ei aias suas. Hos dẽ⁹ interdũ & si minus dignos certè pro sua bonitate exaudit. Quur enim docuisset orantes dicere: Dimitte nobis debita nostra, nisi misericors ipse nobis persuaderet, q ab hac petitione non vult nos deficere. Rursus, si Deus peccatores non exaudiret, frustra publicanus diceret: Deus propitius esto mihi peccatori. Num pctõres exaudiantur. Luc. 18.

Secũda iniustitia est ex parte orationis, quando videlicet ea petuntur à Deo in oratione, quæ contraria sunt saluti. Vnde per B. Iacobum dicitur: Petitis & non accipitis, eo quòd malè petatis. Sic illi petebant quibus fuit à domino responsum: Nescitis quid petatis. Talis oratio non præmium, sed pœnam meretur. Ea enim petũtur quę diuinæ repugnant volũtati. Vnde Chry. Colonus dei consilium diaboli non requirit. Colonus autẽ diaboli, & si dei auxilium quærit non inuenit. Vnde fur orat vt prospe- F Oratio exaudiri indigna, quæ. Iac. 4. Matt. 20.

retur,& fornicator sibi signum crucis facit vt non comprehendatur,& tanto citius capitur, quia nescit Deus patrocinium dare criminibus.

Exauditi in pernitiem. Num. 11.

Attamen Dei iudicio iusto talis nonnunquam exauditur,ad sui grauiorem damnationem,vel vt pro quibusdam quæ forte gessit operibus bonis suam hic quam cupit mercedem accipiat. In Numeris scriptum est,quemadmodum filij Israel manna fastidientes in solitudine flagrabant desiderio carnium,sedentes & flentes. Quis,inquiunt,dabit nobis ad vescendum carnes. Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis. Exauditi sunt autem missa tanta vi coturnicum, vt castra eorum operiret. Sed quid? Et quidem adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Vnde ibidem scriptum est: Adhuc carnes erant in dentibus eorum,nec defecerat huiusmodi cibus,& ecce furor Domini concitatus in populum,percussit eum plaga magna nimis. Vocatus q; est locus ille Sepulchra concupiscentiæ.

Psal.

Simile.

Non secus plerique reprobi, quasi ægroti veteresà Deo medico desperati quæ malè concupiscunt accipere permittuntur. Itaque temporalia bona petentes (sicut ante dictum est)sobriè & sub diuini beneplaciti conditione petamus. Nam quid vtile sit ægroto melius nouit medicus quàm ægrotus. Mira res: Exauditur diabolus sanctũ Iob ad certamen expetens, quem Dominus erat damnaturus,& non exauditur Paulus Apostolus obsecrans Dominum pro stimuli carnis suæ amotione,quem erat saluaturus. Quin etiã Dñs ipse in mõte Olueti patrẽ orãs cœlestis beneplaciti conditionẽ deprecationi suæ interserẽs, ait: Pater,si vis, transfer calicem hunc à me.

Mar. 14. G

Beda.

Fit tamen aliquando vt salutaria prorsus,& precibus solicitis & deuotis actionibus petamus,nec statim quę petimus obtineamus,sed in futurum petitionis nostræ differatur effectus. Sicut quum genibus flexis quotidiè rogamus patrem,dicentes: Adueniat regnum tuum,idem tamen regnum non mox oratione finita,sed tempore congruo sumus accepturi. Quod pia prouisiõe nostri conditoris cõstat actitari,vt videlicet, desideria nostrę deuotionis dilatione crescãt, & cremento quotidiano magis magis q; prouecta tandẽ perfectius capiãt gaudia quæ requirunt. Quędam enim petentibus nõ negantur,sed vt congruo dentur tempore, differuntur.

Etiam piè petita differri.

Augusti.

Tertio

Tertio contingit esse iniustitiã exparte eius pro quo oratur, sicut paulo antè citatum est, Ieremiã prophetam non modo non exauditum, sed etiam diuinitus prohibitum orare pro indignis. Sic Samuel luxit Saul cũctis diebus & Dominum pro ipso precabatur. Cui tandem oraculo diuino dictum est: Vsquequo tu lugebis super Saul, quum ego proiecerim eum ne regnet super Israel. Attamẽ qui piè pro indignis orat, orationis suę fructu non priuatur, quod propheta Dauid quum & ipse pro Saul non exaudiendus oraret docente se spiritu intelligens ait: Oratio mea in sinu meo conuertetur. Orans pro indigno. 1. Reg. 15.

Secundum impedimẽtum exauditionis est malitia. Et est triplex. Est enim malitia irremissibilitatis, quando videlicet orãs negat proximo de offensa veniã. Vnde Saluator in euãg terribiliter pronuntiat, dicens: Sic & pater meus cœlestis faciet vobis (id est, in gehennæ carcerẽ perpetuo cruciandos mittet) si non dimiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. H Malitia triplex obstat oranti. Matt. 18.

Est etiam malitia crudelitatis, quando videlicet orãtes Deum sibi precantur misereri, quum interim sint ipsi erga pauperes & miseros sine misericordia. Sed attendant quòd talem misericordiam quisque consequuturus est à Domino, qualem ipse proximo impenderit, id est, si magnam, magnopere Deus sibi misrebitur, si modicam, & sibi eadem mensura remetiendum fore non dubitet, attestante Apostolo: Qui parce seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Hincangelus ad Thobiam: Bona, inquit, est oratio cũ ieiunio & eleemosyna. Crudelitas 2. Cor. 9. Thob. 12.

Est denique & malitia infidelitatis, quę vel maximè precibus obstat ne exaudiantur. Quis enim orãs Deum & dubitans, possit quicquam impetrare? Latronum alter qui Christum in cruce pendentem dubia mẽte rogabat, dicens: Si tu es Christus saluum fac temetipsum & nos, impetrauit nihil. Alter qui in fide nihil hæsitans precabatur dicens: Memento mei Domine dum veneris in regnũ tuum, audire meruit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Vnde per B. Iacobum dicitur: Postulet autẽ in fide nihil hæsitans. Qui enim hæsitat similis est fluctui maris qui à vento mouetur & circunfertur. Nõ ergo estimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino. Infidelitas. Luc. 23. Iac. 1.

Tertium impedimentum exauditionis est impatien I

tia, quando videlicet quispiã orat & non mox ad votum exauditur, Deum immitem, aut miserorum preces cõtemnentem putans, per impatientiam orandi studium deserelinquit, non intelligens se postulatæ rei dilatione tentari, num perseuerantia fidei exaudiri sit dignus, an ob defectum fiduciæ indignus. Postquam mulieris Chananitidis preces Christus semel & iterũ repulerat, vel certè repellere visus fuerat, illa patientiæ atque perseuerantiæ suę merito audire tandem meruit: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.

Perseuerantia orationi necessaria.

Hinc nobis instantiam imo & importunitatem in oratione, Dominus in euangelio commendat exemplo illius qui media nocte amici pulsans fores, tres panes sibi mutuo dari rogabat, quos primum negatos, propter importunitatem suam & pulsandi instantiam, tandem accepit. Et subdit: Et ego dico vobis, petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Christus ipse patientiam inter precandum & perseuerantiam suo nobis commendaturus exemplo, ter patrẽ orauit priusquã appareret ei angelus de cœlo confortans eum.

Luc. 11.

Luc. 22.

Circa secundum, quod est ad deprecandi studiũ Christi exhortatio, subditur:

Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

K Quia necdũ Apostoli nouerant nihil ad salutẽ pertinẽs impetrari posse nisi p nomẽ vnigeniti fili Dei, idcirco: Vsque modo, inquit, non petistis quicquam in nomine meo. Denique nondum tã perfectè nouerant eum, licet crederent vel confiterentur eũ Christũ filiũ Dei viui, necdũ, inquã, tam plenè cognouerãt eum, vt scirẽt ipsi, legationẽ eũ suscepisse nostræ pacis, & mediatorem datum esse ad impetrandam hoĩbus gratiam Dei patris. Proinde nõ petierant quicquã hactenus in nomine eius, siquidẽ nec ipse hoc illis ante horã suę passionis, q̃ iã nũc instabat mãdasse reperitur, quanq̃ multa de orationis instãtia sit loquutus.

Non ergo petierant catenus in nomine Saluatoris, quia dum hunc visibili præsentia complecterẽtur, minus ad inuisibilia salutis dona mentis intuitum erexerãt. Nõ vt Apostolorum simplicitas corporali visu sui saluatoris ab æternæ salutis petitiõe sit retardata, sed obstaculo pro

priæ cupiditatis ab intuitu dominicæ voluntatis impedi-
ta. Quid autem principaliter petendum, ac sine vlla dubie
tate eis qui fideliter in petendo perstiterint sit parandum
à patre dominus subdendo manifestat, dicens:

Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Hoc maxi-
mè petēdū.

Quorum verborum ordo vel sensus hic est: Petite, vt gau-
dium vestrum sit plenum, & accipietis. In quo autem gau-
dium plenū esse poterit, nisi vt veniamus & appareamus
ante faciem dei? Omne namq; mundi huius gaudium de-
ceptiuum, & omnis risus eius erroneus est, solum autem
de visione dei, & visus faciei eius præsentis plenitudinem
habet, & in veritate est, nec enim obscurari vel auferri po-
test. Igitur, quum dicit, petite & accipietis, vt gaudium ve-
strum sit plenum, illa tantummodo petēda esse innuit, quę
proficiant ad visionem dei, de quo solo, plenitudo gau-
diū est.

Plenum ergo gaudium, beatitudinem perpetuæ pacis L
appellat. Nam vt taceamus de gaudio reproborum, quo Beda.
sibi luctum merentur ęternum, habent sancti etiam in prę- Gaudiū ple-
senti gaudium de spe bonorum cœlestium, quum pro do- nitudo.
mino terrenis exercentur aduersis, habent & gaudiū cum
amore fraternitatis, suadente Apostolo, discunt gaudere Rom. 12.
cum gaudentibus, flere cum flentibus, sed non est plenum
gaudium quod fletu variante miscetur. Plenum quippe
gaudium est, vbi nemine flente, cum solis datur gaudere
gaudentibus.

Ait itaq;: Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit
plenum. Ac si patenter dicat, Non fluxa seculi gaudia, quæ
& mœrore semper mixta & certo sunt fini obnoxia, sed il-
lud singulare gaudium à patre petite, cuius plenitudo nul-
lo cuiuslibet inquietudinis attactu minuitur, cuius ęterni-
tas nullo vnquam termino dissoluitur. Si enim perstiteri-
tis in petendo, proculdubio quæ petitis percipietis. De
huius plenitudine gaudiū beatus Petrus fidelibus scribit, 1. Pet. 1.
dicens: Credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili
& glorificata, reportantes finem fidei vestræ salutem ani-
marum vestrarum. Petere autem huiusmodi gaudium est Petere gau-
non verbis tantummodo patriæ cœlestis introitū flagita- diū plenū,
re, sed & digna operatione pro eius perceptione certare. quid.

Neq; enim quippiam vtilitatis adferret homini benè
orando superna quærere, qui non desistit peruersè viuen-
do infimis implicari.

HOMILIA ALTERA.

HÆC *in prouerbiis loquutus sum vobis.* Ioan. 16.

In hac parte lectionis Euangelicæ duo restant cõsideranda. Primum est, de ampliori cognitione diuinorum gratiosa pollicitatio. Alterum, de Christi venerãda sapientia vera discipulorum confessio. Ibi: Dicunt ei discipuli.

Circa primum tria notantur. Primum est, Pristina Christi in prouerbiis sermocinatio. Secundum est, Patris erga discipulos dilectio. Ibi: *Et non dico vobis.* Tertium est, notanda Christi *egressio* pariter & regressio. Ibi: Exiui à patre.

A Circa primum dicit: *Hæc in prouerbiis loquutus sum vobis.* Vbi quæritur, quænam sunt quæ se in prouerbiis loquutum esse adserit? Nunquid ex quo surrexit à cœna prouerbia siue parabolas dixit, & non potius plano sermone præcepta dilectionis & hortamenta patientiæ dedit? Siquidem & Apostoli solum hunc sermonem respicientes, quem in illa nocte hucusq; produxit, ecce (inquiunt) nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Quum ergo dicit: Hæc in prouerbiis loquutus sum vobis, & cætera, non ad verba ipsa quæ tũc loquebatur referri voluit, alioqui magis propriè dixisset, hæc prouerbia loquutus sum vobis, si tamen re vera prouerbia poterant conuenienter dici, quæ hactenus loquutus est eis.

Quid in prouerbiis loquutus fuerat.

Sed hæc (inquit) quæ nunc instant, quæ nunc agũntur, scilicet passionem meam, pro qua cor vestrum tristitia nunc impleuit, resurrectionem quoq; vel ascẽsionem, qua visa gaudebitis, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis, paracleti quoq; effusionem, quem si abiero mittam vobis. Hæc (inquam) in prouerbiis hactenus loquutus sum vobis, variisq; præsignaui figuris, verbi gratia vbi dixi, mulier quum parit tristitiam habet, quia venit hora eius, quum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum, hæc (inquam) variis præsignaui figuris vsq; in hãc horam passionis, imò vsq; dum tradente me spiritum, scindatur velum templi à summo vsq; deorsum, ipsa sui scissione cõ

testans

testans ea quæ hactenus latebant sub figuris, deinceps in veritate claresceret mysteria regni dei. Extunc enim iam non in prouerbiis loquar vobis. Vnde subdit:

Venit hora quum iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis.

Palam (inquit) de patre meo annuntiabo vobis, quasi dicat: Ita vt præsentibus rebus, quarum figuræ præcesserūt, vos non solum intelligere ea quæ præsens ipse feci, vel loquutus sum vobis, sed etiam quæ in figura contingebant patribus vestris, discutere & aperire possitis. Venit hora inquit. Illam nimirum horam significat, qua eis peracta sua passione ac resurrectione, spiritussancti gratiam erat daturus. Tunc enim spiritaliter instructi, & spiritali dilectione succensi, quo perfectius omnia quæ de agnitione diuinitatis mortalibus erant capienda, cæperant eo ardentius sola quæ ad eius visionem promerendam iuuarent, petere ac desiderare curarent. Vnde subiungit: Beda. Clara veritatis notitia.

In illo die in nomine meo petetis.

Illo (inquam) die reuelatæ gratiæ, die salutis, & tempore acceptabili, quando spiritus veritatis docebit vos omnē veritatē, de meo accipiens & annuntians vobis, vos in nomine meo petetis, quia videlicet cognoscentes me, & credentes quia ego in patre, & pater in me est, verū deum & hominē æquē vt patrē adorabitis, & sic in nomine meo petetis, quod vsq; modo non feciſtis. Prius enim sic putabant eius patrem esse deum, sicut & noster est gratia. Theo.

Circa secundum, quod est, erga discipulos, patris dilectio subditur:

Et non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à deo exiui.

Iterum dat eis fiduciam, & supernum in suis tentationibus habituri sint adiutorium. Quasi dicat: Sub nomine meo petetis, & intantum vobis conseruabo amicum patrem, vt posthac neq; me opus habeatis intercessore, nam ipsemet pater vos amat. B Theo.

Non igitur illo die ego rogabo patrem de vobis. Ne

fortè hęreticus aliquis nō intellexerit, quomodo supradictum sit, & ego rogabo patrē, & alium paracletum dabit vobis, & inde contendat patre minorem esse filium, eo quòd rogare minoris sit, ecce & hoc è diuersō hic infert. Et non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis, scilicet illo die, quo (vt iam dixi) in nomine meo petetis. Nam isto quidem die qui nunc ingruit, die tribulationis meę quo capiunt animam meam & irruunt in me fortes, ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, rogabo (inquit) sacerdos, factus ipse sacrificium secundum passibilem hominis naturam, illo autem die & deinceps, quo iterum in gaudio cordis vestri videbitis me, iam non rogabo patrem de vobis. Quare? Ipse enim pater amat vos, id est, isto rogatu meo sibi reconciliatos iam habet amicos vos, & de filiis iræ fecit filios gratiæ suæ. Vt autem à Christo non resiliant, quasi ipso amplius opus nō habeant, sed à patre absq; mediatore diligantur, subiecit, quia vos me amastis. Ac si dicat: Propterea amat vos pater, eo quòd me dilexistis. Quando igitur excideritis à mea amicitia, tunc & à patris amicitia excidetis.

Vt pater amat credentes.

C

Porrò secundum Bedam quòd dictum est: Et non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis, sic exponitur: Quia dominus noster Iesus Deus & homo est, modo summa diuinitatis, modo humanitatis humilia loquēdo designat. Quòd enim dicit non rogaturum se patrem pro discipulis propter consubstantialem patri diuinitatis suæ potentiam dicit, in qua non patrem ipse rogare, sed & rogata cum patre consueuit dare. Quòd verò Petro ait: Ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua, & quòd de illo Ioannes ait: Aduocatū habemus apud patrem Iesum Christum iustum, propter dispensationem dictum est assumptę humanitatis, cuius quum triumphum patris ostendit oculis, vtiq; pro nostra infirmitate interuenit.

Duę i Christo naturæ.

Luc. 22.

2. Ioan. 2.

Ipse enim pater amat vos quia vos me amastis, & credidistis quia à deo exiui. Non ita intelligendum est quasi amor & credulitas discipulorum præcesserit amorē quo illos pater amaret, meritumq; humanum prius sit muneribus gratiæ cœlestis, quum apertissimè dicat Apostolus: Quis prior dedit illi & retribuetur ei? sed ita potius, quia pater illos gratuitò amore præuenerit, atq; ad amandum credendumq; filium amando sustulerit, & quia ipsi agnitam filij dilectionem atq; fidem pio & sollicito corde ser-

Rom. 11.

Num diuinā quis dilectionem meretur.

uauerint, maioribus eos donis paternæ dilectionis esse remuneratos.

Non autem arbitrandum quia pater sine filio & spiritusancto amare vel amoris possit munera dare. Nec rursus æstimandum quia filius sine patre & spiritusancto valeat amari vel credi. Quòd ergo ait: Ipse enim pater amat vos, intelligẽdum est, vnà cum filio & spiritusancto quos amore dignos iudicat. Et quod adiunxit: Quia vos me amastis, eadem ratione sciendum est, quia quicunq; filium rectè amat, hũc cum patre & amborum spiritu amet, quia quorum inseparabilis est natura diuinitatis, horum vna eademq; sunt dona virtutis.

Circa tertium, quod est, Christi egressio pariter & regressio, consequenter subditur:

Exiui a patre & veni in mundum. Iterum relinquo mundum & vado ad patrem.

Quasi dicat: Exinaniui me formam serui accipiens, & veni saluare mundum, custodiendo vias duras propter verba labiorum patris, iterum relinquo mundum, deponens seruitũ iugum, & vado ad patrem, propter passionẽ mortis recipiens gloriam & honorem. Propter hoc ipse pater illo die amat vos, quia credidistis hoc. Etenim ista credulitas efficiens causa est vt mea prosit vobis passio, vt reconciliemini deo, vt non iam filios iræ, sed filios gratiæ reputet & amet vos, ita vt iam ex illo die non oporteat me patrẽ rogare de vobis, quod modo semel facio. Semel enim morior, & quod morior, peccato non meo, sed vestro, morior, deinceps viuam deo, quia sicut dixi, vado ad patrem, à quo propter hoc exiui, vt hoc modo redirem.

D Phil. 2. Vt Christ⁹ ad patrẽ va dit. Heb. 2.

Exiit enim à patre, quia de patre est. In mundum venit, quia mundo suum corpus ostendit. Mundum reliquit corporali discessione, perrexit ad patrem hominis ascensione. Nec mundum deseruit præsentiæ gubernatione, quia sic in mundum venit exiens à patre vt non desereret patrem. Itaq; venit in mundum, quia mundo (vt dictum est) visibilis apparuit in humanitate, qui erat inuisibilis apud patrem in diuinitate. Exiuit à patre, quia non in ea forma qua æqualis est patri, sed in assumpta creatura minor apparuit. Et venit in mundum, quia in forma serui quam accepit etiam mundi huius amatoribus se videndum præbuit.

Augu.

Iterum

Iterum reliquit mundũ & rediit ad patrem, quia ab aspectu amatorum mundi quod viderant abstulit, & se amatoribus suis æqualem patri esse credendum docuit. Hoc nempe illud est, quod psalmista cœlis enarrantibus audiuit aure prophetica, videlicet: Exultauit vt gigas ad currendã viam suã, & statim subsequutus est: A summo cœlo egressio eius. Itaq; mentiti sunt Cherintus & similes sui hæretici dicendo Christum ante Mariam nõ fuisse, quia exiui (inquit) à patre, & veni in mundum, contestante prophetа, quia à summo cœlo egressio eius.

Circa secundum principale dicitur:

Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis.

E Hic ponitur de Christi veneranda sapientia vera discipulorum confessio. Vbi primum præmittitur ad præcedentia domini verba discipulorum responsio. Ecce (inquiunt) nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Dixerat enim eis ipse: Hæc in prouerbiis loquutus sum vobis. Venit hora quum iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis. Non aduerterant, q̃ non verbo præsentis temporis dixit, hæc in prouerbiis loquor vobis, sed præteriti, hæc in prouerbiis loquutus sum vobis. Vnde iam dicunt: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Quod & si ex parte verum est, nunc enim, id est, in hac cœna, clarè loquutus eis fuerat, exhortãs eos ad mutuam pacem & dilectionẽ, prædicens eis futuras à mundo pressuras, tribulationes & persequutiones, vt dictum est, promittens nihilominus venturi spiritussancti consolationem, attamen nõ palam erant illis omnia quæ dixerat. Nam & paulò antè dixerunt: Quid est hoc quod dicit nobis modicum & non videbitis me & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Nescimus quid loquitur, adeò caligabãt in illa magna tristitiæ nebula, quia non solum oculi, sed & interni sensus eorũ erant grauati, vt ipsam quoq; ignorantiam vel tarditatem suam nescirent, sicq; dum verba domini melius se intelligere putarent quàm ea intelligerent, factum est, vt manifesta putarent ea quæ non capiebant.

Palam

Palàm ígitur eum loqui existimabant cuius mysteria dictorum necdum valebant comprehendere, putãtes simpliciter & dilucidè prolata, quæ non intelligentibus prouerbia erant. Et quum ex Christi sermone hæc obseruarent, videlicet, se à patre diligi, Christum à Deo patre exisse, & nunc rursus ad illũ abire, & eo quòd se à patre diligi animaduerterant, statim omnia se intelligere putabant. Vnde & dicunt ipsius sapientiam qua cuncta nouit, pie confitentes:

Nũc scimus quia scis omnia, & nõ est opus tibi vt quis te interroget. In hoc credimus quia à Deo existi.

Apertè ostendũt quia loquens ad eos Dominus, de his maxime disputabat quæ illos delectabat audire, & quę illi interrogare volebant, hæc (ipse præueniens eos) vltrò profe rebat. Vnde meritò illum scire omnia quasi Deum, & quasi filium à Deo venisse credunt & confitentur. Apertum nanq; diuinitatis indicium est, cogitationũ nosse secreta, Salomone affirmante qui Deo supplicans ait: Tu enim solus nosti corda omnium filiorũ hominum. Vnde etiam Ieremias ait: Tu autẽ domine sabaoth, qui iudicas iustè, probas renes & cor. F Beda. Diuinitatis indicium. 3. Reg. 8. Iere. 11.

Nunc scimus, inquiunt, quia scis omnia. Venerabilis sanè (vt iam dictũ est) & sapientiæ diuinę condigna professio. Omnia nanq; scire, solius Dei est, vel sapientiæ eius cuius nõ est numerus. Attingit autem à fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. Hæc enim sola scit omnia, & omnium scrutatur corda, & vniuersas mentium ęogitationes intelligit. Quo autẽ experimẽto istud cognouerint, indicant cęptinuo subiungentes: Et nõ est opus tibi, vt quis te interroget. Hoc planè idonenm tantæ rei testimonium est. Sapi. 8

Quis est doctorũ adeò strẽnuus, vt saltẽ obiectis semper sufficere possit interrogationibus, ne dicam tacitis auditorũ occurrere cogitationibus? At ille dominus & magister, quanta benęuolentia docebat, tanta & potẽtia corda hominum in manu sua tenebat, ita vt nõ nesciret quid cuique deesset, quinetiam nulla eum cordis cogitatio lateret. Quod quum multis exemplis, vicino quoq; discipuli confirmati fuerant argumento, quia videlicet paulò antè dicente illo: Modicum, & iam non videbitis me & cætera, Christi⁹ doctor qualis.

quum

quum dicerent quidã ex eis ad inuicẽ, nescim⁹ quid loquitur, cognouit ipse quia volebant eum interrogare, & non fuit ei opus vt ipsi eum interrogarent, præuenit enim eos dicens: De hoc quæritis inter vos. Bene ergo scimus, inquiunt, quia scis oĩa, & nõ est opus tibi vt quis te interroget, videlicet, quomodo cuiq; homini docere cupienti op⁹ est aperiri verbis, in quo hæreat sensus auditoris. Tu verò antequã audias, nosti ea q̃ vel cõtristant vel offendũt nos, & quiescere nos fecisti dicẽs, quoniam pater nos amat.

Chry.

Quęstio. G Vbi August. Quid sibi vult, q̃ ei quem sciebant nosse oĩa, quum dicere debuisse videãtur, nõ est op⁹ tibi vt quem quam interroges, dicendũ potius putauerunt, nõ est opus tibi vt quis te interroget, quod vtrunq; legimus factum, & interrogasse scilicet Dñm, & fuisse interrogatum.

Solutio. Sed hoc cito soluitur, quia hoc non ei, sed illis potius opus erat quos interrogabat, vel à quib⁹ interrogabatur. Neque enim aliquos ille interrogabat vt ab eis aliquid disceret, sed potius vt eos doceret: & qui interrogabãt eum volentes ab eo aliquid discere, illis profecto id opus erat, vt scirent ab eo aliqua, qui nouerat omnia. Ille autem nõ opus habebat vt quod ab eo scire quisque vellet per ipsius cognosceret interrogationem, quia priusquam interrogaretur, interrogatorum nouerat voluntatem. Præuidere autem cogitationes hominũ magnum Domino non erat, sed magnum paruulis erat, qui subdunt:

In hoc credimus quia à Deo existi.

Eccl. 24 Hilarius

Quod idem est ac si dicant: In hoc credimus quia tu es ipsa sapientia quæ dicit: Ego ex ore altissimi prodiui. Per id enim credunt q̃ à Deo exiit, quia ea quæ Dei sunt agit. Nam quum Dominus vtrũq; dixisset, & Deo exiui, & à patre veni in hũc mundum, nihil admirationis in eo habuerunt quod frequenter audierant. Vnde non addunt: Et à patre venisti in hunc mundum. Sciebant enim à Deo missum, exisse tamen à Deo catenus nescierant. Inenarrabilem verò illam filij natiuitatem per virtutẽ dicti istius intelligentes tũc primum cœperunt aduertere, quum illum sine prouerbiis profitentur esse loquutum. Non enim per consuetudinem humani partus Deus ex Deo nascitur, cuius à Deo exitio potius q̃ partus est, iuxta quod hic confitentur discipuli dicentes: In hoc credimus quia à Deo existi. Non secus & ille cõfessus est qui ait: Scimus quia à Deo

Ioan. 9.

veni-

veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hęc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Huiuſmodi eſt illud cæci apud Ioannem: Niſi eſſet hic homo à Deo, non poterat facere quicquam. Ioan. 9

Cæterum quod hinc ad morum attinet informationem, aduertamus q̃ nequaquam hæc tranſeunter aut negligenter commemorãda ſunt, ſed ſolerter inuigilandum eſt, vt non verba tantum & opera noſtra, ſed ipſa quoque cordium ſecreta diuinis aſpectibus digna reddamus. Nõ in templo noſtri pectoris odiorum flamma, non inuidiæ rubigo reſideat, non inde turpis vel contumelioſi ſermonis radix oriatur, non ibi meditatio facti nocentis innaſcatur. Memores ſimus dominicę comminationis qua dicitur: Ego enim opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem, & expulſis vitiorum ruderibus, talem cordis noſtri paremus manſionem, cuius ipſe dominus dignetur inesſe manſor, qui eius ineuitabilis inſpector & iudex eſt. Beda. Exhortatio moralis. Eſa. 66

Dominica ſexta

POST PASCHA.

VVum venerit paracletus, quẽ ego mittam vobis a patre, ſpiritum veritatis, qui à patre procedit. Ioannis. 15.

In hac ſancti Euãgelij lectione duo præcipuè ſunt conſideranda. Vnum eſt, Fidelis & obſeruanda de Chriſto teſtificatio. Alterum, Teſtibus veritatis prænuntiata perſequutio, ibi: Hæc loquutus ſum vobis.

Circa primum duo notantur. Vnum eſt, Spirituſſancti miſſio pariter & proceſſio. Alterum, tam Spirituſſancti q̃ Apoſtolorum de CHRISTO teſtificatio, ibi: Ille teſtimonium. A

Circa

Beda. Circa primum est aduertendū, ꝙ sicut ex multis sanctī Enangelij locis patet, discipuli ante aduentum spiritus sancti minus capaces erant ad intelligenda arcana diuinę sublimitatis, & minus fortes ad toleranda aduersa humanæ prauitatis. Sed adueniente spiritu sancto, cū augmento diuinæ agnitionis, data est eis etiam constātia vincendæ humanæ persequutionis. Vnde illis nunc dominica pollicitatione dicitur: Quum venerit paracletus quem ego mittā vobis à patre, & cætera quæ sequuntur.

Paracleti ratio. Vbi notandum in primis, ꝙ paracletus Grꝛce, Latinè consolator interpretatur. Nam (vt dicit Didymus) spiritussanctus consolator ab operatione nominatur, quia eos quos se dignos reperit, non solum ab omni perturbatione reddit alienos, verumetiam incredibile quoddam gaudium eis tribuit. Sempiterna siquidē lætitia in eorū corde

Spūssancti persona describit. Rupert. versatur quorū ipse est habitator. Quem ego mittam vobis, inquit, à patre. Vbi tribus distinctionibus persona vel maiestas spiritussancti descripta est, videlicet, quia paracletus est, quia spiritus veritatis est, & quia à patre procedit. Et interpositum est: Quem ego mittā vobis à patre. Vnde

Spiritus veritatis spiritus veritatis dicatur patet, quia spiritus Christi est, qui est veritas, & quia eos quos imbuit veraces & veritatis amatores & sectatores, nec minus mendacij & vanitatis sacit contemptores. Vnde autem paracletus, id est, consola-

Cōsolator. Ioan. 14 tor sit dictus, patet ex Domini verbo quo ait: Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscū in ęternum, spiritū veritatis quem mundus non potest accipere.

B Qui à patre procedit. Restat deinceps illud considerare quod nūc additur: Qui à patre procedit item & illud, ꝙ ipse filius æqualis patri, gloriam commendās suæ maiestatis, sic interposuit, dicens: Quem ego mittam vobis à patre. Vbi Didymus: Iste, inquit, consolator spiritus à filio mittitur, non quidē vt minister, nec sicut angeli, prophetæ & Apostoli, sed vt mitti decet à sapientia & virtute spiritum Dei, indiuisam habentē cum eadem sapientia & virtute naturam. Quum ergo dicit: Qui à patre procedit, nō est putandū ꝙ iste processus sit extra Dei patris essentiam, sed originalis cōsistentia spiritussancti, cui à patre mitti, est ex patre naturalem essentiam obtinere. Vnde Beda:

Dominus spiritū veritatis & à se mittendum esse testatur, & eundem mox à patre procedere subiungit. Nō quia idem

ídem ſpíritus aliter à patre procedit, quàm à filio mittitur, ſed ideo filius eum à ſe mitti, & à patre dicit procedere, vt aliam patris, aliam eſſe ſuam perſonam deſignet, ac in eadem diſtinctione perſonarum vnam etiam operationem ac voluntatem ſuam cum patris voluntate & operatione denuntiet. Quum enim eiuſdem ſpiritus gratia datur hominibus, profectò mittitur ſpiritus à patre, mittitur & à filio, procedit à patre, procedit & à filio, quia & eius miſſio, ipſa proceſſio eſt qua ex patre procedit & filio. Venit & ſua ſponte, quia ſicut coæqualis eſt patri & filio, ita eandem habet voluntatem cum patre & filio communem. Spiritus enim vbi vult ſpirat. Et enumeratis Apoſtolus donis cœleſtibus, ait: Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Ioan. 3. 1. Cor. 12.

Notandum eſt etiam quòd de ſpiritu ſancto filius dei loquens, verbo præſentis temporis dixit, qui à patre procedit, quum de ſemetipſo aduerſus Iudæos teſtificans verbo præteriti temporis dixerit, ego enim à deo proceſſi & veni. Aliter chriſtũ & aliter ſpiritũ ſanctum mitti

Quum enim hæc diceret, iam vtiq; proceſſerat ipſe tanq; ſponſus de thalamo ſuo, ſcilicet factus homo viſibilis, qui inuiſibilis deus erat. Hic autem paracletus ſpiritus ſanctus ad homines nondum proceſſerat. Nondum enim (inquit) erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum fuerat glorificatus. Hoc tunc agebatur vt procederet, præeunte digno apparatu magnæ pœnitentię quam in ſe exceperat in vnigenito dei natura carnis noſtræ, ſatisfaciens pro antiquo delicto præuaricationis Adæ, vt procederet inquã, videlicet aduenies in remiſſionem peccatorum, quo modo nulli vnquã datus fuerat ante ſalutare paſſionis Chriſti ſacramentum. Porrò ipſum proceſſionis verbum dignitatem perſonæ eius exprimit, videlicet quia ipſe eſt dominus æqualis domino patri vel filio, qui & ipſe (vt iam dictum eſt) dominus proceſſit & venit. Ioan. 7.

Proprietas autem vel differentia proceſſionis in eo eſt, quia filius quidem proceſſit & venit, videlicet ad condendam ſanctæ Eccleſiæ domum, quam per ipſum condidit qui vniuerſa creauit deus, ſpiritus autem ſanctus tunc proceſſit, & vſq; in finem ſeculi procedere non deſinit ad dedicandam & illuſtrandam domum eandem, vt inhabitet in illa, & inambulet deus vnus, pater & filius, & ipſe C Differentia proceſſionis.

qui illum dedicat & consecrat spiritussanctus. Amplius aũt quando per verbum suum deus pater omnia condidit, filius quidem semel processit, quia semel & simul omnia condidit, spiritus autem sanctus extunc vsq; in æternum in subiectam rationalem creaturam procedere non desinit, quia videlicet absq; processione eius inopia creaturæ subsistere nequit, quemadmodum absq; solis lumine luna non lucet.

Ruper. Nota similitudinẽ disparis illuminationis.

Et quidem beata sanctorum angelorum societas, semper quasi plena luna est, & nec deficit nec minuitur, ex quo peccantibus apostatis angelis, ipsi peccare nolentes, positi sunt in aspectu solis æterni. Vnde & relucent plena luce ornatore cœlorum, id est, hoc eodem spiritusancto semper in eos procedente. Verum illa quæ in hoc seculo peregrinatur electorum hominum Ecclesia non semper in eodem statu permanet, sed nunc subleuata per cõtemplationem donis eiusdem spiritus plus fulget, nunc obscura pressuris vel seculi turbinibus, minus lucet donec finiatur iste mundi circuitus, & ipsa quasi plena luna in cõspectu solis sui quieta resideat. Bene ergo quum de seipso præteriti temporis verbo dixerit filius, ego enim à deo processi & veni, de spiritusancto præsentis temporis verbo ait, qui à patre procedit. Proinde filius ore catholicæ Ecclesiæ non procedens sed genitus, spiritus autem sanctus non genitus, sed procedens rectè dicitur.

Græcorum error.

Visum est autem quibusdam Græcorum hæreticis q̃ spiritussanctus nõ à patre & filio, sed à patre procedat solo, videlicet, quia quasi cum determinatione filius dixit, spiritum veritatis qui à patre procedit. Sed huic peruerso sensui præsens veritas ex aduerso resistit. Quum enim dicit, qui à patre procedit, simul idem filius, qui & hoc eodẽ in loco dicit, quem ego mittã vobis. Et alibi: Ego (inquit) mittam promissum patris mei in vos, quid est aliud paracletũ mitti quàm procedere spiritum veritatis? Ipsa vtiq; missio (sicut iam dictum est) processio est, nisi hoc tantum, quòd in sua substantia semper inuisibiliter spiritus procedit, in aliena autem specie ad tempus missus est, scilicet, quum vel super dominum in specie columbæ, vel super Apostolos eius apparuit in igne. Alias autem quum veraciter dicat idem filius, non creditis, quia ego in patre & pater in me est? quomodo spiritus qui à patre procedit

Luc. 3. Act. 2.

cedit à filio quoq; pariter non procedit?

Nunquid localis est filius vel pater vt quum de secreto paterni pectoris fonte spiritussanctus procedit nõ procedat & de vnigenito filio qui est in sinu patris, præsertim quum filius dicat, ego & pater vnum sumus.

Vehementer autem hæc quoq; sententia repugnat hæreticis, quicunq; in spirirumsanctum blasphemare ausi sunt, dicendo quòd creatura sit. Quomodo enim si creatura est à patre procedit? Nonne omnis creatura ex nihilo creata est & earum nulla de substantia dei procedit? Quid enim de deo aliud quàm deus procederet? Igitur diuinæ naturæ simul & maiestatis testimonium est sanctospiritui, quia sicut filius de seipso testatus est, dicens: Ego enim à deo processi, sic & de illo testatur, qui à patre procedit.

D Spirituſſancti diuinitas adſtruitur.

Circa secundum, quod est, tam spirituſſancti quàm Apostolorum de CHRISTO testificatio, subditur in litera:

> Ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Quasi dicat: Perhibebit spirituſſanctus, perhibebitis & vos, quia enim ab initio mecum estis, potestis prædicare quod nostis. Hoc sicut dictum, ita & factum est, & sicut veritas promisit, ita & perfecit.

Spũſſanctꝰ vt de Christo testimoniũ perhibuit.

Venit enim paracletus, missus est spiritus veritatis, processit tunc visibiliter, qui semper inuisibiliter processit. Visibiliter (inquam) tunc processit, non tamen in sua substantia qua est inuisibilis, sed in linguis apparuit igneis, & in corde eos accendit, & in ore disertos reddidit, & ita instructos testes Christi testis ipse inuictus spiritussanctus, ad publicum produxit.

Beda.

Itaq; aduenies spiritus testimonium perhibuit de domino, quia discipulorum corda aspirans, omnia quæ de illo scienda erant mortalibus, clara illis luce reuelauit, quia videlicet æqualis & consubstantialis erat patri ante secula, quòd consubstantialis nobis factus est in fine seculorum, quòd de virgine natus sine peccato vixit in hoc

mundo, quòd quando voluit & qua voluit morte transiuit è mundo, quòd veraciter mortem resurgendo destruxit, veram in qua passus est & resurrexit carnem ad cœlos ascendendo leuauit, atq; in paternæ gloriæ dextera constituit, quòd omnia prophetarum scripta illi testimoniũ perhibent, quod confessio nominis eius vsq; ad fines erat propaganda terrarum, cæteraq; fidei illius mysteria spiritussancti testimonio sunt reserata discipulis, neq; illis tantummodo, sed & omnibus qui secundum verbum eorum credunt in dominum, quicquid rectè sapiũt eiusdem spiritus est munere concessum.

E Spũssancti opatio in discipulis.

Ille ergo (inquit) testimoniũ perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis. Quia quę spiritu intus docente perceperunt, hæc abiecto timore pristino foris loquendo, & aliis ministrabant. Ipse namq; spiritus corda eorum & scientia veritatis illustrauit, & ad docenda quæ nossent

Esa. 11.

culmine virtutis erexit. Vnde rectè apud Esaiam spiritus idem fortitudinis & scientiæ nuncupatur. Est etenim spiritus scientiæ, quia per ipsum quæ rectè agere vel etiam cogitare debeamus agnoscimus, est etiam spiritus fortitudinis, quia per ipsum vt quæ bona nouimus viriliter operemur accipimus, nec aduersitate aliqua à bonis quæ cœpimus repellamur.

Apostoli vt de Christo testificãtur.

Et vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis. Cum data spiritus gratia etiam hoc fiduciam discipulorum iuuit quod ab initio fuerant cum domino, ideoq; quæ apud illum viderunt & audierunt, absq; vlla ambiguitate prædicare valebant. Vnde benè Petrus alium pro Iuda ordinare volens Apostolum, non neophitum, sed probatum ex tempore curabat eligere, dicens:

Act. 1.

Oportet ergo ex his viris qui nobiscum congregati sunt omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis.

Act. 10.

Hinc ipse Gentibus Christum euangelizans, confidenter aiebat: Hunc deus suscitauit à mortuis tertia die, & dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis à deo nobis qui manducauimus & bibimus cum eo postquam resurrexit à mortuis.

Quid igitur post hæc Iudæi facerent, qui dixerant, testimo-

testimonium tuum non est verum, quid (inquam) dicerēt captiui Gentium, quando huic filij dei tam glorioso testi spiritui sancto, acquiescentes, super ipsum continuerunt reges os suum? Esa. 52.

Itaq; considerandum est quibus & quantis testimoniis fides nostra de CHRISTO fuerit confirmata. Vbi primo occurrit testimonium dei patris quod Christo iam in Iordane baptizato, & postmodum glorioſe transfigurato perhibuit, dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi benè complacui, ipsum audite. F Fidei nostræ attestantur. Luc. 3.

Rursum ipse CHRISTVS filius dei qui in hoc natus est, & ad hoc venit in mundum, vt testimonium perhibeat veritati, dedit testimonium de seipso, qui vtiq; veritas est, verbo quidem, dum ait: Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium meum verum est, quia scio vnde veni & quò vado. Mat. 17. Ioan. 19. Ioan. 8.

Opere nihilominus de se dedit testimonium miraculis & signis quæ nemo alius fecit, nempe soli deo possibilibus, de quibus ait: Opera quæ ego facio in nomine patris mei hæc testimonium perhibent de me. Ioan. 10.

Item spiritussanctus CHRISTO testimonium perhibuit non solum quibus dictum est modis, sed vel in hoc manifestissime quod super ipsum in Iordane baptizatum in specie columbæ apertis cœlis descendit & mansit. De cuius etiam testimonio per beatum Ioannem dicitur: Spiritus est qui testificatur, quoniā CHRITVS est veritas. Luc. 3. 1. Ioan. 5.

Ecce triplex summæ atq; diuinæ trinitatis de Christo testimonium, de quo per eundem dicitur: Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. De Christo testimonia 1. Ioan. 5.

Item & angelica celsitudo eidem deo & domino nostro testimonium perhibuit, quum in ipsius secundum naturam assumptam natiuitate pastoribus apparuit multitudo militiæ cœlestis laudantium deum, & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc. 2.

Perhibuerunt etiam testimonium ipsa cœli clarissima luminaria, quæ in morte ipsius obscurata sunt, quin & terra ipsa quæ ipso moriente contremuit. Luc. 23

Item venti & maria. Vnde dicunt qui cum ipso na-
Mat.8. uigabant. Quis est hic? quia venti & mare obedi-
unt ei.

Maximè verò testimonium ei perhibent lex & scri-
pturæ prophetarum, iuxta quod ipse in Euangelio loqui-
Ioan.5. tur, dicens: Scrutamini scripturas, quia illæ sunt quæ testi-
monium perhibent de me.

Item omnes patriarchæ & prophetæ, dicente Petro:
1.Pet.3. Scrutati sunt prophetæ spiritu sancto, prænuntiantes
quę in CHRISTO sunt passiones & posteriores glo-
rias.

Q Deniq; testimonium perhibent CHRISTO & no-
Quadru- stræ in Christum fidei Apostoli, & qui post eos fuerunt
pliciter homines sancti vniuersi, quibus in Euangelio dicit: Vos
Christo ad estis testes horum.
testantur.

Testificati sunt autem, verbis, signis, vita, & morte.
Luc.24. De primo, id est, testimonio verborum, ipse dominus ad
Act.1. eos loquitur, dicens: Et eritis mihi testes in Ierusalem, &
omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. Vnde
1.Pet.3. est & illud Petri: Parati semper ad satisfactionem omni
Act.10. poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est spe. Qui &
alibi dicit: Deus qui suscitauit Iesum à mortuis tertia die,
præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse
est qui constitutus est à deo iudex viuorum & mortuo-
rum.

De testimonio eorum per signa scriptum est. Illi autem
Mar.vlt. profecti prædicauerunt vbiq;, domino cooperante & ser-
monem confirmante sequentibus signis. Et iterum alibi:
Heb.2. Quum initium accepisset enarrari per dominum, ab eis
qui audierunt, in nos confirmata est, contestante deo si-
gnis, & portentis, & variis virtutibus, & spiritus sancti
distributionibus secundum suam voluntatem.

De testimonio sanctitatis vitæ ipsorum & irrepre-
hensibilis conuersationis vel hoc vnum satis est, quia vi-
delicet si peccatores aut homines criminosi fuissent ne-
quaquàm eis fuisset à mundo creditum.

Apostolo- Verum quoniam ea fuerunt vitæ integritate, sancti-
rũ mores. monia, puritate, modestia, sobrietate, & continentia, qua
nullo

nullo vnquam tempore vsquam gentium alĩ nulli, vitæ ipsorum testimonium irreprehensibile & omni dignum fide iudicabatur.

Vnde & in Actibus Apostolorum dicitur: Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis IESV CHRISTI Domini nostri. Virtute magna, inquit. Magnæ enim erant & excellentissimæ vitæ & virtutis. vnde & ibidem subditur: Et gratia magna erat in omnibus illis. Act. 4

Denicꝫ testimonium hoc cõsummatum est mortibus Apostolorum & martyrum, quod maximũ est argumentum veritatis nostrę fidei. Nunquã enim tam constanter hanc vitam expenderent, nisi esse alteram incõparabiliter meliorem perfecta diffinitione sentirent. S. Maximꝰ.

Quòd si aliquis tot & tantorũ testimoniis adhuc crę dere dubitat, q̃ oia hæc præterita sunt, consideret testimonium ecclesiæ præsentis temporis. Constat enim quòd in Christum crucifixum credimus. Quo modo autem tanta hominum multitudo inducta fuisset vt crederet, non quidem in magnum aliquem regem aut principem, sed in pauperem, & hunc abiectum & crucifixum, nisi quòd à Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? H Testatur ecclesia. Aug. li. de fide re. inuisi.

Licet enim mortui sunt Apostoli & martyres, testimonium tamen veritatis in nobis euidẽter appareat, sicut scriptum est: Vsque hodie sunt testes eius ad plebem. Vnde meritò possumus dicere: Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Act. 13

Igitur omnibus his cõsideratis liquet catholicæ fidei veritatem tantæ authoritatis esse, vt aduersus hanc nihil possit obiicere quicunque philosophus, gentilis, Iudæus, hæreticus aut saracenus. Fidei catholicę vt inuicta veritas.

Quòd si aliqui aduersus hanc garriant vel eam impugnent, proficiunt nihil, sicut in Domini passione fuit significatum, quando summi sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus IESVM falsum testimonium vt eum morti traderent, nec inueniebant. Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant. Mar. 14

Et vtique nulla philosophia, nullum testimonium, nulla ratio, sermo nullus est conueniens aduersus fidem catholicæ Ecclesiæ, imò aduersus Dominum, & aduersus CHRISTVM eius.

Circa secundum principale dicitur:

Hæc loquutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos.

Hic ponitur testibus veritatis prænuntiata persequutio. Vbi duo notantur. Vnum est, quantis aduersitatibus foret fides impugnanda. Alterum, quur hęc omnia Christi sermone fuerint discipulis prænuntiata, ibi: Sed hęc loquutus sum vobis.

I Beda. Circa primum dicit: Hæc loquutus sum vobis, vt nō scandalizemini. Curauit sanè pius Dominus futura discipulis prauorum bella prædicere, quo minus hęc eos venientia offenderent. quia solent nimirum leuius aduersa ferri quæ possunt antè prænosci. Nam quæ imparato ac non præuidenti animo mala ingeruntur, grauius hūc sæpe ab integritatis suæ statu deiiciunt. Vnde bene Sapiens Eccl. 2 admonet dicens: Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

Sed huic dicto contraire videtur quod paulò antè Mat. 26 idem ipse Dominus discipulis prædixerat, vbi ait: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Petro autem speciatim: Amen dico tibi, non cantabit gallus Ioan. 13 hac nocte donec ter me neges.

Dissonātia tollitur. Sed aliud fuit in illa nocte scandalizari, aliud est absolutè vel sine vlla determinatione scandalizari. Scandalizati etenim sunt in illa nocte, quum propter noctis illius turbinem, percusso pastore, metu dispersæ sunt oues, sed non simpliciter & absolutè scandalizati sunt, quia cōpatientibus animis cum illo erant, à quo corporaliter dispersi fugiebant. Et nec Petrus ipse quum ore trepido negaret, corde in eum credere desinebat, quem confessus fuerat esse

vat esse CHRISTVM filium Dei viui. Non ergo frustra eos præmonuit atque præmuniuit, dicendo: Hæc loquutus sum vobis vt non scandalizemini. Et adiecit: Mat.16

Absque synagogis facient vos. Hoc factum esse CHRISTI discipulis in Actibus Apostolorum plenissimè legitur. Flagellati nanque in synagogis, etiam de ciuitatibus exturbabantur, ideoq; conuersi ad Gentes synagogas alias, imò ecclesias nouas gloriæ Dei constituerunt, ad quas lege & testamento Dei translatis ipsi qui illos abscq; synagogis fecerāt, absq; synagoga Dei fierent, & in synagoga satanæ excluſi remanerent. Act.3.

Et hæc quidem facere iam cœperant. Iamdudum enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur eum esse CHRISTVM, extra synagogam fieret. Et re vera eiecti sunt fideles extra synagogam malignantium. Habent enim synagogas suas Iudæi, habent hæretici, habent Sarraceni & pagani, à quibus omnibus fidelium cõgregatio seperatur. Separatur, inquam, sicut rosa à spinis, lux à tenebris, & à palea granum. Ait Psalmista: Nõ sedi cum concilio vanitatis, & cũ iniqua gerentibus non introibo, odiui ecclesiam malignantium. Ioan.9 Electi foras à synagoga malignãtiũ

Sed parum est quod ait: Absque synagogis facient vos. Addidit ergo:

Sed venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

Arbitrabantur Deo obsequium se præstare Iudæi in eo quòd ministros noui testamenti odiis insequebantur & mortibus. Quia sicut illis testimonium perhibet Apostolus: Æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam. Et de seipso loquitur: Et ego quidem existimaueram me aduersus nomen IESV Nazareni debere multa contraria agere, quod & feci Ierosolymis. Arbitrabantur ergo legis æmulatores obsequium se præstare Deo dum præconibus gratiæ neces inferrent, sed frustra legem quæ per famulum data est defendunt, qui gratiam quam ipse filius offert accipere rennuunt. Incassum se Deo patri placere æstimant, qui Dei filium contemnere, imò etiam persequi ac blasphemare laborant. K Beda. Rom.11 Act.26 Legis æmulatoꝝ error

Rupertus. Venit hora (inquit) vt interficiendo vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Quasi dicat: Hoc tanta authoritate, tanta rationis adsimilatione facturi sunt, vt arbitrari videantur obsequium se præstare Deo. Nam re-

Act. 9 uera & si Saulus existimabat obsequium se præstare Deo alligando & interficiendo CHRISTI discipulos, nō tamen hoc itidem sentiendum est de illis de quibus pau-

Ioan. 15 lò antè dixit: Nunc autem & viderunt & oderunt, & me

Legisperiti inexcusabiles. & patrem meum, scilicet de pontificibus & pharisæis, qui tulerant clauem scientiæ, & nec ipsi introibant, nec alios intrare sinebāt, quicq; primo ipsum dominū interficientes, deinde discipulos eius, nō verò arbitrabantur, sed arbitrari videbantur obsequium se præstare Deo.

Arbitrabantur etiam (rem omnem suo iniquo iudicio metientes) inimici CHRISTI & patris ipsius, interficiēdo siue ipsum, siue suos, obsequium se præstare Deo, id est, iudicabant. quamuis contra conscientiam suam, sic placitum esse Deo, scilicet prætendendo quasi necessariam loci vel gentis caussam. sicut prius fecerant ad-

Ioan. 12 uersus ipsum Dominum, dicentes: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani & tollent nostrum locum & gentem. Nempe in hoc arbitrio suo pertinaciter permanētes, item pro loco vel gente se stare

Act. 7 subdolè arbitrati sunt, quando statuerunt contra Stephanum testes qui dicerent se audisse eum dicentem, quia Iesus Nazarenus hic, destruet locum istum.

Iudęorū pse quutio non diuturna. L Venit hora, inquit, id est, breue tēpus. Nō enim diu licuit illis interficere Christi discipulos, quasi pro illo Deo tēplo cuius æmulabātur quidē veterem cultū, sed non secundū sciētiam, id est, dei charitatem, quā vtiq; verā, id est, nō inflantē constat esse scientiam. Sicq; quidem subuersum est postmodū, non à Christi discipulis, sed à gentibus Romanis, impleta prophetia quæ de illa corrupta vinea prædixit:

Psal. Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.

Hora hæc, planè persequutionis Iudaicæ breue tempus extitit. Neq; enim de idolatris persequutoribus hoc dicendum fuit, quippe, qui non hora, sed longis multorū temporū persequutionibus Apostolos & martyres Christi interficiendo, non Deo, sed diis suis obsequium se præstare arbitrabantur. Et consolandis eis subdit:

Et hæc

Et hęc facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me.

Quasi dicat: Sufficit vobis in consolationem, propter me & patrem hæc pati. Itaque non solum vos absque synagogis facient, sed etiam interficient, quia videlicet oderunt me & patrem meum. Quia enim filius in patre & pater est in filio, & qui videt filium videt & patrem, profecto patet quia quicunq; filij credulitati obstinata mente resistunt, nec patrem nosse probantur. Consolatio in persequutione.

Vnde hic idem Euangelista veritatem diuinæ vnitatis insinuans ait: Omnis qui negat filium, nec patrem habet. Qui confitetur filium, & patrem habet. Et iterum: Omnis enim qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui natus est ex eo. Hæc (inquit) facient vobis, quia non nouerunt patrem neq; me. quin imò quia oderunt & me & patrem meum. 1.Ioan.2 1.Ioan.5

Proinde quum supra dixit: Nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrem meum. itemq;: Nunc excusationem non habent de peccato suo, non vtiq; ignorãtiam excusat, sed odium cognoscere nolentium condemnat, dicendo: Quia non nouerunt patrem neq; me. Ignorantiæ horum contumax.

Huiusmodi contumacis ignorantiæ peruersitatem Apostolus Thessalonicensibus insinuans, quum præmisisset, in flamma ignis dantis vindictam his qui non nouerunt Deum, statim addidit: Et qui non obediunt Euangelio domini nostri IESV CHRISTI, qui pœnas dabunt in interitu à facie Domini. Rectè igitur per hoc quod ait, quia non nouerunt, contemptus Dei significatur & odium. 2.Thes.1

Circa secundum, videlicet, quur hæc quæ dicta sunt fuerunt discipulis à Christo prænuntiata, subditur:

Sed hęc locutus sum vobis, vt cum venerit hora, eorũ reminiscamini, quia ego dixi vobis.

Ac si dicat: Hæc facient vobis, sed vos consolamini, M quia ego dixi vobis, & reminiscentes illud quoque non obliuiscamini quod pollicitus sum, quia in omnibus pressuris nec capillus de capite vestro peribit, & inimicis occidentibus corpora, in patientia vestra possidebitis animas vestras. Luc.21

Vbi ma-

Ego dixi vobis, expēdit

Vbi magnopere pensandum est quod ait: Ego dixi vobis. Ego qui pro vestra vita ac salute moriturus sum, qui vos meo sanguine redempturus, qui in tribulatione vos semper adiuturus, qui æterna vobis præmia post tribulationem daturus sum. Magnum quippe certantibus leuamen, magnam consolationis gratiam præstat, quando ille certamina eadem futura prædixisse reminiscitur, qui & milites suos ne vinci possent adiuuare, & ne incassum vincant immortalem post prælia solet rependere palmam. Qui enim hic horam persequutionis venturam fuisse præmonuit, ipse paulò post in eadem persequutione suum fidelibus auxilium pollicetur, dicens: In mundo pressuram habebitis, sed cõfidite, ego vici mundum. Ipse alibi legitime certantibus coronam vitæ repromittit, dicens: Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorũ est regnum cœlorum.

Ioan. 16

Mat. 5.

EXPLICIT PARS HYEMALIS.

ERRATA.

Fo.	Fa.	Lin.	
24	1	22.	vt in
27	1	40.	esse posset.
28	1	22.	bonam
28	1	30.	opibus
29	2	31.	& homo.
38	1	12.	cassati.
39	1	18.	dele,viam
39	1	26.	scelere
44	2	20.	simile
47	1	24.	resurrectionem
50	2	41.	infantilibus
55	2	7.	Quinque
56	2	30.	disputationem
59	2	33.	dele,siue
68	2	27.	ministro
69	1	13.	voluit.
80	1	9.	sensus
93	1	28.	iste
102	2	10.	dele, Porro
102	2	26.	eſt) sed suo vitio profert zizania. Vnde per propheram.
104	2	9.	germina.
116	2	26.	tolle quod
117	1	26.	de di.
121	1	13.	generis significat.
121	2	38.	quo indi.
130	2	32.	& sic
133	1	34.	dele, r. odo
133	2	30.	tui grat.
134	2	23.	Moysi & prophetis.
139	2	29.	vidisset
141	2	17.	sancto Io.
147	2	21.	iussum.
149	1	15.	perceptionem
152	2	42.	cuius aus.
156	1	12.	dele, ne
158	1	33.	ro,id est
158	1	38.	& sic
174	2	7.	piorum
181	2	18.	a vani.
182	2	4.	modo
185	2	32.	diuini
190	2	18.	de seipso
194	1	29.	leuitate.
196	1	15.	Eant
197	2	30.	quòd mor.
198	2	33.	Est pa.
199	2	39.	Refutato.
200	2	35.	inquiunt
201	2	36.	perpendat
203	2	4.	superaddidissent
205	2	16.	numinis
210	1	6.	in mar. futurorũ
230	1	1.	Huic
230	1	3.	omnes qui
230	1	4.	oporteat
244	2	6.	missio
258	1	8.	quia dum
258	1	22.	fugiendi
259	1	11.	ouium
260	1	3.	lux sum
260	1	23.	Prius
270	1	6.	propheta
271	1	16.	ria caret
273	2	30.	huius spiritus
276	1	36.	qui
277	2	20.	Apostolis

Typis Ioan. Graphæi.


STEEL SIVS.
Concordia, res
paruę creſcunt.

E

NI
su C
scr

San
ipsu
enti
dum

A

Enarratio passio

NIS DOMINI NOSTRI IE-
su Christi, secundum vtriusque Testamenti
scripturas, per F. Ioannem Royardum
ordinis fratrum Minorum ædi-
ta, ac nunc denuo per eun-
dem recognita, ter-
sa, & emen-
data.

Heb. IX.

Sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo uiuenti.

ANTVERPIÆ,
In ædibus Ioannis Steelsii,
Anno. M. D. XLII.
Men. Ianuar.

Cum Priuilegio Cæsareo.

EORVM QVAE IN OPV

sculo sequenti sparsim tractantur In- dex compendiosus secundum ordinẽ alphabeti digestus.

ABba pater in oratione Christi quid sit 16 R
Ablatus Iudæis rex, sacerdos, & sublatũ altare. 46. T
Acetum Iudæi porrigentes Christo quid significabant, 57 R
Achitophel, Absalõ, & Iudas, cur suspẽdio perierint. 34. A
Accusatur Christus de tribus apud præsidem 36 E
Adolescens qui nudus profugit à Iudæis quid significet. 27 O
Adorãt irrisorie Christũ etiam & nunc quidam 42 P
Aduersitate imminente inuocandũ esse Deum 16 R
Ager emptus pretio venditionis in sepulturam, quid. 35. B
Alapa Christus coram Anna cæditur 30 E
Ambitionem esse vitandam 9 F
Annas cur pontifex vocetur 30 D
Annæ Christũ interrogantis intentio fraudulenta. 30. D
Apostolis futuram ruinam cur Christus prædicit 13 O
Aqua è dextro latere templi 64 I
Aqua duplex è Christi latere egressa. Ibidem.
Arrij & Iudæ interitus consimilis 35 A
Arundine qui nunc feriant caput Christi 42 P
Auaritia scelerum conciliatrix 5 A
BAptizatus passione sua Christus baptismi sacramentum ad nos transmisit 63 H
Baptizatus ab alienis sordibus Christus 64 H
Barrabas malefactor insignis 38 I
Barrabã Iudæi petẽtes quid in se receperunt 39 I
Blasphematur Christus à concrucifixis latronibus 52. H
Bonitate dei qua est homo creatus, eadem est & redemptus 1 A
CAiphas pseudopõtifex 28 A Caluariæ locus 49 C
Calumniæ occasionem aduersus Christum vnde rapiant Iudæi 57 Q
Chlamis Christi coccinea, quid significet 42 O
Christi summi sacerdotis legitimus ad passionem processus 2 C

Christus Pascha cum discipulis luna quota comedit. 6 A
Christus cur desiderauit nouissimum Pascha cum discipulis comedere. Ibidem.
Christi erga proditorem mira patientia 6 B
Christus se mediatorem vult agnosci 13 N
Christus quomodo se esse verum hominem probauit 15 Q
Christus quare timet vbi Petrus non timet. Ibidem.
Christus quo schemate orauerit ad patrem 16 R
Christo nascente lux, moriente tenebræ apparuerunt. 54 M
Christum plura concedere quàm rogetur 55 N
Christi patet imperturbabilis mansuetudo. Ibidem.
Christus è cruce matrem conspiciens qualiter affectus. 56 O
Christus in cruce vt apparebat derelictus, nobis solatio est 57 Q
Christi in cruce sitientis quis typum gessit 57 R
Christus nostræ salutis qualiter mercator promptus 58 S
Christus cur inclinato capite moritur 59 T
Christum peccatis alienis quodammodo sordiuisse 20 B
Christi captionis locus describitur. 22 F
Christus capiendus cur inimicis obuiam processit 23 H
Christus cur sese Iudæis permittit 24 I
Christo comprehenso cur oportebat discipulos dimitti. Ibidem.
Christum sese interdum in alia specie monstrasse 25 K
Christus in opprobrium ad diuersos iudices circumducitur 28 A
Christo qui nunc illudant 31 F
Christus quomodo se Iudæis verum Deum probauit. 32. D
Christum quosdam inuitos prædicasse. Ibidem H
Christus à Iudæis ad mortem condemnatur 34 K
Christum vinctum Iudæi tradunt Pilato 34 A
Christi ante Pilatum per Iudæos falsa criminatio. 35 C
CHRISTVS ante Pilatum se regem esse non diffitetur 37 F
CHRISTVS cur non respondit ad illud : Quid fecisti. Ibidem.

christus tribus modis indignè illusus 39 K
christus coram Herode cur tacuit 40 L
christus tacens qualis,& qualis loquens 40 M
christus spinis coronatur 41 O
christo quasi falso regi, & falso Deo illuditur 42 O
christi caput propter nostrum documentum spinis coronatum 42 P
christus cur sexta feria pati voluit 45 T
christi derisor Pilatus. Ibidem.
christi tria nomina 46 T
christi mors acerbissima 46 V
christus ad mortem à præside damnatur. Ibidem X
christum ad mortem euntem turba hominum dissimili mente sequebatur 48 B
christus cur in area damnatorum moritur 49 C
christo priusquam crucifigeretur potum dederunt. 49.D
christus cum gustasset cur bibere noluit. Ibidem.
christus cur in cruce exaltatur. Ibidem.
christus in cruce vt pietatis officia distribuit 50 T
christus moriens supremo sermone se Dei filium esse prodidit. Ibidem
christum in cruce morientem & Deum & hominem esse gentiles confitentur 50 A
christus quo modo resurgentium primus 69 D
christi corpus mortuum à mortuis quodam modo desideratum. Ibidem.
christus in scriptura quo modo maledictus & maledictum vocatur 62 F
christi fortitudinem per mortem fractam non esse. 63 H
christus etiam mortuus implet vaticinia prophetarum. 51 K
christus quare de cruce descendere noluit 51 H
christi in cruce derisi figuræ. Ibidem.
coccus bis tinctus,quid 42 O
cohors & legio qualia nomina sint 23 G
consolatur christus discipulos de quinque 12 L
crimen mortis christi Iudæi quo modo sibi inuicem communicant 28 A
crux non modo supplicium, sed etiam tribunal iudicantis fuit 50 F
crucem christi quod Simon portauit,quid 47 A

Crucifixorum causa dispar 53 L
Crucifixos omnes cur lex iussit sepeliri 62 E
Decurio quis sit. 65 K
Diabolum nil posse nisi permittente Deo 8 E
Diaboli fallacia peccatoribus decipiendis 35 B
Diabolus Christi mortem cur tandem impedire molitus sit 43 Q
Discipulatus Christi in quo consistit 10 H
Discipulos Christus quo modo informat. Ibidem.
Discipulis suis quam pacem reliquit. Ibidem.
Discipulos hortatur ad patientiam 10 I
Discipuli absque synagogis 11 I
Discipulos patri commendãs qd pro eis alleget 18 V
Discipuli propter verbum Dei mundo exosi 19 A
Discipuli Christum derelinquunt 27 O
Discipulus notus pontifici 28 A
Discretionis virtutem Christus docet. nota. 14 P
Discretionis virtutẽ Christus qualiter seruauit. Ibidem.
Dolus Iudæorum contra famam Christi 49 C
Ecce homo 43 Q
Ecclesiam Christus mulieri parturienti cur adsimilauit 4 I
Ecclesia credentium qualiter per Centurionem significatur 59 A
Ecclesia Christi stabilis & inconcussa 33 K
Eclipsim solis in morte Christi miraculosam fuisse. 53. M
Eclipsim illam fuisse vniuersalem toti orbi 54 M
Eclipsis illius causæ quatuor. Ibidem.
Ego sum, vocem fuisse diuinitatis 23 H
Eucharistiam indignè sumentes arguuntur 7 C
Eucharistia cur nisi in lintheo celebratur 66 M
Euangelizantibus congrua tempori regula 14 P
Exemplum in Petro & aliis discipulis in passione Domini 27 O
Exaltatur in cruce Christus has ob causas 49 D
Facies Christi velatur 31 E F
Faciem Christi qui nunc conspuunt 42 P
Falsi testes contra Christum 32 H
Fide dubia quidam frustra precantur 53 K
Filium Dei Christus se corã Iudæis confitetur 33 I
Filiorum bonorum munus erga patrem 4 H
Flagellatur Christus 41 N

Flagellatum fuisse Christum Pilati manibus. Ibidem.
Flagellati Christi typus. 41 N.
Furor pontificis propter silentium Christi. 33 I.
GAlilæam pariter & Iudæam contra CHRISTVM stetisse. 39 K.
Gaudium de nostra redemptione per Christum quando celebrandum. 5 K
Generationes duæ dissimiles 11 I.
Gladij duo ad quid satis erant 15 P
Gladius & arcus peccatorum. 23 G
Gladio Petrus ferit inconcesso. 25 L
Gladio perituros qui gladium acceperint, quomodo intelligatur. 26 L.
HAbitus siue schema Christi in cruce morientis. 58. T
Hæreditas magna per Christi mortem credentibus quæsita. 4 H
Hæreticorum & Iudæorum peruersitas & cæcitas 59 A
Hæreticorum temeritas. 50 E
Herodes iniquè agit CHRISTVM remittendo ad Pilatum. 40 L
Herodess cur cupierat videre Iesum. Ibidem.
Herodes probat se in Christi mortem consensisse. 40 M.
Herodē inter & Pilatum inimicitiarum caussa. Ibidem.
Herodis & Pilati amicitiam detestabilem qui sequuntur. Ibidem M.
Homo quo die creatus, eo & redemptus est. 1 B.
Homicidium Pilatus, Iudæi sacrilegium committunt. 44 S.
IESV in nomine petere, quid sit. 13 N
Inuidiæ Iudæorum contra Christum fomes. 2 C
Iudæ proditoris auaritia detestanda 5 A
Iudas Christum q̄ paruipendit. Ibidem.
Iudæ proditoris impudentia obstinata 6 B
Iudam à cœpto scelere qualiter Christus tentauit reuocare. Ibidem C
Iudæ pedes Christum lauisse. 7 C
Iudas vt in iram contra Christum exarsit 8 D
Iudæ Christus proditionis actum nequaquam præcepit. Ibidem.
Iudas accepta buccella exiuit condemnatus Ibidem.
Iudas quod ex auaritia cœperat, per odium crimen impleuit. 8 D.

Iudam non cognouisse Iesum fuisse filium dei. 18 V
Iudas,& diabolus in serpente loquens ad inuicem comparantur 22 F
Iudam à præside cohortem accepisse,non à Iudæis. 23 G
Iudæ iniquitas. 24 H.
Iudæ proditoris astus. 24 K
Iudas quàm impudens. 25 K
Iudę Christus familiarem conuictum pristinum commemorat. Ibidem.
Iudæ proditoris desperatio 34 A
Iudas ante sacerdotes frustra pœnitens confitetur. Ibidem.
Iudas cur diruptus viscera fudit. Ibidem
Iudas congruo sibi loco interiit. Ibidem.
Iudæ pœnitentia cur inutilis 35 B
Iudam nunc in perditionem qui sequuntur 35 B
Iudæi cur petierunt vt tollerentur è ligno crucifixi. 63 F
Iudæos cur verbo Christus prostrauit in terram 24 H
Iudæi quomodo Christum comprehenderunt 20 N
Iudæi cur nunc frustra auxilium implorant. Ibidem.
Iudæi sine caussa Christum cum armis inuaserunt 27 N.
Iudæorum in Christum ludibrium crudele 31 F
Iudæi Christum interrogant insidiosè 32 G
Iudæos iudicare potuisse,sed non crucifigere 36 E
Iudæorum mira in Christum crudelitas. 39 I.
Iudæi omnium hominum pessimi. Ibidem
Iudæos nullam habere excusationẽ quin ipsi Christum occiderint. 39 K
Iudæorum in Christi mortem instantia acerrima 45 S
Iudæis à cæsare digna retributio 46 V
Iudæi vt se & suos posteros obligarint. Ibidem
Iudæorum gens impia versibus conuenitur 46 X
Iudæis vt cauerent tam grande malum fuerat prænuntiatum. 47 X
Iudæi Christum damnatum qualiter suscipiunt 47 A
Iudæis superuentura mala Christus prædicit. 48 C
Iudæorum in Christum crucifixum blasphemia 51 H
Iudæorum sponsio mendax. Ibidem.
Iudæi seruitute multati. 52 H
Laniſtæ crudeles Iudæi. 43 Q.
Lazarus in neomenia suscitatus 2 D
Lazarũ cur celebri miraculo Christus suscitauit. Ibidem

Lateris Christi apertio. 63 G
Lateris aperti cum ingenti mysterio testes. Ibidem.
Latere Christi aperto cur exiuit sanguis & aqua 64 I.
Latronum alter pœnituit. 52 I.
Latronis fides magna commendatur. Ibidem.
Latronis spem & charitatem attende. Ibidem.
Latronum mystica significatio 50 F
Legis de pendente in cruce intelligentia vera 62 E
Lignum propriũ supplicij soli CHRISTO impositum. 47 A.
Lignum viride Christus 48 C
Lingua Christi ab afflictione non immunis. 58 R
Locum captionis Christus sponte adiit 15 Q
Lucerna dei meritò Iudæis extincta. 23 G
Lugendum quur nobis est in die dominicæ passionis. 4 G.
Maledictus à deo est qui pendet in ligno. 62 E
Mansiones in cœlo quibus seruantur 12 I.
Maria vt dolore saucia astitit filio morienti. 56 O.
Maria vt Ioannem in filium pro Iesu suscepit. Ibidem.
Maria qua ratione omnium credentium mater dici possit. 56 P.
Michol regina, quia Dauid irrisit, punita. 52 H.
Militum Pilati crudelitas 50 E
Missæ officium quare non habet dies dominicæ passionis. 2 E.
Monumentorum in CHRISTI morte apertio quid significet. 60 D
Monumentum Christi cur in horto. 65 L.
Monumentum Christi quare nouum. Ibidem.
Monumentũ Christi notanter excisum è petra. Ibidem.
Monumento alieno cur reconditur Christus. Ibidem.
Monumento cur lapis magnus aduoluitur. 66 M
Moritur CHRISTVS, vt homo ad vnitatem reformetur. 19 X.
Moriente CHRISTO dissimiliter se habent Gentiles & Iudæi. 61 D.
Mulieres sanctæ Christo vsque ad mortem adhæsere. Ibidem.
Mulieres sanctæ Christo etiam mortuo adhærent & obsequuntur. 66 M.
Mundo væ, pro quo Christus non orat. 18 V

Opera Christi quæ & qualia sint 37 G
Opus triplex CHRISTO moriente consumma tum. 58 S.
Orphanorum Christi tutor spiritussanctus. 12 L. & inde.
Orat Christus pro quibus. 55 N
Orans pro inimicis Christus exauditus. Ibidem.
Orat Christus in monte oliuarum. 17 S
Oratio CHRISTI magni sacerdotis, miræ pietatis, Ibidem.
Orationem illam magnam vbi CHRISTVS orauerit. Ibidem.
Orat Christus pro se & suis 17 T V
Orando Christus, quid suis petat 19 X
Orat CHRISTVS pro tota vsque ad seculi finem ecclesia. 20 B
Orans Christus, cur sanguinem sudauerit 21 D
Orans Christus, cur factus sit in agonia. Ibidem.
Orantis CHRISTI exemplo orandi modum perdiscе. 21 E.
Orare nos debere pro nobisipsis. 22 E
Parasceues & paschæ ratio 1 B
Parasceue, feria sexta. 45 T
passionis Christi causſæ. 1 A.
passionis Christi vt simus participes. 4 G
passionis CHRISTI magna in nos redundat gratia. 64 I.
patris optimi verba nouissima qualiter à filiis audienda. 8 F.
pauere & tædere, cur cœpit Christus. 15 Q
paupertatem Christi aduerte 6 A
pax mundi & pax Christi 10 H
pax per CHRISTVM quæsita quàm sit nobis vtilis. Ibidem.
peccatum, solum esse malum 10 A
perseuerantiæ iactura magna 9 G
Petrus proditorem vt inuestigat 7 D
Petro præ cæteris ruina prædicitur 14 O
Petri grandis erga Christum affectus. Ibidem.
Petrus Christum sequitur à longe. 29 A
Petrus hinc commendatur. Ibidem.
Petrus ad Iesum veniens super mare, qualiter sibi figura fuit. Ibidem B

Petrus ter negat. 29 B C
Petrum sathanas quur per fœminam impugnauit. Ibidem B
Petro ad prunas stanti quales hodie pontifices comparãtur. Ibidem C.
Petrum qualiter conuersus Dominus respexit. Ibidem.
Petri negantis peccatum qualiter gradatim auctum. 30 C.
petrarum scissio in CHRISTI morte quid portenderit. 60 C
Pilatus qualiter simulator & mendax 36 C
Pilatus Iudæis insidiatur. Ibidem D
Pilatus ministerium homicidij suscepit libenter. Ibidem.
Pilatus cum Iudæis sentit contra Christum 38 I.
Pilatus mittendo CHRISTVM ad Herodem, iniquè fecit. 39 K
Pilatus sufficienter probat CHRISTI innocentiam. 41 N.
Pilatus cur timuit. 43 Q
Pilato interroganti cur non respondit CHRISTVS. Ibidem R.
Pilatus non immeritò de CHISTI silentio miratur 44 R.
Pilatus iniquitatis suæ in CHRISTVM sibi testis. Ibidem.
Pilato dicet Iesus suo tempore vnde sit. Ibidem R.
Pilatum quatuor in CHRISTI interfectionem impulerunt. 45 T.
Pilato condigna merces à Cæsare. Ibidem
Pilatus derisor Christi. Ibidem.
Pilatus sibi cauens & Iudæis insidians 46 V
Pilati mala intentio de Messia Iudæis promisso. 51 G.
Pilati sicut & Herodis spes frustrata. Ibidem.
Pilatus reddi iubet Christum mortuum 65 K
Pilatus exilio damnatus seipsum interfecit. 51 G
plagæ Christi pro nobis interpellant 42 O
pontifex Iudæorum vestem scindens quid portendat. 33 K.
prædestinatio & præscientia quomodo differunt. 3 F.

prælati sic se habeant erga subditos. 9 G
proditionis CHRISTI crimen quomodo aperitur. 6 B.
præsumere de se nemo debet. 30 C.
proditionis crimen in discipulorum numerum cur Christus mittit generaliter 6 B
proditorem Christus Ioanni reuelat. 7 D.
REgnum suum Christus per crucem non amisit, sed corroborauit. 50 F.
Regnum esse de mundo & in mundo differunt. 37 G.
Regnum Christi in quo consistat 38 H
Resurrectionis CHRISTI die de duobus esse gaudendum. 6 K
SSacerdotes populum contra CHRITVM concitasse. 39 I.
Sacerdotum impiorum cæcitas & superstitio 35 B.
Sanctificare sese Christum quid sit 20 B
Sanctificari in veritate quid sit. Ibidem
Sepultura Christi gloriosa. 65 K
Sepulturæ Christi locus. Ibidem
Sepultor dominici corporis commendatur. 65 K
Sepultura Christi vnde commendatur. 63 L
Seruari proprie qui dicuntur. 19 A
Signum quo cognoscitur quis de mundo non esse. 10 I.
Simulata iustitia & superstitio pessimorum. 35 C
Societas malorum q̃ sit nociua 30 C
Scripturarum ignari omnes prophetias de Christo impleuerunt 57 R
Sitiens in morte Christus potum non habet. Ibidem.
Spinea Christi corona, quid. 42 O
Spiritus mendax quis 13 M
Spiritus veritatis quæ loquitur. Ibidem
Spiritus sanctus cur paracletus appellatur. Ibidem.
Spiritus sanctus ante Christi passionem datus cur paracleti nomen non sortiebatur. Ibidem.
Spiritus sanctus quid sit 21 C.
Sudor Christi sanguineus quod in terram defluxerit, quid. 21 D

Tem

TEmplum ipsum Christi mortẽ quomodo potest, deplorat 60 B
Tenebræ super vniuersam terrã moriente Christo 53 L
Tenebræ illæ quomodo factæ sunt Ibidem M
Tentationem sanctis vtilem esse 14 O
Tentatione nos carere non posse 16 R
Tentari aliud est ꝙ induci in tentationem. Ibidem.
Terra tremens moriente Christo quos redarguat 60 C
Titulus christi crucifixi 50 F
Titulum scribentis intentio mala Ibidem.
Titulus christi cur tribus linguis descriptus 50 F
Titulus ille corrumpi non debuit 51 G
Tremoris terræ caussa in morte christi 60 C
Tristitiæ christi ratio triplex 15 Q
Tunica domini inconsutilis 50 E
Turbam dissimili mente christo mortuo pectora percussisse. 61. D
Turba hominum duplex christum immolandum sequẽs, quid. 48 B

VEli tẽpli in christi morte scissio, quid significat 60 B
Verba Christi in cruce nouissima qualiter pensanda. 55. N
Veste in alba christus irridetur 40 M
Vestis alba quid designet Ibidem M
Vestibus christum spoliare grande nefas 41 N
Vestimenta christi militibus Pilati cur non vilia 49 E
Vestimenta suis diiudicare christus non permittitur 50 E
Vinea Sodomorum Iudæi 57 R
Vinea Noë 52 H
Virtutum duo modi 14 P
Vnum esse quid sit 19 X
Vnum esse qualiter homo desiit Ibidem.
Voluntates duæ in christo 16 R

IN SALVTIFERAE PAS-
SIONIS DOMINI NOSTRI IESV
Christi enarrationem, argumentum.



ET si omnia illa veteris legis carnalia sacrificia typus & vmbra fuerint eiꝰ magni sacrificij quod pro salute mũdi summus sacerdos dei & hominum mediator, verus homo & deus verus Christus Iesus de semetipso per spiritum sanctum offerre dignatus est, attamen longè clarius elucet huiꝰ rei figura in eo sacrificio quod solenni ritu quotannis pro totius populi peccatis in die expiationis immolabatur. Vnde in Numeris scriptum est quemadmodum veteris testamenti pontifex in memorato expiationis die, solenni ritu intrabat in sacratius aditum templi, partẽ, videlicet illam, quæ dicebatur sanctum sanctorum cum sanguine hirci & vitulæ digito eidem sanguini intincto septies aspersurus cõtra fores tabernaculi. Porrò legis præscripto oportebat vitulam illam pro totius populi peccatis immolandam, rufam esse, ætatis integræ, & quæ iugum non traxerat, & prorsus sine macula. Tradebatur autem summo sacerdoti, qui eductam extra castra, immolabat in conspectu multitudinis filiorum Israel. Immolata comburebatur cũ carne & sanguine & pelle & fimo, mittebantq; in flammam lignũ cedrinũ, hyssopũ, & coccũ bis tinctũ. Vir mũdus colligebat cinerẽs vitulæ combustæ & reponebat extra castra in loco mundo, vt essent multitudini filiorum Israel in custodiam. Proinde cinerũ istorũ cõmixtione aqua aspersionis pro peccato, cõsecrabatur, vt qui ex cõtactu morticini hominis cõtraxisset immunditiã, illa aspersus aqua mundaretur. Quisquis aũt (inquit lex) hac cõmixtione nõ fuerit aspersus peribit anima eius de populo suo, quia aqua aspersionis non est aspersus. Et hoc (inquit) habebunt filij Israel sanctũ iure perpetuo. In his typicè præmonstrata est oblatio illa salutaris (vti dictũ est) quã pro toto mundo moriens de semetipso obtulit mediator noster & pontifex Christus. Ipsa enim humanitas eius in ara crucis pro nobis oblata designata fuit & in hirco propter similitudinẽ carnis peccati, & per vitulã propter carnis infirmitatem. Porrò festũ expiationis præsignabat dicẽ dominicę passionis

Nume. 19.

nis. Vitula immolanda rufa erat, quia Christi caro in pas-
sione pretioso sanguine suo perfusa rubebat. Ætatis inte-
græ, quia in ætate perfecta semetipsum obtulit dñs. Super
quã (inquit) nõ fuit impositũ iugũ, quia Christi humani-
tas corruptæ nostræ naturæ vitiis nequaq̃ fuit subiugata.
Sine vitio fuit & sine macula, qa dñs peccatũ nõ fecit, nec
inuẽtus est dolus in ore eius. Repetit aũt lex; dicẽs: Et quæ
nõ habet in se vitiũ. Quia & si in aliis qui per fidẽ sunt mẽ
bra eius habeat vitiũ, in se tamen nõ habet. Tradebatur
hostia summo sacerdoti. Christus tradendus erat à Iuda
proditore pontificibus & principibus sacerdotũ. Educe-
batur extra castra victima immolanda. Christus vt sancti
ficaret per suũ sanguinẽ populũ, extra portã passus est. In
cõspectu multitudinis immolabatur, quia Christus spe-
ctãte hominũ innumera multitudine mortuus est in cru-
ce. Cõburebatur igne figuralis hostia, quia Christus pro
nobis mortuus est ex sua erga nos ignea dilectione. Cõ-
burebatur aũt cũ carne, pelle, sanguine, & fimo, quibus ve-
ra & tota Christi humanitas designatur. In flammã ho-
locausti mittebat sacerdos hyssopũ, lignũ cedrinũ, & coc-
cum bis tinctum, quibus nimirũ fides, spes, & charitas de-
signantur. Hæc enim cum Christi passione & nos offerre
deo debemus. Porrò hyssopus ideo fidẽ significat quod sit
herba humilis, & radicibus hærens petræ, & pectoris pur
gatiua. Fides quippe vera eorũ est nõ qui sensu proprio
innitantur, sed humilium & captiuantiũ intellectum suum
in obsequium Christi. Proinde, radicibus dilectionis &
constantiæ hæret petræ quæ est Christus & mundat à pec
catis, iuxta illud: Fide purificans corda eorũ. Cedrus ve-
rò (quod recto in altum tendit & firma consistit) mysticè
spes est in deo in ardua atq; sublimia tendens & semper
firma consistens.

Coccus autem quoniam ardorem flammeum igneo co-
lore testatur, charitas est. Porrò coccus bis tinctus, gemi-
nam (nempe Dei & proximi) signat dilectionem. Cinis
verò & reliquiæ combustionis, passionis & mortis Chri-
sti recordatio est à fidelium mentibus nunquãm abolen-
da. Hunc cinerem vir mundus (hoc est, quilibet Christi dĩ
scipulus, mundus vtique propter sermonem quem loqu
tus est ei) tunc collegit deferens in locum mundum extra
castra, quando gentibus Christum prædicando, in cordi-
bus credentium, imò in tota credentium ecclesia (quasi in
loco mundo) passionis & mortis Christi recordationem

collo-

collocauit, & hoc extra castra Iudaicæ obstinationis. Vobis (inquiunt Apostoli) oportebat primum prędicare verbum dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Aqua expiationis dicti cineris admixtione sacrata, baptismi sacramentum significabat. Sanè morticinum tangit omnis qui naturali propagatione ab Adam descendit in quo omnes peccauerunt. Hominis verò morticinum tangit, quisquis vel proprio vel alterius peccato consentit, qui nisi dicta expiationis aqua fuerit aspersus manet ipsius spurcitia super eum & peribit de populo sanctorum. Sit interim hic cinis & hæc aqua vniuersæ multitudini credentium in custodiam & salutem iure perpetuo. Quod autem sacerdos ingrediebatur cum sanguine hirci & vitulæ in sanctum sanctorum locum, id vtiq; significabat quòd Christus sacerdos summus in proprio sanguine introiturus esset in cœlum vt appareat vultui dei pro nobis. Septena dicti sanguinis contra fores tabernaculi digito facta aspersio, typicè prefignabat hoc quod ait Apostolus: Habentes fiduciam in introitum sanctorum per sanguinem ipsius quam initiauit nobis viam nouam. Et quoniam per spiritum sanctũ (qui digitus dei dicitur) Christus semetipsum obtulit immaculatum deo, ideo dicta sanguinis aspersio digito põtificis (præscribente lege) fiebat. Deniq; septenis vicibus aspersio repetita futuram vitæ sanguinis Christi ablutionem delictorum perfectam præsignabat. Ex quibus omnibus patet quemadmodũ summi sacerdotis Christi oblatio quam pro reconciliatione generis humani de semetipso offerre dignatus est deo patri multis ante seculis figuraliter exteriorat prænuntiata.

Explicit argumentum.

ENARRATIO PASSIONIS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

secundum vtriusq; testamẽti scripturas, per fratrem Ioannem Royardum, ordinis F. Minorum ædita, ac nunc denuò per eundem recognita, tersa, & emendata.



ABlatus est quia ipse voluit. Hoc ait Esaias inter cætera quæ de Christi passione prænunciauit. Deus enim sicut hominem ad suam imaginem (nulla externa compellente causa) sed sola gratuita bonitate sua cõdiderat, ita hunc ipse factus homo pia morte sua (non quia ad hoc quisquam coëgit, non quia Iudæus præualuit, nec quia tantum beneficium quisquã hominum meruit, sed quia ipse voluit) ex sua nimia charitate per semetipsum redemit. Spontaneus enim tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Vnde per Prophetam ad patrem loquens, dicit. Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. Quod Apostolus Paulus ad Hebræos scribẽs, secundum aliam translationem citat di. Corpus autem aptasti mihi, passibile videlicet, aptum immolationi. Et subdit, Holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce venio, voluntarius. s. ad passionem mortis, vt per hanc homini vita reddatur.

A Esa. 53.

Ephe. 5.

Psalm.

Accedunt nihilominus ad redemptoris nostri passionem & mortem & quædam aliæ causæ. Concurrit enim ad hanc æterni patris charitas, qui sic dilexit

Passionis Christi causæ.

mundum vt filium suum vnigenitũ daret, vt omnis
Ioan.3. qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Vnde & per Apost. dicitur ꝙ proprio filio suo
Roma.8. non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Concurrit etiam ad hanc generis humani sub peccati atq; diaboli seruitute detenti miseranda calamitas. Abyssus enim humanæ miseriæ abyssum diuinæ
Exo.3. misericordiæ inuocauit. Vidi, inquit, afflictionem populi mei qui est in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus, & sciens dolorem eius descendi vt liberem eum.

B Concurrit nihilominus impijssimi proditotis sacrilega cupiditas, qui insana ductus auaritia, vniuersorum Dominum ausus peculium suum facere, denariorum hunc numero Iudæis tradidit.

Accessit etiam Iudaicæ gentis prophanorũ sacerdotum & principum aduersus Christum inuida pertinaxq; simultas, quæ mentes eorum vsq; adeò cæcas effecit, vt nisi vitæ authorem, saluatoremq; suum perderent, arbitrarentur neq; sibi neq; genti suæ vllam
Ioan.11. Sap.2. superesse salutem. Expedit, inquiunt, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hæc dixerunt & errauerunt, excæcauit enim eos malitia eorum.

Sed quàm decenti ordine Dei virtus & sapientia
Quo die homo redimitur. Gene.2. Christus humani generis salutem operatus sit aduertamus. Hominem quippè quem ab initio rerum die sexta mirabiliter condiderat, hunc ipsum etiam die sexta ab illa qua ciuitatem Ierusalem cum gloria in assumptâ nostra mortalitate ingressus est, lapsum perditumq;, mirabilius sua morte redemit & reparauit.

Paraſceues & Paschæ ratio. Vnde etiam dies hæc parasceue paschæ rectè vocatur. Parasceue enim præparatio interpretatur, ꝙ eo die quæ ad Sabbatum postridianum necessaria forent præpararentur. Quo bene salutis nostræ typus exprimitur, videlicet futurum esse vt morte redemptoris æternæ vitæ Sabbato (quod requies interpre-

tatur

tatur) præparati, ipsum Dominum nostrum ex hoc mundo ad patrem transeuntem & ipsi ab operibus malis per pœnitentiam ad meliora festinates, verum & salutiferum Pascha. i. transitum, per ipsius passionem faceremus.

C Qualis ad passionem processus.

Proinde quam legitimo processu sumimus hic noster sacerdos & mediator semetipsum pro nobis hostiam obtulit Deo patri ipse insinuat quum dicit: Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo, in lege scilicet & Prophetis. Etenim ipse sol iustitiæ Christus cognouit occasum suum, qui sicut voluntate sua natus est, ita & arbitrij sui potestate quando, vbi, & quomodo, voluit mortem superaturus, hanc passus est. Occasum, inquam, suum quem prænouit, ipse disposuit. Ad hunc enim tam rutilo aspectu cum tanto splendore honoris & gloriæ peruenit, vt hunc inuidorũ ferre non possent oculi. Aiunt enim. Videtis q̃ nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abit. Inuidiæ comitem aduerte. Præeunte siquidem insignis tuba miraculi, in mortui iam quatriduani suscitatione quod iam vbiq; celebri fama diuulgatum erat, turba multa quæ conuenerat ad diem festum, quum audisset quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum & procedentes obuiam ei, clamabant, Osanna, benedictus qui venit rex Israël. Hæc videntes & audientes Principes Sacerdotum & Scribæ, inuidia cruciati, dicunt ei: Audis quid isti dicunt? Increpa discipulos tuos. Quibus ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. Quod vtiq; in scissione petrarum ipso moriente completum est.

Ioan.12.

Inuidiæ Iudæorum contra Christum fomes.

Mat.21.

Mat.27.

D Nu.10. In Neomenia Lazarus suscitatus.

Legitimum erat Iudæis initium mensis solenni clangore tubarum celebrare. Prima verò die mensis Paschalis Lazarũ Dominus rediuiuũ vocauit è monumento, quæ nimirum dies erat feria sexta, ea. s. qua in Ecclesia Euangeliũ de Lazari suscitatione recitatur. Siquidem feria sexta qua Christus crucifixus est,

quintadecima extitit. Nam in eandem feriam semper quintadecima occurrat necesse est in quam & prima. Ex quibus indubiè colligitur, Dominum ipso die Neomeniæ. i. die clangoris tubarum Lazarū à morte suscitasse. Et hoc quidem mira congruitate. Iusserat enim quondam Dominus filijs Israël per Moysen dicens: Quando ibitis ad bellum contra hostes qui dimicant aduersum vos, si quando habebitis æpulum & dies festos, & calendas, clangetis tubis super holocaustis & pacificis victimis.

Nu. 10.

Quo typo futurū esse portendebatur & ipse Christus rex noster exiturus ad bellum passionis cōtra diabolum principem mundi, ipse summus sacerdos habiturus æpulum corporis & sanguinis sui, quod quū traderet discipulis suis, ait: Desyderio desyderaui hoc Pascha manducare vobiscum antequā patiar, habiturus proinde diem festum suæ sacrosanctæ resurrectionis, habens deniq; calendas. i. initium mensis vel lunæ, in cuius plenitudine hæc erat facturus, clangit tuba, tanti, tamq; excellentis iam dicti miraculi, quòd & hostes suos attonitos reddidit, & corda piorū magis ac magis ad credendū animauit. Nam hostes eius turbati quid egerint audiamus. Collegerunt (inquit Euangelista) Pontifices & Pharisæi consilium aduersus Iesum, in quo consilio homicidæ iram Dei sibi thesaurizantes, necem Christi diffinierunt, mandantes, vt si quis cognouerit vbi sit indicet, vt apprehendant eum. Ergo intentus quisq; erat, illorum habiturus gratiā quum indicasset illum, quippè quum & precium dare prompti essent.

Luc. 22.

Ioan. 11.

Ibidem.

E Cur in die passionis Dñi missa non canetur.

Sed non ociosè de dominicæ passionis die quæri potest cur officium solenne non habeat, sed à missarum solennijs vacet, quum dominica passio principiū sacrificij nostræq; salutis summa sit. Videtur enim tanta res solennibus celebranda esse gaudijs. Si enim cuiuslibet martyris annua dies, qua per passionem mortis ad immortalitatis gloriam transmigrauit festiuis

stiuis honoratur gaudijs (& meritò, quia preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius) cur dies dominicæ passionis solennium gaudiorū orbata est instrumentis, qua martyrum & sanctorum omnium rex, sanctis omnibus antiquis & nouis per mortem suam paradisum aperuit, hoc inquam die quo solutum est precium, cuius pondere mundi captiuitas redempta est, inferni claustra confracta sunt, & cœlestis nobis aperta est ianua regni, quæritur ergo cur adeò publicis gaudijs hæc dies exempta sit, vt nec missarum lætitiam, ordinis Ecclesiastici authoritas asscripserit.

Ad hoc respondetur ꝙ (vt ait Apostolus) gloriari nos oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, & in gratia tanti precij quod pro nostra redemptiõe datum est fideliter cunctis posthabitis gaudijs exultare. Sed sunt aliqua quæ gloriam hanc & exultationem nostram nimium nimiumq; obnubilant. Responsio Galat. 6.

Primum est causa siue reatus nostræ conscientiæ, propter quam charitas summi patris Christum hominem tantæ dignitatis tantæq; reuerentiæ, qui cum Deo verbo vna persona est, hominem innocentem, & morti nihil debentem morti addixit, pro nobis omnibus tradens illum. Non enim ita gaudere debemus de gratia patris tradentis, vel de charitate filij morientis, vt non etiam doleamus ꝙ tanto Domino tormentorum & mortis causa fuimus. Siquidem non gaudere ingratitudinis est, non dolere autem crudelitatis. F Cur nobis in die passionis christi lugendum.

Sed dicat aliquis: Nulli dolendum est de illius rei adimpletione quam Deus fieri voluit & præordinauit, qualis erat mors & passio Christi. Sed absit vt præscientiam Dei, & præordinationem eius idem esse arbitremur. Non enim hæc conuerti possunt, quia licet Deus omnia præsciuit quæ præordinauit, non tamen præordinauit vel prædestinauit vt fierent omnia quæ præscisuit. Nam de homine quum faceret eum Differẽtia inter prædestinationẽ & præsciẽtiam.

duo præsciuit.s. & quomodo per fraudem diaboli decipiendus esset, & quomodo per omnipotentiã suam deceptum & perditum restaurare posset. Hæc, inquã, duo præsciuit, sed eorum alterum.i. lapsum hominis fieri permisit diabolo ad cumulum debitæ damnationis: alterum autem.i. restaurationem eius præordinauit.

Nullus ergo putet diuinæ ordinationis vtrũq; fuisse videlicet & hominis lapsum & eiusdem restitutionem, sed præscitum quidem lapsum fieri permisisse Deum ad diaboli damnationem, restaurationem autem præordinasse ad multiformis sapiẽtiæ suæ ostensionem. Et non sicut blasphemamur (inquit Apostolus) & sicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala vt veniant bona, quorum damnatio iusta est. Dixerat enim: Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Quòd quidam (iustè damnandi) sic peruertebant, vt illum dixisse assererent, q̃ oporteat nos facere mala, vt veniant bona. Rom.5.

Hæc idcirco dicta sint vt aduertamus quia multo magis Deus quum faceret hominem nec voluit, nec vllo modo dixit: Fiant mala vt veniant bona, sed eo nolente, eo prohibente, mortemq; comminante, diabolo consentiens homo, malum fecit, Deo autem disponente bonum venit, & vbi abundauit peccatum in tantum superabundauit gratia, vt quia satisfactionem pro culpa nullus debebat nisi homo, nullus persoluere poterat nisi Deus, miserans Deus, homo fieret, qui quum pro se nihil morti deberet, moriendo pro nobis debitum nostrũ solueret. Igitur vt dictum est conscientia culpæ gaudium nostrum reuerberat, vt non exultemus hac die, sed ambulemus demissa capite, quia vulnera illa nostra fecerunt crimina, quia contumaces serui cõmisimus, quod vapulat ille omniũ Dominus. Quæ enim ille exoluit, rapuimus nos.

Cur nobis dolendum

Secundum quod nobis tristitiæ hac die causam affert, est sensus & conparticipatio dominicæ afflictionis.

nis. Si enim sub capite Christo membra viua sumus, capitis nostri dolorem non sentire omnino non possumus. Nec enim viuum esse membrum putatur, quòd sui capitis dolorem nesciens non compatitur dolenti. Vnde & Apostolus nos monet, dicens: Hoc sentite in vobis, quod & in CHRISTO IESV. In hac ergo die contristemur ad pœnitentiam. Ferrum Dominicæ passionis pertranseat animas nostras, clauis manuum & pedum eius, carnem nostram configant, crux eius nostram suspendat concupiscentiam. Phil. 2.

Compatiamur vt conregnemus. Hodie non sacrificemus dum nobis hostia tollitur de manibus. Rom. 8.

Non sacrificent amici, dum trucidant inimici. Dominus (inquit Moyses) pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Exo. 14.

Quandiu igitur torcular calcat solus, & indumentum eius sanguine conspergitur, quandiu ligatus deridetur, velata facie collaphizatur, & alapatur & conspuitur, quandiu illuditur veste alba indutus, itemq; arundinem accipiens in dextera vestem purpuream & spineam gerit coronam, clauorumq; fixuram quibus in cruce pendens legis factus est maledictum, bibitq; aceti poculum, quandiu tot opprobrijs exsaturatur, tamdiu nos, id est, à mane vsq; ad eam horam qua emisit spiritum, mœrori amicum teneamus silentium, vt tanquam membra per ipsius mortem viuificata, tanto capiti nostro, compatiamur. Esa. 63. Deut. 21.

H

Munus bonorum filiorũ erga patrem

Proinde quicunq; verè filij sunt, & à bono patre animorum qualitate non degenerãt, nequaq; magnæ hæreditatis successu vsq; adeò delectantur vt de morte patris nullo dolore afficiantur, & eos quos extremum trahens spiritum edidit gemitus, obliuiosis fiunt auribus euanescere. Et quidem magna est hæreditas, & magnum dominicæ mortis emolumentum æterna salus, vita & resurrectio mortuorum, quam nunquam consequuti essent filij, nisi testamentũ mor-

Hæreditas ex morte Christi.

te patris fuisset confirmatū. Vbi enim testamentum (inquit Apostolus) mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatū est, Alioquí nondum valet dum viuit, qui testatus est, Ergo vt repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis, oportebat vt testamentum Christi morte confirmaretur, quia non aliter in hæreditatem vitæ introducerētur, sed ipsa mors qua testamentum confirmatum est, gratiæ non necessitatis extitit, & pro nullo debito gratia mater, adoptatis filijs acri dolore mortis, vitam parturiuit.

Heb. 9.

I Tertium quod nobis tristitiam hodie suadet, est institructio Euangelicæ doctrinæ. Siquidem Euangelij authoritate, & ex verbis Domini accepimus vt hac die gaudere Iudæis relinquamus, & nos contristemur, cum ipsa Domini matre, cuius animam hodie doloris gladius pertransiuit, & cum discipulis ipsius quibus quum dixisset: Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, sequutus adiunxit, Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos verò contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Sanè tantæ rei tristitiam conuenire vsuali exemplo confirmat, dicens: Mulier quum parit tristitiā habet, quia venit hora eius. Quum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Mulieri quippè Ecclesiam suā assimilat, quæ quia Christum diligit quem ex Deo patre genitum in nostram naturam suscepit, rectè hac die moriente illo, & per mortem quasi per partum in vitam æternā & in immortalitatis gloriam exeunte, tristitiam habet, & clamat vt in vtero habens, & clamat parturiēs. Et quia postquam resurrexit æterno suo regno est natus: gauisi sunt discipuli viso Domino, sicut ipse dixerat. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis,

Ioan. 16.

mulieri parturiēti christus ecclesiam assimulat.

Ioan. 20.

Ioan. 16.

perpe

perpulchre perfecta est quæ præmissa fuerat mulieris similitudo, quæ postquam peperit, iam non meminit pressurę propter gaudium: quia natus est homo in mundum.

Sed differendum est gaudium tantæ salutis tantæ tamq; necessariæ redemptionis, tanti precij (vt supra dictum est) differendum, inquam, vsque in diem quo tantus ille victor surrexit, quo nobis victoriam suam annunciauit, quo nobis in semetipso quid de nobis speremus ostendit, & tunc pro redemptione animarum, quæ hac die patrata est, & pro resurrectione corporum quæ illa luce condita est, pro hoc inquam duplici munere, inenarrabilis & infinitæ solennitas dignitatis, toto corde, toto ore, totisq; viribus celebranda est. Nunc autem ad redemptoris nostri acerbissimam passionem, quæ terram mouit, petras scidit, diei lucem in nocturnas tenebras conuertit, & monumenta aperuit, attentissime mentem auresq; accommodemus, quatenus à peccatis nostris preciosissimi sanguinis sui aspersione mundati, gratiã & vitam per ipsius mortem consequamur. Mat. 27.

Narrationem itaque passionis Domini nostri Iesu Christi in quinq; partes distinguemus.

In quarum prima dicetur, quemadmodum Christus à proditore Iuda traditus est Iudæorum ministris.

In secunda, qualiter à ministris traditus est Iudaicę gentis primoribus & pontificibus.

In tertia, quemadmodum Dominus à Iudæorum pontificibus traditus est ad mortem, Gentibus.

In quarta, quemadmodũ Dominus innocens abiectus à Iudæis, damnatus est ad mortem crucis.

In quinta, qualiter crucifixi Dñi mox post mortẽ innocentia et diuinitas humana cõfessione mox comprobata est & admirandis signis.

CIrca partem primam quinque sunt considerandа. Primum est Iudę proditoris incepto scelere pertinax & irreuocabilis obduratio. Secundum est, facta discipulis sermone Domini consolatio pariter & informatio. Tertium est, ad locum quo capiendus erat spontanea accessio. Quartum est, Christi veri atque summi sacerdotis ad patrem oratio. Quintū est, impiæ traditionis per proditorem executio.

Auaritia scelera conciliat.

A Circa primum, aduerte q̄ nulla necessitas impulit proditorem vt Dominū traderet, sed tantum improba pecuniæ cupiditas. Per hanc enim misit ei diabolus in cor vt Dominum traderet. Nam à quo scelere abstineat auarus? Quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames? Vnde & per Sapientem dicit q̄ auaro nihil est sceleſtius. Et iterū, Nihil, inquit, est iniquius q̄ amare pecuniam. Hic enim & animam suam venalem habet. Sed cui putas iam parcat, qui venalem habet animam suam? Hinc Iudas Dominum vniuersorum quasi vile mancipium venalem statuit: & eum qui redimendis omnibus commune precium esse dignatus est, iste suum æstimās peculium, abijt ad principes sacerdotum & ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Vilem Dominum suum negociator iste sacrilegus habuit, cuius precium reliquit emptoribus æstimandū, quod profecto nec porcum venditurus faceret rusticus. At illi gauisi de scelere, constituerūt ei triginta argenteos, quibus ipse perfidus spopondit, & in sceleris voluntate perseuerans, quærebat exinde oportunitatem vt traderet eum sine turbis.

Ioan. 13. Virg. Eccli. 10. Iudæ proditoris auaritia detestanda. Mat. 26. Luc. 22

Luc. 22. Mar. 14. Nota Christi

Venit autem dies azymorū in qua necesse erat occidi pascha. Et dicunt Christo discipuli, Quo vis eamus & paremus tibi vt māduces pascha? Vbi Beda. Domini paupertatē attende. Non habemus, inquiūt, domicilium non habemus tabernaculum. Audiamę

quę

quibus nimia ædificandarum domorum cura est,& ambitiosarum porticuum cogitatur instructio, quos preciosorum marmorū pompa, & distincta auro laquearia delectant. Cognoscāt Christum omniū Dominum qui locum vbi caput inclinaret nō habuit,& idcirco discipuli eum interrogant. paupertatem.

Quo vis eamus & paremus tibi vt manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis,(quos Lucas dicit fuisse Petrum & Ioannem)& dicit eis, Ite in ciuitatem & occurret vobis homo lagænam aquæ baiulans. Sequimini eum, & quocunque introierit dicite dño domus,quia magister dicit, Tempus meū prope est, Vbi est refectio mea? Vbi est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis manducem? Sic ait omnium præscius, imò præsentaneus cunctorū contemplator Deus verus, vt proditorem(qui tum aderat) lateret domus illa, ne forsan interturbaret dominicā cœnam. Et ipse,inquit,demonstrabit vobis cœnaculum grande stratū,& ibi parate nobis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus,& parauerūt pascha. Inuenerunt enim sicut dixerat illis Iesus. Mar.14. Luc.22. Mar.14. Mat.26. Mar.14.

Vespere autē facto discumbebat cum duodecim discipulis suis. Horam manducandi pascha designat, quæ erat luna quartadecima primi mensis,quādo fermento abiecto,pascha.i.agnus,occidi consueuerat ad vesperam. Quod exponēs Apost.ait, Etenim pascha nostrū immolatus est Christus. Qui licet die sequenti,hoc est,quintadecima sit luna crucifixus: hac tamen nocte qua agnus immolabatur,& carnis sanguinisq; sui discipulis tradidit mysteria celebranda,& à Iudæis tentus & ligatus,suæ immolationis,i.passionis suæ sacrauit exordium. Luna.14. Christus agnum paschalem comedit. 1.Co.5.

Discumbentibus ergo eis & manducantibus ait Iesus,Disiderio desiderauī hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Desiderabat quidē primo typicum pascha cum discipulis manducare, et sic passionis suæ mundo declarare mysteria, quatenus & anti- Luc.22. Nota christi desyderium.

antiqui legalisq; paschæ probator existat, & hoc ad suæ dispensationis figuram pertinuisse docendo, carnaliter vltra vetet exhiberi. imò vmbra transeunte veri iam paschæ lumen aduenisse demonstret.

B Sed ex sequentibus aduertere est contumaciã proditoris. Ait enim Dominus, Amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me qui manducat mecum. Qui de passione sua prædixerat, & de proditore prædicit, dans locum pœnitentiæ, vt quum intellexisset sciri cogitationes suas & occulta consilia, pœniteret eum facti sui, & tamẽ nõ designat specialiter, ne manifestius coargutus impudentior fieret. Mittit ergo crimen in numerum di. Vnus ex duodecim qui intingit mecũ manum in catinum, vt agat conscius pœnitentiã. At illi cœperunt contristari et dicere ei singulatim. Numquid ego? Et quidem nouerãt vndecim Apostoli q̃ nihil tale contra Dominum cogitarent, sed plus credunt magistro q̃ sibi: & timentes fragilitatem suam, tristes interrogabant de peccato, cuius conscientiam non habebãt. Sed miram Domini patientiã agnosce.

Mar. 14. Proditionis crimen aperitur.

Ibidem.

Primo dixerat, Vnus ex vobis me tradet, perseuerat proditor in malo. Manifestius arguit, vnus inquiens ex duodecim, & tamen proprium nomen nõ designat. Iudas cæteris contristatis & retrahentibus manum & interdicentibus cibos ori suo, temeritate & impudentia qua magistrũ proditurus erat, etiam manum cum magistro mittit in catinum, vt audacia bonam conscientiam mentiretur.

Impudentia proditoris.

C Voluit itaque Dominus proditorem reuocare ne periret, sed ille nec primo nec secũdo correptus, à cœpto scelere retrahit pedem. Primo enim hunc reuocare tentauit ingerẽdo pudorẽ, dum se facinus iam conceptum ostendit nõ ignorare, vt pudore confusus nõ vltra progrederetur. Secundo, incutiendo timorem. Nam videns eum pudore non resipuisse, sed Domini patientia nutriuisse impudentiã, prædicendo pœnam terrorem incutit, vt quẽ pudor non vicerat, corrigant

4. mod. Iudam dominus tentauit reuocare.

denuo

denunciata supplicia,dicens, Et filius quidem homi- Mar.14.
nis vadit,(ad mortem videlicet) sicut scriptum est de
illo, Væ autem homini illi per quem tradetur. Bonũ
erat ei si non esset natus homo ille. Quia multo me-
lius est non subsistere,q̃ ob tantum scelus damnatum
male subsistere.

Sed & hodie quoq; væ homini illi qui ad men- In eos qui
sam Domini malignus accedit,qui prẽcordijs aliquo indigne
scelere pollutis,mensæ dominicę participare non me- cõmuni-
tuit. Hic enim in exemplum Iudę filium hominis tra cant.
dit,non quidem peccatoribus Iudæis, sed peccatori-
bus membris suis, quibus illud inæstimabile domi-
nici corporis sacramentum temerare præsumit. Ter-
tio Dominus reuocare conatus est proditorem,osten
dendo ei miram humilitatẽ pariter & amorem. Non
enim hunc excepit quin ipsius sicut & cęterorũ Apo- Christus
stolorum pedes suis ipse manibus lauaret, et exterge- lauit pedes
ret lintheo quo erat ipse præcinctus. Pedes inquam proditoris
currentes in malum, pedes veloces ad effundendum
sanguinem,sanguinem innocentem videlicet, & non
qualemcunq;,sed sanguinem filij Dei. Et licet hęc vel
lapideo cordi emolliendo sufficere potuissent quæ re-
uocando proditori benignus Dominus (qui neminẽ
vult perire)tentauit, nihilominus tamen etiam quar-
to licet frustra,idipsum sategit, miram exhibendo pa-
tientiam. Nam lotis Apostolorũ pedibus quum ac- Ioan.13
cepisset vestimenta sua (quæ propter officium posue-
rat)& iterum recubuisset ad pascha nouum in sacra-
mento sui corporis & sanguinis instituendum atque
celebrandum:non hunc quantumuis obstinatum in
malitia aduersus Dominum suum tali conuiuio quo
minus permitteretur adesse,dedignatus est.

Apostoli ergo non immemores verborũ Domi- D
ni anxie soliciti erant quisnam inter eos foret Domi- Petrus de
num proditurus. Erat autem (vt Ioannes ait)recum- proditore
bens vnus ex discipulis in sinu Iesu, quem diligebat sciscitatur.
Iesus. Veritatem altissimam socia humilitate beatus

Euang.

Euang. Ioannes condecorat, dum non ait, eram ego recumbens, sed erat recũbens vnus ex discipulis eius. Item & dum di. quem diligebat Iesus & nullam tantæ dilectionis reddit causſam, vtiq; solam vult intelligi vltroneam diligentis gratiam. Innuit ergo huic Simon Petrus & dicit ei, Quis est de quo dicit? Ioannes præcipuus gratiæ Domini filius erat, cui Petrus quod à Domino quærere non audebat in illa solicitudine & summa tristitia: innuit vt quæreret ipse dum caput in sinu Domini reclinat. Itaq; quum recubuisset ille super pectus Iesu, dicit ei, Dñe quis est? Cui respondit Iesus, Ille est cui ego intinctum panem porexero. Et quum intinxisset panem dedit Iudæ Simonis Scharioti. Et post buccellam introiuit in eum Sathanas.

Ioanni Christus reuelat proditorẽ.

In quo mira Christi elucet patientia. Cur enim lupum præsentem, sibi sub ouina pelle imminentem tali voluit indicio designare, quum eundem posset vel nomine proprio vel intento satis exprimere digito, nisi vt Prophetæ vocẽ impleret qua dictũ erat ex ipsius persona. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem, & illud primus ipse faceret, quod per Apostolum suũ prædicaturus erat in mundo dicens: Si esurierit inimicus tuus ciba illum, & si sitit potũ da illi. Hoc enim faciẽs carbones ignis congeres super caput eius. Quis nanque patientius posset suum sustinere & cibare inimicum? Ille homo pacis suæ furioso corde & ore pacifico socia manu panem intingebat cum illo in paropside, & quia recumbentis in sinu eius percunctationẽ taciramq; Domini responsionem nõ audierat, buccellam panis intinctam vino de manu eius ore blando excipiebat familiaris homicida. Ita factus homo pacis suæ fiducialiter panes eius edebat eadem impudentia, qua eum per osculum pacis mox erat traditurus. Dominus autem adeo patienter (tanquam puer innocuus) inimicum

Psal.

Rom. 12.

suum

suum cibabat & carbones ignis super caput eius congerebat.

Denicq; & si non est attactus carbonibus pœnitentiæ (cuius vstionem nostris debemus inimicis cupere) licet contra voluntatem nostram plærumq; ex beneficio pejores fiant, attamẽ combustus est ardore iracundiq. Siquidem continuo post buccellam introiuit in eum Sathanas, qui iam hunc obsederat quando misit ei in cor vt Dominum traderet. Exiuit ergo suspicans se deprehensum, cum priore auaritia furore pariter et odio repletus diabolico, quodammodo dicens. Quoniam quidem circumuentus insperato iudicio præceps agor, incendium meum illius ruina restinguam. Et dicit ei Iesus, Quod facis fac citius. Non tamen ex hoc verbo putandum est q; Iudas, vel qui in eum introiuit Sathanas, præceptum acceperit vt faceret quod faciebat, sed potius permissus est vt citius faceret, & ad effectum perduceret quod factitabat. Aliud enim est dicere facienti, citius fac, atq; aliud, vacanti præcipere vt hoc vel illud faciat. Expetiuit & Petrum Sathan, vt cribraret sicut triticum, expectans Domini permissum sine quo id quod desiderabat, in eo non potuit, sicut nec tunc quando in typum Christi idem Sathan expetiuit beatũ Iob vt tentaret eum. Ergo dum dicit. Quod facis fac citius. Non magis hoc præceptum est, quàm illud quod Iudæ possessori & agitatori Sathanæ beatum Iob ad certamen petenti respõdit idem Dominus. Ecce in manu tua est, concedendo vtique non præcipiendo, permittendo non percussorem mittendo.

Iudas contra Dominum in irã exarsit. Ioan.13

Luc.22

Iob.1.

Hoc autem (inquit Euangelista) nemo sciebat discumbentium ad quid dixerat ei illud. s. Quod facis fac citius. Nec mirum. Non enim capere aut portare poterãt etiam cum diceret eis quantum pro nostra salute passionis instantis haberet desiderium. Verbi gratia, quum diceret, Baptismo habeo baptizari, & quo-

Ioan.13

Luc.12

& quomodo coarctor vsq; dum perficiatur? Itemq; meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui me misit. Adeo, inquit, nesciebant quid diceret, vt putarent quod dixisset ei. Eme ea quæ opus sunt nobis ad diē festum, aut certe, vt aliquid egenis daret, quia loculos habebat. Sed longe à rei scientia fuerunt, qui putabāt illi mentionem factam esse de cura egenorum, quum permissio daretur de tradendo ad mortē patre orphanorum & iudice viduarum.

Ioan. 4

Iudas vt exiuit condemnatus

Quum ergo accepisset buccellam cōtinuo exiuit. Erat autem nox. Iudicatus itaq; exiuit atq; condemnatus, relinquens episcopatum suum, vt alter acciperet illum, educēte se diabolo qui stabat à dextris eius. Et os suum peccator & dolosus (quod super magistrum suum aperuerat) post buccellam amplius dilatatum ad Pharisæos ferebat. Non q; buccella illa malum fuit, sed quia malus per illam designatus, maius odium spirabat contra illum qui designauerat. Nam qui solo amore lucri scelus proditionis inceperat, nunc tandem ingresso in eum Sathana mixtoq; cupiditati odio totam crudelitatem anhelans, citius faciebat, properabat instantius. Et bene dum ageretur hęc nox fuisse memoratur, nox vtiq; illi qui noctis & tenebrarum filius erat, quiq; veram lucem fugiens corporales quoque tenebras, nequitiæ magis oportunas libenter accipiebat.

Optimi patris verba suprema attendenda.

CIrca secundum, primæ partis membrum videlicet factam discipulis dominico sermone informationem & consolationem. Hoc primum est aduertendum q; sicut solent pijs & bene amantibus filijs dulciora esse & profundius permanere in memoria verba, quæ pater benignus in ipsa morte supremum trahens spiritum locutus est, quæ dixit, quæ mandauit, quæ rogauit, aut monuit, sic nobis reuerenti aure, pio corde, & humili spiritu suscipienda, fideliq; memoriæ cōmendanda sunt ea quæ

ea quæ deinceps Dominus locutus est. Ait ergo proditore iam egresso.

Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Quo nomine paternam sui amoris gratiam & infirmam tunc temporis Apostolorum designat infantiam. Nam ex quo fortes facti sunt: spiritu sancto armati, filij sunt. Nunc autem quia timidi sunt & patrem sequi nō valent, filioli sunt. O filioli mei, inquit, modicū vobiscū sum. i. tantillum donec ille qui nunc exiuit ad Pharisæos perueniat, acceptaque cohorte & à pontificibus me deducendo ministris, redeat. Ex tunc enim comprehensus, illusus, flagellatus, iudicatus, tandemq; interemptus vobiscum nō ero, nisi q̄ ad horam iterum videbo vos, veruntamen nequaquā vt nunc vobiscū ero peregrinus præsentis, sed princeps & pater factus futuri sęculi. Informat autem eos de tribus, videlicet. Ioan. 13.

Christus discipulos vnde informat.

Primo de vitanda superbia & fastuum sæculi ambitione. Quū enim facta esset cōtentio inter eos quis eorum videretur esse maior, dixit eis, Reges gentiū dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur, vos autē nō sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior, & qui præcessor est, sicut ministrator.

Vitanda ambitio.

Vbi certantibus de prioratu discipulis formā humilitatis quam sequantur modesta ratione describit. In qua tamen forma obtinenda, maiores & præcessores, id est, prælati & doctores ecclesiæ non minima discretione opus habent, ne videlicet imitar regū gentium dominari subiectis, seq; ab eis gaudeant superua cuis honoribus attolli, sed ad exemplum ęterni regis, quasi minores eis quibus regendis præsunt efficiantur ac ministri. Quia nimirum necesse est vt sic bene agentibus per humilitatem sint socij, quatenus contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ sint erecti, vt & bonis in nullo se præferant, & cum prauorum culpa exigit, potestatem sui prioratus agnoscant. Et adiecit, Nam quis maior est qui recumbit, an qui ministrat?

G Prælati se se habeant erga subditos.

C

ſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Ad verba exhortationis ſuimet adiungit exempla, quæ Ioannes Euang. plenius commemorans inter cætera Dominum dixiſſe teſtatur, Si ego lauí pedes veſtros Dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et adiecit.

Ioan. 13.

Vos autem eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Perſeuerantiam eorũ commendat, quæ alio nomine conſtãtia vocatur, quæ robur quoddam & fortitudo mentis eſt, cunctarumque columna virtutum, quæ ſi aliquo deſciatur impulſa turbine, non ſola labitur, omnia enim prorſus animi bona ſimul corruunt. Sicut ergo pater diſpoſuit filio regnum quem factum obedientem vſq; ad mortem mortem autem crucis exaltauit, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: ſic & ipſe filius permanẽtes ſecum in tentationibus, ęternum ducet ad regnum. Si enim (vt Apoſtolus ait) complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Porrò menſa eius propoſita omnibus ſanctis ad fruendũ, eſt gloria cœleſtis vitæ. Frui videlicet vero & inconcuſſo bono. Nec ſat eſt ſuę beneuolentiæ vt menſa ſua fruantur, ſęd & hoc adiecit. Et ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael. Digna profecto retributio vt qui hic in tentationibus iniuſte iudicati cũ Dño perſeuerãt, illic cum eo ſuper tentatores ſuos iuſti iudices veniant. Et quanto huic mundo magna humilitate deſpecti ſunt, tanto tunc acceptis ſedibus, maioris culmine poteſtatis excreſcant.

Luc. 22.

Iactura perſeuerantiæ magna

Phil. 2.

Ro. 6.

H

Secundo informat eos de ſeruanda pace mutua & Dei ac proximi dilectione dicens, Et vobis dico mo-

Ioan. 13.

De ſeruanda pace &

do, Mandatum nouum do vobis vt diligatis inui-

cem

cem sicut dilexi vos. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Non in hoc cognoscēt, si exterminaueritis facies vestras, vel si longas orationes feceritis, aut certe si tuba cecineritis eleemosynam dantes, quæ omnia facere possunt hypocritæ cōscientia sinistra, sed in hoc, inquit, si dilectionē habueritis ad inuicem. Quod profecto nō nisi bono potest corde fieri. Nō enim aliquod malum, vel alicuius violatio præcepti potest in eodē corde cohabitare dilectioni. Hinc est ꝙ quisquis diligit proximum legem impleuit.

dilectione.

Mat.6.

Ro.13.

Pacem vero fraternæ dilectionis comitem illis commendans: pacem, inquit, relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hoc est, pacem per me inter Deum & homines quæsitam, quam & angeli me nascente prædicarunt. Et quia nomen pacis equiuocum est, adiecit, Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Pax enim quam mūdus dat, paci quam dat Christus contraria est. Quid nanque mundus agit in largitione suæ pacis? Venite, inquit, & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquā in iuuentute celeriter, vino & vnguentis nos impleamus, & nos prætereat nos flos temporis. Eiusmodi pacem, inquit, nolite putare quia venerim mittere in terram. Non veni pacem mittere sed gladium. Sed quantum nobis valeat pax per CHRISTVM acquisita consideremus.

Pax Christi.

Ioan.14.

Pax mundi.

Sap.2.

Mat.10.

Quantum nobis valeat pax per Christum data.

Quum enim pax amicitiæ fructus sit, sicut ecōtrario bellum inimicitiarum opus est, tanto nobis pax gratior & desiderabilior venit, quāto grauiori dispendio eius qui minor & infirmior est inimicitiæ gerūtur. Verbi gratia. Vbi victor victos omnes morti addiceret, dulcius nomen pacis est, quàm vbi victor victis seruatis solum tributa indiceret. Erant autem inter Deum & homines inimicitiæ nimis graues, nec dubium erat quin in certamine iudicij Deus om-

tiino ſuperior foret. Nam ſiqui erant homines fideles & iuſti, vt Abraham, Iſaac, Iacob, & ſimiles, attamen
Luc.14. tanta erat illorum iuſtitia debiti compatatione, quanta eſt fortitudo regis occurrẽtis cum decem milibus, ei qui cum viginti milibus aduerſum ſe venit. Ergo quanto maiori malo generis humani prædictæ inimicitiæ gerebantur, tanto magis neceſſaria pax hominibus erat, quam nobis Chriſtus ſua morte quæſiuit, & commendauit. Vnde non immerito ſui dilectionem à nobis depoſcit di. Sicut dilexit me pater & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Et mo-
Ioan.15 dum oſtendit di. Si præcepta mea ſeruaueritis manebitis in dilectione mea, ſicut & ego præcepta patris
Ioan.14. mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Itaque ſi di-
Ioan.15 ligitis me, inquit, mandata mea ſeruate. Qui enim non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Vos ergo amici mei eſtis ſi feceritis quæ ego præcipio vobis.

I Tertio informat eos ad patientiam in ſuperuentura tribulatione di. Si mũdus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Præmiſſo dilectionis mandato recte nunc preſſuras prænuntiat dilectis ſuis quas in mundo ſint habituri. Poſita nanque velut in fundamento dilectionis firmitas, pondus preſſu-
Act.5. rarum portat, ita vt euntes à conſpectu conſilij gaudere poſſint quòd digni habeantur pro nomine Ieſu contumeliam pati. Si mundus, inquit, vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. In hoc ergo ſeſe conſolentur tanti Domini ſerui fideles, verum habentes teſtimonium ipſum mundi odium quòd non de mundo, ſed à Deo ex mundo electi ſint. Nam protinus ſubiungit. Si de mundo fuiſſetis mundus quod ſuum erat diligeret. Quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus.

Informat diſ. ad patientiam.

Quis de mũdo nõ ſit.

Proinde & ſi velit mundus diligere, dilectio eius fugienda & odium eius amatoribus Chriſti appetendum

tendum est. Nã qui voluerit esse amicus huius mun- 1.Ioan.2.
di, inimicus Dei constituitur. Duæ nanque sunt ge- Generatíe
nerationes, vna Dei, altera mundi: siue duæ ciuitates, ones duæ.
altera Dei, altera diaboli, quæ simul exortæ ab initio
procurrunt vsq; ad finem sæculi, semper sibi inuicem
aduersantes odio implacabili. Earum inimicitiæ pri-
mum in duobus fratribus Abel & Cain manifeste Gene. 4.
factæ sunt, & ita pertinaciter sibi aduersantur, vt nul-
lus eodem tempore vtriusq; amicitiam gerere possit.
Hoc inquam scientes consolamini, quia mundo non
semper vos odire vacabit, nec odij licentia diu con-
stabit, sed magis stabitis vos magna constantia aduer Sap. 5.
sus eos qui vos angustiauerunt. Videntes autem tur-
babuntur timore horribili, & mirabuntur in subita-
tione insperatæ salutis, & gementes præ angustia di-
cent intra se pœnitentiam agentes. Hi sunt quos ali-
quando habuimus in derisum & in similitudinem im-
properij. Nos insensati vitam illorum æstimaba-
mus insaniam, & finem illorum sine honore. Quo-
modo ergo computati sunt inter filios Dei et in-
ter sanctos sors illorũ est? Hæc scitote, inquit, & me-
mori mẽte retinete, quia mundus me priorem vobis
odio habuit, cuius vtiq; rei recordatione vestram re-
primetis impatientiam, & teneras propriæ voluntа-
tis delitias redarguetis. Memẽtote ergo sermonis mei Ioan.15.
quem ego dixi vobis. Non est seruus maior domino
suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Qui
enim dñm persequuntur, quomodo seruos fidelitati
eius studentes non persequantur?

Rursus ad patientiam præmonens. Hæc, inquit, Io Ioan.16.
cutus sum vobis vt non scandalizemini, non ad ho-
ram, quomodo omnes in eum scandalizandi erant in
illa nocte, sed vt non scandalizemini, inquit, simplici-
ter & absolute. Et adiecit, Absq; synagogis facient
vos. Et hoc quidem iam facere cœperant, quando Ioan.9.
conspirauerant Iudæi vt si quis confiteretur eum esse
Christum, extra synagogam fieret. Postmodum iti- Act.5.et.15

dem factū esse Christi discipulis in Actibus Apost. legitur. Flagellati nanq; in synagogis, etiam de ciuitatibus exturbabantur. Qui conuersi ad gentes, synagogas alias imò ecclesias nouas gloriæ Dei constituerunt. Ad quas lege Dei ac testamento translato, ipsi qui illos absque synagogis fecerant, absque Dei synagoga fierent, & in synagoga Sathanæ exclusi remanerent.

K Sed parum est absq; synagogis fieri respectu eius quod adiecit, Sed venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare Deo. q.d. Hoc tanta autoritate, tanta rationis assimilatione facturi sunt, vt arbitrari videātur obsequiū se præstare Deo.

Act. 9. In Christū cognitum peccasse Iudæos.

Nam reuera etsi Saulus existimabat obsequiū se præstare Deo alligando & interficiendo Christi discipulos, non tamen hoc idem sentiendū est de illis de quibus paulò ante dixerat, Nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrem meum. s. de pontificibus & phariſæis, qui tulerant clauem scientiæ, & nec ipsi introibant, nec alios introire sinebant, quiq; primo ipsum Dominum interficientes, deinde discipulos eius: non vere arbitrabantur, sed arbitrari videbantur obsequium se præstare Deo.

Venit, inquit, hora. i. breue tempus. Non enim diu licuit illis interficere Christi discipulos, quasi pro illo Dei templo, cuius æmulabantur quidem veterem cultum, sed non secundum scientiam, sicuidem subuersum est postmodum. nō à Christi discipulis, sed à gentibus Romanis. Sequitur. Sed hęc facient vobis: quia

Ioan. 16. non nouerunt patrem neque me. Hoc est, per odium cognoscere noluerunt. Sed hæc loquutus sum vobis, inquit, vt quum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hæc facient, inquit, sed vos consolamini. Nam idcirco nunc ea prædico vobis, vt quū venerit hora eorū reminiscamini quia ego dixi vobis, et reminiscentes illud quoq; nō obliuiscamini quod pollicitus sum; quia in oibus presturis nec ca-

pillus

pillus de capite vestro peribit, & inimicis occidenti- Luc.12.
bus corpora, in patientia vestra possidebitis animas
vestras.

Non solū autē Dñs de futura tribulatione discipu L
los suos informauit & præmuniuit, sed etiā aduersus
mala prę sentia & futura multipliciter consolatus est.

Primo enim cōsolatus est eos de sua diuinitate di. Cōsolatur
Non turbetur cor vestrum nec̄ formidet, creditis in eos de sua
Deum & in me credite, i. credentes in Deum, credite diuinitate.
& in me, nec̄ tentationū mearum euentu turbati, er-
rasse vos arbitremini q̄ hactenus credidistis in me.
Et si nunc ingruentis asperitas hyemis extrinsecus vi-
rentia confessionis vestrę folia deterit ac dispergit, vi-
uat saltem intrinsecus radix bonę arboris, vt postquā
hæc hyems transierit & recesserit, de radice creduli-
tatis quæ viget in corde ad iustitiam, reflorescat oris
confessio ad salutem, atq; ita animarū vestrarum rur-
sus vineæ florentes & dantes odorem, suæ pulchritu-
dinis testimonio palam faciant, quia vox rediuiui tur-
turis audita est in terra nostra.

Secundo consolatus est eos de gloriæ cœlestis æter Cōsolatur
nitate di. In domo patris mei mansiones multę sunt, si eos de glo
quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis riæ cœle-
locū. Mansiones illę vobis seruantur, quos mei causa stis æternā
persecutionibus & odijs suis mundus expungit. Vt tate.
quibus in hoc mūdo propter me pars nulla contin-
git, mansio nulla secura permittitur, mansiones in cœ-
lo multas, & claras, domū ex Deo nō manufactam
æternā in cœlis permanentē vobis seruari pernosca- 2.Cor.5.
tis. Et si abiero, inquit, (s. per mortē) & præparauero
vobis locū, iterum venio & accipiam vos ad meip-
sum, vt vbi sum ego & vos scitis.

Tertio cōsolatur eos de sua erga eos paterna solici Cōsolatur
tudine, & visitatione dicens, Nō relinquā vos orpha- eos de sua
nos, veniam ad vos. Quasi dicat. Orphani quidem protectio-
fuistis à Deo patre. Qui enim filij gratiæ Dei & co- ne.
ioni esse debebant paradisi, nunc filij iræ sicut & cæte- Ioan.1.

ri ad alienam hæreditatem mortis & tenebrarũ (ex traneam domum) deturbati estis. Igitur nunc vsque orphani absq; Deo patre pro culpa veteris Adam, re nasciturí iam estis eidem Deo per me nouum Adam. Non enim relinquam vos orphanos, sed vadam, & vos per mortem meam parturiam Deo, et hoc facto resurgens, iterum veniam ad vos. Admirabilis certe testatio, vbi eadem morte patris qua se putant orpha nos fieri, nascuntur & hęreditatem capiunt filij, & eo dem patre resurgente á mortuis, simul cum eo tutor paracletus venit, testificaturus de ipso quia viuit, to tamq; illis in omni prætorio defensurus hæreditatem paternæ resurrectionis. Nec quia alium consolatorẽ vobis prẽmisi, idcirco vos orphanos forte arbitrantes contristemini. Non ita erit. Non relinquam vos or phanos, veniam ad vos.

M Consolatur eos de spiritus sancti missione.

Quarto consolatur eos de *spiritus sancti missione* di. Et ego rogabo patrem et alium paracletum *dabit* vobis, vt maneat vobiscum in ęternum. Pupillis suis coram positis sponsus iste continuo auferendus, tuto rem magnum prouidens ego, inquit, in ara crucis ro gabo patrem meum, ecce in die passionis meæ preces supplicationesq; ad eum qui me saluum facere possit á morte, cum clamore valido ac multis lachrymis of feram, & ille me (sicut Esa. dixit) pro transgressoribus exorantem vt nõ pereant, exaudiens, alium paracletũ dabit vobis spiritum veritatis.

Heb. 5.

Esa. 53.

Paracleti latio.

Luc. 24.

Paracletus Græce Latine consolator dicitur, quia videlicet filios sponsi de morte vel absentia patris ve ro scripturarum sensu consolatur, docendo q; sic opor tuerit pati Christum et resurgere á mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissio nem peccatorum. Quo nomine nusquam ante hac ap pellatus inuenitur quia videlicet & quanuis veteri bus sanctis & ipsis ante Christi passionem Aposto lis datus fuerit, non tamen sic vlli datus fuit vt debe ret appellari paracletus. Nec enim in remissionẽ pec

catorum fuerat datus antequam glorificaretur Iesus. Ioan.7.
In eo quippè tota est consolatio paracleti, quia luctum antiquum per sacramentum passionis Christi abstergit, dum iam Deo, patre per mortem filij sui propitio facto, noua regeneratione de filijs iræ filios reddidit gratiæ, de seruis peccati, filios iustitiæ, de filijs mortis & perditionis, filios vitæ & acquisitionis. Proinde de huius paracleti consolatione seu operatione quibusdam interpositis subdit. Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. Quasi dicat: Omnia docebit vos quæcunq; hactenus dixi, & omnia quæcunq; dixero vobis, suggeret vobis, & scribet in tabulis carnalibus cordis vestri. Ego enim qui vobis hactenus loquutus sum homo visibilis, deinceps loquar vobis interna loquutione iam dicti spiritus sancti. Et iterum. Adhuc multa, inquit, habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Quum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Omnem quippè veritatem quam scire oportet, ille vos docebit, quia non loquetur â semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur. Spiritus enim qui â semetipso loquitur, non spiritus veritatis, sed spiritus est mendacij, & Prophetas suos mendaces facit, vt prophetēt de corde suo quod Dominus non est loquutus, & confingant esse quod non est, vel malum esse quod est bonum, & bonum esse quod malum est. Non sic loquetur iste spiritus, sed quæcunq; audiet loquetur, nihil confingens, nihil peruertens. Loquetur ergo ea quæ sunt, & quæ verè existunt, & authoritatem in scripturis habent: nihil confingens, nec peruertens, & veros Prophetas faciet vos, vt non loquamini â vobismetipsis.

2. Cor. 3.

Ioan. 16.

Spiritus mendax quis est.

Spiritus veritatis.

Quinto consolatur eos de orationis exauditione, dicēs: Quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Hoc est, quicquid petieritis in confessione mei nominis. s. filij Dei & saluatoris vestri (Hoc enim nomen meum est, & in hoc nomine petitis,

N Consolatur eos de orationis exauditiõe Ioan. 14.

quoties ea quæ salutis vestræ sunt petitis) hoc faciam. Nec tamen vos iste error inuoluat, vt putetis sic omnem orationem dirigendam esse ad patrem per me Christum filium eius, vt ad personam filij nullam dirigi debere suspicemini. Nam & quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.

Ioan. 16. Christus se mediatorē vult agnosci.

Et iterum alibi. Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Sæpius repl̃icando discipulis suis Dominus noster vt in nomine suo petant, mediatorem Dei & hominum sese salubriter cupit agnosci, mediatorem, inquam, adeò necessarium vt nemo ad patrem venire nisi per ipsum, nemo à patre quicquam impetrare nisi per nomen suum possit. Vnde hæc catholica sanctæ Ecclesiæ orandi regula est, vt in omni oratione quã ad patrem dirigit, subiungat. Per Dominũ nostrum Iesum Christum filium tuum, quia præter hunc nulla via est per quam dirigatur oratio nostra sicut incensum in conspectu Dei. Quoniam verò Iesus saluator noster est, & saluum facit æterna salute populum suũ à peccatis eorum, ergo in nomine Iesu petere, est illud petere, propter quod ipse qui hoc nomen sibi delegit descendit de cœlis & incarnatus est, homo factus est, crucifixus, mortuus & sepultus est. Hoc totum quippè factum est, vt per nomen eius remissionem peccatorũ acciperemus. Petite ergo, inquit, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. In quo autem gaudium plenum esse poterit, nisi vt veniamus & appareamus antè faciem Dei? Omne nanq; gaudium mundi huius deceptiuum, & omnis risus eius erroneus est. Solum autem de visione Dei gaudiũ plenitudinem habet. Igitur quum dicit, petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum, illa tantummodo petenda esse innuit, quæ proficiant ad visionem Dei, in quo solo est gaudij plenitudo.

Mat. 1. In Iesu nomine petere quid sit.

O Apl'is ruinam cur prædicit.

Ne autem glorientur vndecim Apostoli vel suis tribuerent viribus q̃ penè soli inter tot millia eorum qui

qui docentem fuerant sequuti dicerentur in tentationibus permansisse cum Domino, ostendit proinde si non iuuantis se Domini essent opitulatione protecti, eadem procella cum cæteris potuisse conteri. Prædicit ergo quod passuri sunt, vt quum scandalum passi fuerint, non desperent salutem, sed agentes pœnitentiam liberẽtur. Verum quum dicit q̃ Sathanas expetiuit eos tentare, & velut qui triticum purgat ventilando concutere, docet nullius fidem à diabolo nisi Deo permittente tentari. Dicit ergo illis Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista. Mat.26. Scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Quod in Zacharia Propheta scriptum est. Et ex persona Prophetæ ad Deum dicitur. Percute pastorem & dispengentur oues. Percutitur autem pastor bonus, vt ponat animã suam pro ouibus suis. Zac.12. Inter hæc autem Petro speciatim à Domino dicitur: Simon,ecce Sathanas expetiuit vos vt cribaret sicut triticum,ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Luc.22. Rogat pro Petro, non vt non tentetur, sed vt non deficiat fides eius, hoc est, vt post lapsum negationis, ad statum pristinum pœnitendo resurgat. Sanctis tẽtationem esse vtilem Quo nihilominus insinuat vtile sanctis esse tentationum flammis examinari, vt tentati, vel quia fortes fuerant appareat, vel cognita per tentationes sua infirmitate, fortiores fieri discant, vt quum sic probati fuerint, accipiant coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Iaco.1. Et adiecit. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, quasi dicat. Sicut ego tuam fidem (ne Sathana tentante deficiat) orando protexi, ita & tu infirmiores quosque fratres exemplo tuæ pœnitentiæ nec de venia fortè desperent, erigere & confortare memento. Qui dicit ei: Et si omnes scandalizati fuerint,sed non ego. Mat.14. Non est temeritas nec mendacium, sed fides est Apostoli Petri, & ardens affectus erga DOMINVM Saluatorem, Tecum paratus sum, inquit, Luc.22. &in

Petri magnus erga Christum affectus.

& in carcerem & in mortem ire. At ille dixit: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Quia dixerat Dominus se pro Petri fide rogasse, conscius ille præsentis affectus fideique ferue tis, sed futuri casus nescius, non credit se vllatenus posse deficere. Verum qui solus nouit quid sit in homine, ne quis fidelium vel de suo statu incaute confidat, vel de casu incautius diffidat, & quasi Deus modum, rempus, ac numerū negationis suæ prædicit, & quasi misericors auxilium suæ defensionis prædicit.

Luc. 22. p

Et dixit eis: Quando misi vos sine sacculo & pera & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed qui habet sacculum tollat, similiter & peram, & qui non habet vendat tunicam suam & emat gladium. Vbi Beda. Quod discretio sit mater nutrixq; virtutum ex hoc Domini sermone probatur, qui non eadem viuendi regula persequutionis qua pacis tempore discipulos informat. Sunt namq; virtutes quæ semper obnixeq; tenendæ, sunt etiam quæ pro tempore & loco prouida sunt discretione mutandæ. Quis enim nesciat, viscera misericordiæ benignitatem, humilitatem, patientiam, modestiam, castitatem, fidem, spem, charitatem, & his similia, sine vlla temporum intercapedine fidelibus esse seruanda? At verò famem, sitim, vigilias, nuditatem, lectionem, psalmodiam, orationem, laborem manuum, doctrinam, silentium, & cætera huiusmodi, si quis semper exequenda putauerit, non modo se horum fructu priuabit, sed & notā indiscretæ obstinationis, imò stultitiæ peruicacis incurret.

Discretionis virtutem hinc perdisce.

Duo virtutum modi.

Magister itaq; Dominusq; virtutum vt modum discretionis insinuet, missis ad prædicandum discipulis ne quid tollant in via præcipit, videlicet ordinans vt qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuāt. Mortis autem instante periculo, & tota simul gente pastorem pariter gregemq; persequente, congruam tempori regulam decernit, pecuniam scilicet victui

1. Cor. 9. Euangelizantibus congrua tempori regula.

necessa-

necessariam (donec sopita persequutorũ insania, tempus euangelizandi redeat) tollere permittendo. Qui habet sacculum, inquit, tollat similiter & peram. Quia videlicet tali in tempore quale tunc erat, quando prædicantem nemo audit, & proinde multomi⁹ pascit, ipsum sibi quemq; oportet prouidere, quia de Euãgelio tunc viuere nõ potest. Vbi nobis quoq; dat exemplum iusta nonnunquã causa instante, quædam de nostri propositi rigore posse sine culpa intermitti. Vnde & hic discipulis, vel quem habent gladium sumere, vel quem non habent emere iubet, vbi etsi nulla alia causa esset euaginandi gladij, sufficerat illa, videlicet, vt amputata seruo auricula, tactu Domini sanaretur, & benefica virtus saluatoris, etiam percussores suos, ne iram ipsi percussi sustinere mallent, sed suscipere fidem resurgentis admoneret.

Et adiecit. Dico enim vobis quoniã adhuc quod scriptum est oportet impleri in me. Et cum iniustis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me finem habẽt. Ecce quare discipuli sacculum, perã, & gladium tollere monentur videlicet, quia Dominus cum iniustis deputandus erat, quòd passionem eius prænuncians Esaias inter cætera ponit, latrones vtiq; in quorum medio crucifigendus erat insinuans. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. Satis est. Duo gladij sufficiunt ad testimonium spontè passi saluatoris. Vnus qui & Apostolis audaciam pro Domino certandi, & euulsa eius ictu auricula Domino etiam morituro pietatem virtutemq; doceret inesse medicandi. Alter qui nequaquam vagina exemptus ostenderet eos nec totum quod potuere pro eius defensione facere permissos. Esa. 53

Circa tertium membrum primæ partis quod est. Accessio spontanea ad locum vbi capiendus erat Marcus prosequitur, dicit. Et hymno dicto, i, habitis gratijs omnium bonorum largitori Deo, Q Mar. 14.

ri Deo, exierunt in montem Oliuarum. Concordat Lucas, addens q̃ ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum. Sequuti sunt autem illum & discipuli eius. Vbi Beda. Tradendus à discipulo Dominus, consueti secessus locũ quo facillime reperiri posset adiuit. Vbi sunt ergo qui inuitum contendunt esse crucifixum? Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis: Sedete hic donec vadam illuc & orem. Et assumit Petrum & Iacobum, & Ioannem secum, vt qui transfiguraci gloriam in monte Thabor conspexerant, humanitatis infirma in ipso mox visuri, & minus perturbarentur, & in fide suæ diuinitatis constantius permanerẽt. His itaq; secum assumptis cœpit pauere & tædere. Et ait illis: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. i. ab hac hora, vsq; dum supremum emittam spiritum, in dolore & angustia est anima mea.

Mat.26. Mar.14.

Christo tristitiæ ratio triplex.

Tristabatur nimirum vero humanitatis affectu, quum propter discipulorũ iam imminentem dispersionem & ruinam, omnes enim scandalum passi sunt, tum propter instantem sibi (quã carnis sensus mira formidine exhorrebat) passionem, tum deniq; propter nostram consolationem. Nam suæ carnis infirmitas mirũ in modum nostram solatur pusillanimitatem. Membrorum etiam suorũ. i. in se credentium infirmitatem, mira charitate in semetipsum transfigurauit. Hinc enim se gallinæ pullos suos sub alas congreganti cõparauit, quæ pullis adhuc paruulis & infirmis, & ipsa coinfirmatur.

Mat.23.

Cur timet Christus vbi Petrus non timet.

Sed quid est quod Christus timet, & Petrus non timet dicens: Animam meam pro te ponam, & iterum. Si oporteat me commori tibi non te negabo? Sed ideo inferior Petrus non timet, & ille qui est superior gerit timentis affectum, nam ille quasi homo vim mortis ignorat: iste autem quasi Deus in corpore constitutus, fragilitatem carnis exponit, vtreorum qui verum hominem fuisse negant excludere-

tur ima-

tur impietas. Nec solum carne sed & mente, se verum hominem esse probat dum dicit ad patrem orãs. Sed tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Suscepit ergo (inquit Beda) voluntatem meam, susceptit tristitiam meã. Nam vt homo tristis fuit, vt homo ait. Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Mea est tristitia quam meo susceptit affectu. Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit quod doleret. Et sequestrata delectatione diuinitatis æternæ, tœdio meæ infirmitatis afficitur. Tristis est, inquit, anima mea vsq; ad mortem. Nam qui corpus susceptit omnia debuit subire quæ corporis sunt, vt esuriret, sitiret, angeretur, contristaretur. Diuinitas autem per hos commutari nescit affectus.

Verum esse hoiem se probat Christus.

Et ait illis: Sustinete hic, & vigilate. Et quum processisset paululum, procidit super terram. Dato eis præcepto vt sustinerent, vigilarentq;, cauentes à tore mentis, & somno infidelitatis, paululum procedens ruit in faciem suam, mentis humilitatem gestu carnis ostendens. Et orabat vt si fieri posset, transiret ab eo hora, dicens: Pater mi si possibile est transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Ecce vox infirmitatis nostræ. Vbi Augustinus. Multi adhuc infirmi contristantur futura morte, sed habeant rectum cor, vitent mortem quantum possunt, dicant cum Domino: Pater si fieri potest transeat à me calix iste. Ecce humanam habes voluntatem expressam. Vide iam rectum cor. Sed non quod ego volo, sed quod tu. Non veni, inquit, facere voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Suam voluntatem dixit quam temporaliter homo factus accepit, voluntatem verò eius qui eum misit, eam signat quam temporaliter habuit æternus cum patre communem.

Mar. 14. R Quo schemate Christus orat patrem.

Mat. 26.

Ioan. 5. Voluntates duæ in Christo.

Quòd autem patrem inuocans (secundum Mar.) duplici nomine dicit abba pater, vtriusq; populi illum & Iudaici, s. & gentilis Deum ac saluatorem

ostem

ostendit. Idem namq; abba quod & pater significat, sed abba Hebræum pater Græcum est & Latinum. Vt ergo vtrumq; populum in eum crediturũ & ab vtroq; inuocandum patrem esse doceat, vtraq; lingua hunc primus ipse inuocat. Flagitat autem auxilium patris vt nos exẽplo illius informati vbi aduersa imminere senserimus, nos patrem Deum, Hebræi abba inuocantes, vna fidei & charitatis deuotione præsidium cœleste quæramus.

Imminẽtibus rebus aduersis inuocãdum esse Deũ.

Et venit ad discipulos suos & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum? Ille qui prius dixerat. Etiam si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunq; scandalizabor, nunc tristitiæ magnitudine somnum vincere non potest. Vigilate, inquit, & orate vt non intretis in tentationem. Impossibile est (inquit Beda) humanam mentem non tentari. Vnde & in oratione Dominica dicimus: Et ne nos inducas in tentationem, quam fere non possimus, non tentationem penitus refutantes, sed vires sustinendi in tentationibus efflagitantes.

Mat. 26.

Mat. 6.

Aliud est tentari, aliud in duci in tentationem.

Non ergo ait, vigilate & orate ne tentemini, sed ne intretis in tentationem, hoc est, ne tentatio vos superet vltima, & intra suos cassos retineat. Verbi gratia. Martyr qui pro confessione Domini sanguinem fudit, tentatus quidem est, sed tentationis retibus non est ligatus. Qui autem negat, in plagas tentationis incurrit. Et adiecit.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Hoc aduersum temerarios dictum est, qui quicquid crediderint, putant se posse consequi. Itaq; quãtum de ardore mentis confidimus, tantum de carnis fragilitate timeamus. Sed tamen iuxta Apostolum, spiritu facta carnis mortificemus. Iterum secundo abijt & orauit eundem sermonem, dicẽs: Pater mi si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum & inuenit eos dormientes, Erant enim oculi eorum grauati. Solus orat pro

Mat. 26.

Colo. 3.

Orat secũdo Dñs.

Mat. 26.

omnia

omnibus, sicut & solus patitur pro vniuersis. Langue scebant autem, & opprimebantur Apostolorū oculi, negatione vicina. Et relictis illis, iterum abijt, & oravit tertio, eundem sermonem dicens. Orat tertio.

CIrca quartum membrum primæ partis (quod est Christi veri atq; summi sacerdotis ad patrem mirādæ pietatis oratio) advertendum est hanc ab Ioāne Euangelista dumtaxat diligenter & speciatim esse descriptam, tametsi cæteris Euangelistis in genere commemoretur. Ait enim de ea Matthæus, q; tertio oraturus abijt. Lucas autem plus dicit. Ait enim: Et factus in agonia, prolixius orabat.

Sed sciendum est (vt ait Rupertus) quia non in illo cœnaculo in quo cœna facta fuerat, hanc oratio-nem fudit. Nam superius Euangelista ipsum inde egredi ētem significauit, videlicet vbi iam exacta magna parte sermonis, quum dixisset. Iam non multa loquar vobiscū & cętera vsq; ibi. & sicut mandatū dedit mihi pater sic facio. Continuò sic intulit. Surgite eamus hinc. Quò tamen tunc abierunt non dicit, sed luce clarius ex alijs accipimus Euangelistis, sic enim concorditer referunt (vt iam præmissum est) Et hymno dicto exierunt in montem Oliuarum. Illic orationem istam fuisse celebratam perspicuum est. Nam postquam illic exijt (inquit Matth.) venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani (vt iam dictum est) & dixit discipulis suis: Sedete hic donec vadam illuc, & orem, & assumpto Petro, & filijs Zebedæi cœpit contristari & mœstus esse. Et subinde. Et progressus, inquit, pusillum procidit in faciem suā, orans, & dicens: Mi pater & cę. Hoc idem & Marcus narrat. Lucas quoque egressum illum refert in montem Oliueti, & auulsum à discipulis suis quantum iactus est lapidis positis genibus orasse, addens hoc quod iam dictum est, quia factus in agonia prolixius

Quo loco Christus orauit.

Ioan. 14.

Iixſus orauit, & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis. Itaq; conſonantibus cunctis hanc orationem ſequentem dixit in monte Olueti, præſentibus Petro & duobus filijs Zebedæi. Nam à cæteris diſcipulis auulſus erat quantũ iactus eſt lapidis. A liſs namq; ſedere iuſſis, donec vadam, inquit, illuc & orem, poſtmodum Petro & filijs Zebedæi quos aſſumpſerat, ſuſtinete ait hic & vigilate mecũ. Et progreſſus non quantum iactus eſt lapidis, ſed puſillum, procidit in faciem ſuam. Vnde non mirum eſt hunc Euangeliſtam filium Zebedæi prolixam eius ſcripſiſſe orationem, quum alij tam breuem ſcripſerint, quia videlicet vadens vt oraret, hunc ſolum ex Euangeliſtis aſſumpſit, & hoc audiente orauit. Audiamus ergo quã coram Domino patre ſuo precem effuderit. Orat itaq; magnus hic ſacerdos cum clamore valido & lachrymis, exaudiendus vtiq; pro ſua reuerentia, orat inquam.

Heb. 9.

T Primum pro ſemetipſo. Secundo pro ſuis diſcipulis iam tunc in ſe credentibus. Tertio pro omnibus in ſe vſq; in finem ſeculi credituris.

Pro ſe igit&c. i. pro ſuæ mortalis naturæ glorificatione qualiter orauerit aduerte. Subleuatis (inquit euãgeliſta) Ieſus oculis in cœlum (quo. ſ. orationis ſuæ dirigebat clamorem validum) dixit: Pater venit hora. ſ. magnæ tribulationis & anguſtiæ, in qua deficiũt ſicut fumus dies mei, iuxta communem conditionem omnium mortaliũ, ſed tu clarifica filium tuum, magna, ſcilicet, reſurrectionis claritate, vt filius tuus clarificet te præclara videlicet diſcipulorum ſuorum prædicatione, vel mortuorum reſurrectione. Sequitur enim.

Chriſtus p ſua precatur humanitate.

Ioan. 17.

Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam. Nomine omnis carnis Iudæi & Gentiles accipiuntur. Non enim Iudæorum Deus tantum, imò & Gentium. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, i. decreuiſti illum ſuper

Rom. 3.

per omnes Gentes esse Regem atq; Saluatorem, ad dandam pœnitentiam & remissionem peccatorum, sic, inquit, attende, datumq; tuum siue propositum cõfirma rerum veritate, in eo videlicet, vt omne quod dedisti ei det eis vitam æternam, duplicem videlicet animarum & corporum resurrectionem. Quasi dicat. Clarifica iam actu, sicut clarificasti potestate, vt faciat deinceps filius tuus illud propter quod homo factus est, id est, vt omnibus quos dedisti ei vitam det æternam.

Proinde suam obedientiam patri offert, dicens: Ego te clarificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam. Clarificatus enim iam erat pater in filij cognitione, apud mentes eorum qui credebant quòd hic talis à Deo exierat, quem & confessi iam fuerant esse Christum filium DEI viui. Mandatum tuum, inquit, ô pater impleui factus homo mortalis, & nunc ad summum obedientiæ. s. ad mortem (in qua nunc agonisor) sponte perueni. Et mox subiungit. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. Quasi dicat. Et quoniam consummaui opus quod dedisti mihi, nunc clarifica me, id est resuscita me. Clarifica, inquam, apud te, constituendo videlicet ad dexteram maiestatis tuæ in excelsis, eadem claritate quam habui priusquam mundus esset, vt nihilominus adoretur ab angelis recens forma serui, sicut adorabatur ab angelis antiqua forma Dei. In quo autem ipse clarificauerit patrem ostendit consequenter dicês: Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Principium enim paternæ clarificationis horum hominum institutio est, per quos nomen patris oportebat innotescere orbi terrarum. Quos dedisti mihi de mundo. Hoc est, quos ad me traxisti, electos de mundo. Quia non caro & sanguis reuelauit eis, sed tu pater mi qui es in cœlis. V Mat. 16.

Secundo pro discipulis suis precatur.

Secundo orat patrem pro suis iam dictis discipulis, dicens: Ego pro eis rogo. Præmiserat. Tui erant, & mihi eos dedisti. Et sermonem tuum seruauerunt, quia relictis omnibus me secuuti sunt, sic enim in lege (quæ nimirum Dei sermo est) scribitur. Qui dixerint patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israël. Itaq; discipulos patri in oratione commendans, allegat quod in eis patri fuerat acceptum. i. fidem, dicens: Nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt, quia verba quæ dedisti mihi dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerũt verè quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Quo patet quod mihi eos dedisti. Nisi enim tu mihi eos dedisses, nunq̃ cognouissent, sicut non cognouit perditus Iudas, cuius ab effectis palàm omnibus est quia non eum tu mihi dedisti, nec tui causa me secuutus est, sed quum non esset tuus, tuis per hypocrisim admixtus fuit, peccator & dolosus. Propterea nunquam hoc illi sapuit quod isti cognouerũt, videlicet quòd omnia quæ dedisti mihi, id est, quæcunq; feci opera, quæcunq; dixi doctrinæ verba, abs te sunt, sed dixit mala in corde suo, cum eis sentiens qui dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum ejcit dæmonia, & non est hic homo à Deo.

Deut. 33.

Iudam nõ cognouisse Christum fuisse filiũ Dei.

Luc. 11.

Præmissa igitur allegatione orationem prosequitur, dicens: Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt. Ergo væ mundo gaudenti, orante & moriente pro suis & in ara crucis se sacrificium offerente Christo filio Dei, quia pro eis quos dedisti mihi, inquit, rogo, non pro mundo. Mundus enim, hic accipiuntur amatores mundi, tam diuersi ab eis pro quibus Christus rogat crucifixus, q̃ diuersi erant apud Deum Ægyptij à filijs Israël. Væ igitur tali mundo quia quod rogat Christus verus Dei agnus

nus nihil illi profuit, quo minus cum rege suo principe tenebrarum diabolo, citius in profundum inferni demergatur, solum illis quos pater filio dedit per crucem & sanguinem euadentibus.

X Quid suis Christus precetur.

Quid autem pro suis roget consequenter aperit, dicens: Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Summam necessariæ postulationis breuiter est eloquutus, dicendo: Vt sint vnum sicut & nos, quod q̄ sit magnum & optabile, à similitudine ipsius & patris colligamus, quia dixit, sicut & nos. Quid autem est vnum esse, nisi semper idem esse & sine permutatione immutabiliter permanere? Sic planè vnum est Deus, pater & filius & spiritus sanctus. Vnde & dicit ad Moysen: Ego sum qui sum. Et vnde rursus per Prophetam dicitur. Cœli peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut operatorium mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Homo autem postquam à paradisi amœnitate deiectus est ob peccatū, vbi modo suo vnum esse poterat, iam vnum non est, qui quasi flos egreditur & conteritur & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Ergo vnum esse desijt, & in hoc Dei (qui semper vnum & idem est) perdidit similitudinem. Dei autem filius qui hæc moriturus nunc loquitur, idcirco nunc moritur vt ad vnum. i. ad æternitatis stabilitatem homo reformetur, vt mortuus in anima, & moriens quoq; in corpore, beata vtriusq; resurrectione repararetur, & nullis deinceps subiaceat casibus, nullis mutationibus perturbetur.

Vnū esse quid sit. Exo. 3. Psal. Homo vt vnum esse desijt Iob. 14.

A seruari qui proprie dicantur.

Et notanda est verbi proprietas dum di. Serua. Seruari nanq; propriè dicuntur, qui capti in bello, quum iure belli possint occidi, victoris miseratione vita donantur. Sic nimirū cum isto mundo Dei inimico iustè damnandi fuimus, sed victoris Dei gratia, dimissi seruamur. Vnde & iuxta rei veritatem serui

sumus, licet per abundantiam gratiæ, filij nominemur
1. Ioan. 3. & simus. Nec tamen ait, vt sint vnum quod nos sumus, æqualitatem Dei nobis poltulans, sed similitudinem sicut, inquiens, & nos. Quod idem beatus Ioannes nobis commendans non ait æquales, sed scimus, inquit, quia quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et adiecit.

Quum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, & modum subdit. Quos dedisti mihi custodiui, & nemo periit ex eis, nisi filius perditiõis. Quod per eius præsentiam seruati & custoditi fuerint, satis ex eo liquet quia mox vt ab eis auferri cœpit, maximus eorum Petrus negauit. Deinceps ô pater serua eos, inquit, in nomine tuo, vt fortes facti & per omnia mundi pericula perseuerantes, ad hoc perueniant quo similiter vt nos vnum sint.

Propter verbũ dei discipuli mundo ex osi.

Rursus autem allegat pro eis apud patrem q̃ propter ipsum mundo sint exosi, dicens: Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut ego non sum de mundo. q. d. Summa discriminis eorum propter quod & pro eis rogo, causa ista est, quia ego dedi eis sermonem tuum .i. hæreditarium post me reliqui eis prædicandæ veritatis officium. Propter hoc mundus eos odio habuit & persequitur, quia non loquuntur ei placentia sicut nec ego, qui propter hoc extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ. Non tamen peto vt iam depositis corporibus liberi, aut
4. Reg. 2. Gene. 5. in modum Heliæ & Enoch translati exeant de hoc mundo, quia non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. Si enim de mundo tollerentur quomodo vel per quos in omnem terram & in fines orbis terræ sermo tuus exiret? Non igitur expedit vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo, id est, peccato. Solum enim peccatum malum, quia

Solum peccatum malum.

creaturæ rationali præter peccatum nihil nocere potest. Quomodo autem eos seruari & in mundo illos

dimitti

dimitti velit, subdit, dicens: Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. q. d. Hoc est quod pro eis rogo, vt in veritate sanctificentur, & in mundum mittantur sicut ego sum missus. i. sicut ego veni persequutionem passurus, sic eant & ipsi persequutionem passuri.

B Sanctificari in veritate.

Quid autem est sanctificari in veritate, nisi verè iustificari per fidem in Christi sanguine? Quod vtique ad differentiam illarum dicitur sanctificationum quæ scriptæ fuerant in lege Moysi, quæ non ipsa veritas sed vmbra erant futuræ veritatis & veræ sanctificationis, qua nunc in Christi sanguine peccata mundi tolluntur. Huius autem sanctificationis causa efficiens est sermo tuus, qui est veritas, qui nimirum sermo verbum est quod caro factum est. In hoc sermone quicunq; baptizantur, in veritate sanctificãtur. Quia igitur in hoc sermone crediderunt, verè sanctificatos nõ rogo vt tollas eos de mũdo, sed sic mitte eos in mundum, sicut tu me misisti in mundum. s. ad sufferentiam passionum perhibendo testimoniũ veritati. Sequitur.

Ioan. 1.

Ego pro eis sanctifico meipsum, vt & ipsi sint sanctificati in veritate. Non aliud dixisse putandus est, q̃ si dixisset ego pro eis sacrifico, vel sacrificiũ offero meipsum. Ipse enim & Pontifex & sacrificiũ est, qui per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Amplius autem & magis propriè rem tetigit, dicendo, sanctifico, quàm si dixisset sacrifico. Quia quum dicit sanctifico sordidum se fuisse innuit. Dicendo quoque pro eis, non suis, sed alienis sordibus se sorduisse planè diffinit. Quod Esaias patenter exprimẽs quum dixisset. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: statim intulit. Et Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Et Zacharias ait: Et IESVS indutus erat vestibus sordidis, & Sathan stabat à dextris eius vt aduersaretur ei.

Christum se pro suis sanctificasse quid est.

Heb. 9.

Christus alienis sordibus peccatis

Esa. 53.

Zac. 3.

Igitur quia secundum se sanctus, imò sanctus sanctorum erat, quippè qui spiritu sancto cooperante conceptus fuerat, & quia in omni vita sua nec peccatum fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: sed secūdum iniquitates omnium nostrum quas Deus in eo posuerat vestibus sordidis indutus erat agnus Dei, rectè dixit: sanctifico meipsum signāter addendo pro eis, vt & ipsi sint sanctificati in veritate, non in vmbra, vel figura, sed in vera peccatorū remissione, vt sanguis meus qui per spiritum sanctum memetipsum offero immaculatum Deo, emundet conscientiam eorum ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti.

1.Pe.2.

Heb.9.

Orat Christus pro tota fidelium ecclesia.

Tertio orat summus & verus sacerdos Christus pro omnibus vsq; in finem sæculi in ipsum creditu ris, dicens. Non pro his autem rogo tantū, sed & pro eis qui crediturí sunt per verbum eorū in me, vt omnes vnum sint sicut tu pater in me & ego in te, vt omnes vnum sint. Sensus est. Non tantum pro istis quos dedisti mihi rogo vel meipsum sanctifico, sed & pro illis omnibus qui per verbum eorum crediturí sunt in me, vt siue Iudæi sint, siue gentiles, omnes vnum sint, & non sit eorum distinctio apud te. Vt sint vnū, nec addidit sicut & nos vnū sumus, quia ad hoc tendit Christus Dominus pax nostra vt faciat vtraque vnū, & duos condat in semetipso, videlicet, vt Iudæorum & gentiliū nulla sit distinctio, sed duos cōdat in semetipso in vnum nouum hominem faciens pacem vt ambos reconciliet in vno corpore Deo, per crucem interficiēs inimicitias in semetipso, vt per ipsum habeamus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Proinde cum dixisset vt omnes vnum sint, mirā continuo similitudinem interposuit dicendo, sicut tu pater in me & ego in te, vt patenter agnoscas quia sicut pater & filius non duo Dij, sed vnus est Deus, ita Gentilis & Iudæus in Christum iam credentes, non duo populi, sed vnus est populus. Vnde & sequitur. Vt dilectio qua me dilexisti, in ipsis sit, & ego in

Ephe.2.

ipsis. Hęc dilectio qua & filius patrem, & filium diligit pater plane & indubitãter spiritus sanctus est. Itaque quũ dicit. Vt dilectio qua me dilexisti in ipsis sit, idem est ac si dicat, vt spiritus sanctus paracletus ad ipsos veniat, eosque omnem edoceat veritatem, qui quũ in ipsis fuerit, ego quoq; habitem in cordibus eorum per fidem, & per hunc dilectionis spiritum.

Spiritus sanctus mutua patris & filij dilectio est.

Hæc pontifex summus, propitiator ipse & propitiatorium, sacerdos & hostia, pro nobis orauit et vultus eius nõ sunt amplius in diuersa mutati. Nõ enim cessantibus verbis, validus cordis sui clamor conquieuit: quum potius verbis illis tantũ significauerit qua intentione vel caussa sustinere protinus habeat vincula, probra, alapas, sputa, flagella, spineam coronã, crucem, fellis & aceti poculum, per omnia tacens & non aperiens os suum. Cur enim dum hæc oraret factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram (vt dictum est) nisi vt ostenderet orationẽ ipsam quam cum eiusmodi sudore fundebat ad patrem causam continere pro qua mox in cruce totũ sanguinem suum erat effusurus? Porrò qualiter affectus hæc orauerit, Lucas patefacit di.

D 1. Reg. 1

Cur prætissa orãs sanguinẽ sudarit Christus

Et factus in agonia prolixius orabat. Quod exponens Beda venerabilis ait. Quid pro se iste quũ agonia peteret, qui in terris positus, cœlestia cum potestate tribuebat? Sed appropinquante morte, nostrę mentis in se certamen expressit qui vim quandam terroris ac formidinis patimur, quum per solutionem carnis æterno iudicio propinquamus. Neque enim tunc cuiuslibet anima immerito terretur, quando post pusillum hoc inuenit, quod in æternum mutare non possit.

Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Super quo idem Beda, Nemo, inquit, sudorem hunc infirmitati deputet, quia & contra naturam est sudare sanguinem. Neque ad hæresim infirmitatis pertinere vllo modo poterit, quod aduer

Sanguine Christi sudor quid portendat.

sus hæresim phantasma mentientem proficit per sudorem sanguinis ad corporis veritatē: sed potius intelligat per irrigatā sacratamq; eius sanguine terram, non sibi qui nouerat, sed nobis aperte declaratum & effectum iam precis suæ obtineret, vt videlicet fidem discipulorū quam terrena adhuc fragilitas arguebat, suo sanguine purgaret, & quicquid illa scandali de eius morte pertulisset, hoc ipse totum moriendo deleret: imò vniuersum late terrarum orbem peccatis mortuum, sua morte innoxia cœlestem resuscitaret ad vitam.

Luc. 22 Apparuit autem illi, (in agonia videlicet sic oranti) angelus de cœlo confortans eum. Alibi legimus, quia Mat. 4. angeli accesserunt & ministrabāt ei. In documentum ergo vtriusq; naturæ, & ei angeli ministrasse, & eum angelus confortasse describitur: quoniam qui Dominus ante sæcula extitit, homo factus est in fine sæculorum. Qui & priusquam per resurrectionis exaltaretur gloriam, diuinitate super angelos fuit, sed tamen ab angelis (vt scriptum est) humanitate minoratus, ex qua & morti subiacuit. At postquam mortem resurgendo calcauit, humanitatem suam etiam maiestatibus archangelorum superposuit. Ne tamen ex hoc quisquam infirmum fuisse Dominum adfirmet, cui opus fuerit angeli confortantis auxilio, meminerit Mat. 26. creatorem angelorum, creaturæ suæ non eguisse præsidio. Quippe qui si vellet duodecim milia legionum de cœlis angelorum deduceret. Tum deinde necessario eo modo eum confortatum quo & tristem esse. Nam si nobis tristis est, id est, propter nos tristis est, necesse est vt & propter nos confortatus sit & nobis.

Exemplo Christi orantis qualiter orandum,

Docet autem nos hac sua oratione Dominus qualiter & ipsi oremus. Siquidem primo à discipulis suis localiter separatus insinuat vt in oratione ab omni re transitoria separati, mēte Deo soli inhæreamus quod vtiq; est spiritualiter introire cubiculum suū, & claso ostio

so ostio orare patrem in abscondito. Secundo, vt orantes nosmetipsos valde (vt par est) humiliemus, quia ipse progressus pusillum, procidit in faciem suã orãs. Quo schemate non orant qui cęteris in oratione procumbentibus, in Dei templo pompatice deambulãt. Tertio docet, vt orantes perseueremus. Ipse enim nõ exauditus à patre, vt perseuerantiam nobis commendaret, orationem ter repetiuit, qui & ipse pernoctans esse solebat in oratione Dei. Quarto vt attenta mente Luc. 6.
oremus, ne & de nobis ipse dicat, Populus hic labijs Mar. 7.
me honorat, cor autem eorum longe est à me. Esa. 26.
Attentionem ipsius in oratione probant lachrymæ, probat clamor, probat & sanguineus sudor in terram vsque à suo sacro corpore decurrens. Creditur enim nunquam sine lachrymis patrem pro nobis interpellasse, Heb. 6.
iuxta quod de ipso per Apostolum dicitur. Cum clamore valido & lachrymis se offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Nos autem orantes nec propriæ orationi nonnunquã intendimus, nec Deo, à quo tamen volumus exaudiri, nosipsos nõ audientes. Quinto docet, vt orantes vota nostra diuinæ beneplacito voluntatis subijciamus, dicens, Verumtamen nõ mea voluntas, sed tua fiat.

Itaq; ad studium orationis exemplo suo nos Dominus inducit. Si enim orat Iudex, multomagis debet orare reus. Si orat medicus, multo magis infirmus. Si orat misericordia, magis orare debet miseria. Si orat charitas, nonne orabit iniquitas? Vt autem nemo sibi sat esse putet quia pro nobis omnibus Christus orauit, etiam ipsos pro quibus orauit sedulo monet orationũ suarum vigilando & orando debere esse participes dicẽs. Sustinete hic et vigilate mecũ. Languescebãt autẽ inter hæc & opprimebantur Apostolorum oculi negatione vicina. Et venit tertio & ait illis, Dormite iam & requiescite, sufficit. venit hora. Ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui me tradet prope est.

Pro nobis ipsis nos orare debere.

Mat. 26.

Mar. 14.

Vbi

Vbi intelligendum est postquam eis dixisset, dormite iam et requiescite, siluisse Dominū aliquantum, vt hoc fieret quod permiserat, & post hoc tandē intulisse. Ecce venit hora de qua prius per Ioan. di. Nemo misit in eum manus quia nondum venerat hora eius; Et intulit, Sufficit, videlicet q̄ iam requieuistis. Surgite, eamus. Postquam tertio orauerat (inquit Beda) & Apostolorum timorem sequente pœnitentia imperrauerat corrigendum, securus de passione sua, pergit ad persecutores, et vltro se interficiendum præbet: dicitq; discipulis suis, Surgite, eamus. Ecce qui me tradet prope est. Non inueniat nos quasi timentes & detrectantes, vltro pergamus ad mortem. Nimirum vt Christi passuri confidentiam videant.

Ioan. 7.

CIrca quintū primæ partis membrum, quod videlicet est impiæ traditionis per proditorem executio. Primo notandus est traditionis locus, de quo Ioannes scribit di. Egressus est Iesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. Exierat iam à cœnaculo in montem Oliueti oraturus (vt dictum est) sed quum iam hora suæ captionis adesset, reuersus est cum illis tribus quos secum assumpserat Apostolis per locum Gethsemani, quo reliqui sedebant, trans torrentem Cedron, reapproximans ciuitati, vt aduersarijs sponte occurreret. Vbi erat, inquit, hortus in quem introiuit ipse & discipuli eius. Et pulchre quidē voluit secundus Adam in horto obediens inueniri, quia primus Adam in horto, id est, paradiso (quod interpretatur hortus) inobediens inuentus, imò à serpente circumuentus est.

Ioan. 18.

Cur in horto cōprehendi voluit.

Sequitur. Sciebat autē & Iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter Iesus cōuenerat illuc cum discipulis suis. Sciebat, inquit, Iudas, rerum cognitione pessime abutens, & malitiosæ scientiæ vasculum, tanto nequior cunctis hominibus, quanto serpens callidior

Iudas et diabolus cōparantur.

dior cunctis animātibus,& ob hoc opportunius homicidæ diabolo satellitium, sicut serpens eidem diabolo ad decipiendum primum hominem competentius extitit diuersoriū. Sicut enim tunc serpente vsus est ad occidendum in anima terrenum hominem, sic nunc isto traditore vtebatur idem Sathanas ad occidendum in corpore hunc cœlestem & nouum hominem,qui idcirco in hortū introiuit, quia voluntarius accedebat ad passionem,idcirco inquam illuc accedebat vbi ab executoribus citius inueniretur. Gene.3.

Sequitur. Iudas ergo quum accepisset cohortem, & à principibus & Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis & facibus & armis. Vbi Rupertus, Cohors trecentis viris impletur. Vnde nō ait, quum accepisset cohortem et ministros à principibus & Pharisæis, sed ait,quum accepisset cohortem, & á principibus & Pharisæis ministros. Cohors quippe & legio siue tribuni,non Iudaicæ turbæ,sed Romanæ militiæ nomina sunt. Quam videlicet cohortem,non á principibus & Pharisæis,sed à Præside Romanæ potestatis Pōtio Pilato Iudas accepit, ministros suos adiungentibus principibus sacerdotum,et Pharisæis,vt si qui ex populo motu illo per noctem excitī, Dominum defendere vellent,tam nomine Romano q̄ vtraque manu armata deterrerentur. G Ioan.18. Iudas cohortem accepit á præside, non á Iudæis.

Ita gladium euaginauerunt peccatores & intenderunt arcum suum. Merito igitur retributum est illis vt gladius eōrum intraret in corda ipsorum,& arcus eorum confringeretur. Intraret inquā gladius in corda ipsorū, ita vt pro vna cohorte Romana quam aduersus Dominū & regem suum armatam conduxerunt, immensum Romanæ fortitudinis aduersus rebellionem suam commouerent exercitum. Et quia cum laternis & facibus & armis exierunt noctu tanquam ad latronem,idcirco lucerna Dei, lucerna legis & prophetarum,qua illustrati fuerant patres eorum, cadat de manibus ipsorum,sicut scriptum est, Obscurentur Lucerna dei Iudęis extincta.

centur oculi eorum ne videant, & sub eisdem armis cum quibus exierunt noctu, semper incuruetur dorsum eorum. Porrò traditionis modum consequenter explicat Euangelista dicens.

H

Cur processit eis obuiam.

Iesus itaq; sciens omnia quæ ventura erant super eum processit & dicit eis, Quem quæritis? Hoc pro laude spontaneæ charitatis & voluntariæ passionis, Euange. posuit, quia quum sciret omnia quæ ventura erant super se, in hortum illum in locum talem quem sciebat Iudas, introiuit, venientibusq; aduersarijs (ne vnum quærentes multos per indiscretum tumultum tenerent) sponte occurrens dixit eis. Quem quæritis? Responderunt ei. Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum & ceciderunt in terram. Quid mirum si ad hanc vocem qua dixit, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram hi qui non sunt? Hoc nempe secundum diuinitatem suam quæ vere est, dixit, ego sum, Quod verbum substantiuũ verissime de seipso protestatur ille solus qui ad Moysen dicit. Ego sum, qui sum. Et quanuis cum laternis et facibus & armis nullatenus essentiam diuinitatis quærerent, oportune tamen respondit Deus è tẽplo corporis sui dicens. Ego sum, videlicet non ad ipsorum intentionem, sed ad suum nomen respiciens. Interrogati enim quid quærerent, respondérunt. Iesum Nazarenum. Sed hoc quid est nisi saluator sanctus? Esse autem saluatorem sanctum, nõ ex natura humana, sed ex virtute diuina pendet. Vnde enim saluator noster est, nisi ex eo q̃ nõ homo tantũ, sed etiam Deus est. Itaq; diuinitatis suæ vocem certa intentione prolatã, mox ab effectu cognouerunt, hanc sustinere non valentes. Mox quippe abeuntes retrorsum, ceciderunt in terrã, ceciderunt inquã cum illo qui stabat cum ipsis diabolo Iuda traditore & malitiæ signifero, qui Sathanam ferens in pectore, signum pacis ore præferebat.

Ego sum, vox diuinitatis est. Exo. j.

Hac

Hac autem de causſa Chriſtus quum agnus eſſet prótinus immolandus, iam ſicut leo modicũ irrugijt, dum dicendo ego ſum, tam leuiter tantam armatam laniſtarum turbam ad terram deiecit, vt videlicet eſſent inexcuſabiles & ne neſcirent quia Ieſus Nazarenus quem quærebant, eſt qui eſt, reuelata eſt illis ira Dei quam expectare habent, quia non timent. Reuelata inquam fortitudo venturi ad iudicium vindicis, quia ſi hoc facere poterat moriturus, multo magis tunc immortaliter regnaturus ſuper eoſdẽ inimicos ſuos confortabitur. Hoc manifeſtum factum eſt in illis & experimento percepta eſt ſempiterna virtus eius, & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles, quia quum hoc modo cognouiſſent dicentem, ego ſum, non ſicut eum qui vere eſt glorificaueruntſed comprehenderunt, ſed ligauerunt, ſed contumelijs affecerunt, & occiderunt. Sed omnium illorum Iudas ſceleratiſſimus, quia ſtetit cum ipſis, imò & cecidit cum illis, & non expauit cor eius, ſed ſecundũ duritiã ſuam & impœnitens cor, theſaurizauit ſibi iram in die irę & reuelationis iuſti iudicij Dei.

Cur eos verbo chriſtus ꝓſtrauit.

Rom. 1.

Iniquitas Iudæ.

Rom. 2.

Itaque vt eſſent inexcuſabiles dixit eis: Ego ſum. Sed forte parum erat ſemel dixiſſe, proinde adhuc interrogandi erãt, & iterum dicendum erat hoc ipſum, ne forte nõ intellexiſſent. Iterum ergo interrogat eos. Quem quæritis? Illi autem dixerunt. Ieſum Nazarenum. Reſpõdit Ieſus. Dixi vobis quia ego ſum. Si ergo me quæritis ſinite hos abire. Iterum, inquit, interrogati procaciter vt ante reſpondetis? Ieſum Nazarenum, quo audito cadentes experti eſtis qui ſum, ergo ſi adhuc me quæritis, & ſic percuſſi non doluiſtis, me quidem comprehendite, ſed ſinite hos abire. Poterat vtique nihilominus efficaciter dicere, ſinite me abire & habitatorem Iudę Sathanam cum ſatellitibus ſuis & armis, ſempiternis vinculis alligare, ſed oportebat vt pateretur, oportebat itidem vt hi quos pater ſibi dederat, ſeruarentur.

I

Chriſtus ſeſe Iudæis permittit.

Quare

Oportebat vt discipuli seruarentur.

Quare autem illi curæ fuerit, vt sinerent hos abire Euangelista subsecutus exposuit. Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quenquam. Hunc sermonem superius in oratione ad patrem dixit, de futuro quasi de præterito loquens. Quos dedisti mihi custodiui, et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt scriptura impleretur. Si enim comprehensi timore mortis negarent, quod vtique fieret (imbecilles quippe adhuc erant sicut in Petro negante manifestum factum est) si inquam negarent, & negantes tamen interficerentur in illo indiscreto tumultu proculdubio perderentur. Quòd si in confessione Christi necarentur etiam sic quodammodo perderentur qui minime ad illud propter quod fuerant electi peruenire sinerentur. Vt quid enim electi fuerant nisi vt testimonium resurrectionis virtute magna per totum mundum redderent, et ita complerent scripturam dicentem. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum? Nam & paulò ante dixerat eis. Non vos me elegistis sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat.

K

Mar. 14. Impiæ traditionis æstus.

Dederat autem traditor eis signum di. Quemcunque osculatus fuero ipse est, tenete eum & ducite caute. s. ne elabatur vt antea quum hunc Iudæi in templo volebant lapidare, quem tamen (si voluisset) non modo nō comprehendere, sed nec videre potuissent. Proinde qui hunc frequenter in templo & in turba conspexerant: iam sponte occurrentem non agnoscebant. Nam interrogati quem quærerent, nequaquam dicunt, te quærimus, sed Iesum Nazarenum, te nescientes qui sis. Potuit enim eos suæ diuinitatis potentia (quod etiam fecisse creditur) apertis oculis videntes, priuare iudicio, quo modo quondam Sodomitas domum Loth nefandæ turpitudinis caussa irrumpere

Ioan. 8

Gene. 19.

contendentes, angeli percusserunt, qua plaga & exercitum regis Syriæ ad comprehendendum Elisæum pro-

prophetam destinatum cæcatum fuisse & ductos in Samariam nescientes quo irent, libri Regum prodit Historia. Vnde etiam Origenes ait, Venit talis traditio ad nos, ꝙ in Christo duæ formæ fuerūt, vna secundum quam notus erat omnibus, alia secundum quam apparuit in Thabor, sicut de manna legitur, ꝙ habebat saporem in diuersis secundum eorum diuersa merita differentem. Hinc etiam B. Hiero. asserit Christū in alia effigie se illis ostendisse quos facto è funiculis flagello negociantes eiecit de templo.

4. Reg. 6
Christum suam speciem interdum mutasse.
Sap. 16.
Hiero.
Ioan. 2.

Quum ergo nec isti Dominum cognoscerent, Iudam ducem suum præuium respiciebāt (is enim Dominum & visu cognoscebat & auditu) signū notum expectantes. Qui quum venisset, statim accedens ad eum ait. Aue Rabbi. Et osculatus est eum. Impudēs certe & scelerata confidentia magistrum eum vocare & osculum ei ingerere præsumens quē tradebat. Suscepit autem Dominus osculum traditoris, non quo simulare nos doceat, sed ne proditorem fugere videatur, simul & illud Dauidicum cōplens. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Dixit autem ei. Iuda osculo filium hominis tradis? Filium, inquit, hominis tradis. quia caro, non diuinitas comprehenditur. Illud tamen plus confutat ingratum, ꝙ eum tradiderit qui quum esset filius Dei, propter nos filius hominis esse dignatus est. Et quasi dicat. Propter te suscepi ingrate quod tradis. Interrogatiue autem pronunciandum esse putamus, quasi amantis affectu corripiat proditorem. Iuda osculo filium hominis tradis? Hoc est. Amoris pignore letale vulnus infligis, & charitatis officio sanguinem fundis, & pacis instrumento mortem irrogas, seruus Dominum, discipulus prodis magistrum? Cui etiam familiaris conuictus consuetudinem commemorans, vt vel sic cor eius emolliretur ad pœnitentiam dicit, Amice ad quid venisti? q.d. Hoccine est amici munus, tradere amicum? Prospiciendum tibi erat ad quid venisti, & quem sit exi-

Mar. 14
Iudas impudens.

Luc. 22.

Familiarē cōuictum Iudæ commemorat.

tum hæc tua proditio fortitura. Nam certe malo tuo huc veniſti.

Videntes autem hi qui circa ipſum erant quod futurum erat, dixerunt ei, Domine ſi percutimus in gladio? Et percuſſit vnus ex illis ſeruum principis ſacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Petrus hoc fecit vt perhibet Ioannes, di. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & percuſſit ſeruum pontificis, & amputauit auriculam eius. Erat autem nomẽ ſeruo Malchus. Fecit hoc Petrus eodem ardore quo cætera fecerat. Sciebat enim quo modo Phinees puniendo ſacrilegos mercedem iuſtitiæ & ſacerdotij perennis acceperit. Ergo Domini reſpõſionem ad interrogata dicentium Domine ſi percutimus in gladio Petrus nõ expectauit. Porrò gladium eiuſmodi educẽs & percutiens necdum bene aduerterat quo vteretur gladio Dominus iſte fortis & potẽs, vel de quo gladio ſupra ſecundum Lucam dixiſſet. ſed nũc qui habet ſacculum tollat ſimiliter & peram, & qui non habet, vendat tunicam ſuam & emat gladium: nondum inquã ipſe vel alij qui reſponderunt ad hęc: Domine ecce gladij duo hic, ſatis cognouerant gladium verbi Dei, vſitatum in lege & prophetis & pſalmis. Quem videlicet gladiũ is qui non habet, vendita tunica emere debet. Quia profecto tempore perſecutionis quanto quiſq; à facultatibus ſæculi magis nudus eſt, tanto ad prædicandũ Dei verbum fortior atq; promptior eſt, ſeq; exuendo rebus mundi, melius accingit gladio fortitudinis. Petrus autem qui carnaliter intellexerat illud quod de comparando gladio Dominus fuerat loquutus ſecundum ſcripturam loquens, & illum commendans gladium de quo in lege ſcriptum eſt, & gladius meus deuorabit carnes, percutere gladio prohibetur dicente Domino.

Luc. 22.

Ioan. 18.

Petrus gladio pcutit.

Num. 25.

Deut. 32.

M Conuerte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater non bibam illum? Quia ergo

Petrus

Petrus importunum & iniussum gladium eduxerat, & percusserat non legittime, conuerte ait dux & magister iusti prælij, gladium tuum, non meum, in vaginam. Porrò eundem Petri sensum quo dudum dixerat idem Petrus, absit à te Domine non fiet (quia passurum se prænunciauerat) eundem inquam sensum nunc in gladio sæuientem increpat dicens. Calicem quem dedit mihi pater non bibam illum? Sanè passionis calicem dedit illi pater, quia videlicet non hominum arbitrio, sed patris præcepto passus est. Dedit hunc illi vt pater, non vt iudex, id est, amore non ira, voluntate, non necessitate, gratia, nõ vindicta. Adiecit etiam inconcesso vtentibus gladio pœnã denuncians prout Matthæus refert dicens.

Gladio ferire Petrus prohibetur.

Mat. 16.

Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Non culpat eos qui non sine causa gladium portant, qui sibi concessum gladium quum oportunum est exercent, sed eos qui à superiore legittimum iustitiæ gladium nõ commissum, ipsi arripuerint, qui nimirum propter hoc gladio feriri merentur. Et subsecutus adiunxit. An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? quasi dicat. Erras Petre, si me putas egere auxilio duodecim Apostolorum quum mihi (si velim) præsto sint, officium exhibiturę duodecim legiones angelorum. Addit autem Lucas dicẽs. Et quum tetigisset auriculam eius (nimirum Dominus Iesus) sanauit eum. Nunquã pietatis suæ Dominus obliuiscitur, qui etiam hostes suos non patitur vulnerari. Illi iusto & innocuo mortem inferunt, ipse persecutorum vulnera sanat. Mystice docens, & ipsos si conuertantur posse sanari, qui in suæ mortis consensione sunt vulnerati. Sequitur.

Oẽs qui acceperint gladiũ gladio peribunt.

N

Cohors ergo & tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum & ligauerunt eum. Ergo

Ioan. 18.

quia non poterat transire calix quem dederat pater nisi obediens filius biberet illum, comprehenderunt, inquit, Iesum, videlicet quo modo tenebrę potuerunt quæ nunquam lucem comprehenderūt. Comprehenderunt inquam & ligauerunt, quia sola hæc erat potestas tenebrarū, vt comprehenderēt ad ligandū, quem comprehendere non merebantur ad intelligendum. Comprehenderunt & ligauerūt. O nimis horrenda temeritas peccatorum.

Iudęi merito reprobati.

Ergo cum lictores isti qui salutem et misericordiā ligauerunt, quū inquam isti fortes phrenetici, qui medicum sic arctauerunt, vlulantes & lugentes mirantur cp hostes sibi locum & gentem tulerint, verbi gratia quum dicunt secundū Esa. Vbi est qui eduxit eos

Esa.63. de mari cū pastoribus gregis sui? Vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui, qui eduxit ad dexteram Moysen in brachio maiestatis suæ? Respondeat illis, vtrumcp maiestatis suæ brachium esse ligatū & idcirco nullum se præbiturum auxilium. Et quia liberatoris sui manus non solum ligauerunt sed etiam clauis confixerunt, quum item plorantes legūt, Ciuitas

Esa.64. sancta tua facta est deserta Sion, deserta facta est Hierusalem, desolata domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostrę, vbi laudauerunt te patres nostri. Numquid super his continebis te Domine? respondeat,

Esa.65. oportere continere se manus suas. Expandi enim, inquit, manus meas ad populum incredulum. Cæterum nobis qui credimus manus illæ sic ligatæ vel expansæ in cruce plus operatæ sunt, quia videlicet fortem armatum hactenus atrium suum custodientem & sua in pace possidentem, alligauerūt, & palam con-

Col.2. figentes atcp triumphaliter traducentes, chirographū peccati deleuerunt.

Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores,

Luc.22. Mar.14. Tanquam ad latronem existis cum gladijs & lignis comprehendere me. Quotidie eram apud vos in tem-

plo

plo docens, & non tenuistis me. Licet principes sacerdotum & magistratus templi & seniores non venerint per semetipsos comprehendere Dominū, sed ministros miserint, in atrio Caiphæ ipsi expectantes, quia tamen eorum consilio cuncta gerebātur Lucas volens eos ostendere reos esse sanguinis Domini dicit principes sacerdotum et magistratus templi & seniores ad comprehendendū saluatorē venisse. Qui enim ministros ad hoc miserant, patet eos iussionis suæ potestate venisse. Ita enim de nece Domini agebant, vt velut ipsi à sanguine ejus viderentur innoxij: quasi dicant, Non tradatur per nos, sed per discipulum suum, non comprehendatur à nobis, sed à tribuno turbisq;, non à nobis pro illo Barabas, sed eligatur à populis. Ad extremum, non à nobis sed à præside damnetur, neq; nostra sed Romanæ militiæ manu cruci adfigatur. Sic conuentus malignantium exacuerunt vt gladium linguas suas, sic intenderunt arcum rem amarā, vt sagittent in occultis immaculatum. Narrauerūt vt absconderent laqueos, dixerunt quis videbit eos? Ait ergo eis Dominus.

Simulatio principum sacerdotū.

Tanquam ad latronem existis. Quasi dicat. Non opus erat eum cum gladijs & fustibus quærere, qui vltro vestris se tradat manibus, & quasi latitantem et oculos vestros fugientē per proditorem inuestigare, qui quotidie palam in templo docuerim. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarū. Hoc est. Sed ideo contra me in tenebris cōgregamini, quia potestas vestra qua contra lucem mundi armamini, in mentis vestræ cæcitate & in tenebris est. Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerūt. Impletur sermo quo dixerat, Omnes vos scandalū patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim, Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis. Vnde & apud Ioannem scriptum est dicente Domino. Venit hora vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis.

Sine causa cum armis Iudæi christum inuaserunt.

Mar. 14. Christus à discipulis relinquitur.

Ioan. 13.

O Mar. 14. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis. Quis fuerit iste adolescens Euangelista non dicit. Quisquis autem fuerit maiorē in se q̄ in cæteris discipulis Domini amorem permansisse comprobat, quia illis iam fugientibus, ipse donec ab hostibus comprehenderetur, vinculo charitatis astrictus, eum prosequi non omisit.

¶ Cæterum sicut Petrus qui negationis culpam pœnitentiæ lachrymis abluit & confessione diuini amoris funditus extirpauit, recuperationem ostendit eorum qui in martyrio labuntur: ita cæteri discipuli qui articulum comprehensionis fugiendo preuenerant, cautelam fugiendi docēt eos qui se minus idoneos ad tolerandā supplicia sentiunt. Quibus multo tutius est præsidia latebrarum petere, q̄ se discrimini certaminum exponere: ita etiam iste adolescens qui reiecta sindone nudus profugit ab impijs, illorum & opus designat & animum, qui vt securiores ab incursibus hostium fiant, quicquid in hoc mundo possidere videntur abrjciunt, ac nudi potius Domino famulari, quàm adhærendo mundi rebus materiam tentandi atq; à Deo reuocandi aduersarijs dare didicerunt.

Adolescēs qui nudus profugit, quid.

Gene. 39. Iuxta exemplum beati Ioseph, qui relicto in manibus adulteræ pallio, foras exiliuit, malentes Deo nudi quàm induti, cupiditatibus mundi quasi meretrici seruire.

¶

CIrca secundam partem enarrationis dominicæ passionis in qua dicendum est qualiter Christus Dominus comprehensus atq; ligatus traditus est Iudaicæ gentis primoribus & pontificibus, quatuor occurrunt consideranda. Primum est comprehensi atq; ligati Domini ad Judæorum pontifices deductio. Secundum est Apostoli Petri trina negatio. Tertium est aduersus Dominum, calumniæ varia fabricatio. Quartum est à sum-

mo

mo sacerdote criminis blasphemiæ Domino impositio.

Circa primum B. Ioan. di. Et adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consiliū dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo. De hoc pseudopontifice testatur Iosephus quia pontificatum sibi absq; merito dignitatis emerit à principe Romano. Non ergo mirum si ab iniquo pontifice, iniquæ condemnationis iudicium procedat. Oportebat autem vt gauderent inimici veritatis, & gaudium communicarēt inuicem de victoria huius diu desideratæ captionis, quia dixerat discipulis suis, Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Hinc captum Dominum atq; ligatum opprobrium suum circumferre fecerūt ad Annam primū, deinde ad Caipham, deinde ad Pilatum & ita quidem fecerunt quasi honore inuicem præuenientes, re vera autem sacrilegiū suum manifesto & communi consensu corroborantes, ne videlicet apud Romanas leges (si quid hinc forsan in posterum accusationis oriretur) vnus si solus videretur sceleris autor, criminationem sustineret.

A Ioan. 18

Ioan. 16. Circūdu citur Dñs in opprobrium.

Causam cur eum ad Annam duxerunt primum Euang. protulit dicens. Erat autem socer Caiphę qui erat pontifex anni illius. Amplius autē addendo, Erat autem Caiphas qui consiliū dederat Iudæis quia expedit vnum hominē mori pro populo, voluntate ipsius Caiphæ indicat actum vt duceretur ad Annam primum, ne videlicet apud homines totam inuidiam sustineret, si ipse qui primus consiliū dederat, primus etiam condemnaret.

CIrca secundum membrum huius secundę partis videlicet Apostoli Petri trinam negationē, prosequitur Ioā. dicēs. Sequebatur autē Iesum Simō Petrus, & alius discipulus.

Ioan. 18.

Discipulus autem ille erat notus pontifici, et introiuit in atrium pontificis, Petrus autem stabat ad ostium. Sequebatur quidem Petrus, sed à longe, vt alij Euangelistæ testantur. A longe inquam sequebatur nõ tantum pedum incessu, quantum pauidæ mentis habitu, quia iuxta veritatem eius qui dixerat, quo ego vado non potes me modo sequi, euntem ad passionem magistrum & Dominum, nondum valebat imitari. Verumtamen quomodocunque sequebatur vt videret finem, timidus quidem sed piam pro Domino gerens solicitudinem. In quo maxima nobis est admiratione venerandus, quia Dñm non reliquit etiam quũ timoret. Quod enim timet naturæ est, quod sequitur deuotionis, ꝙ negat obreptionis, ꝙ pœnitet, fidei. In Petro nihilominus euntem ad passionẽ Dominũ à longe sequente ecclesia significabatur, quæ Dñi passionẽ erat imitatura sed longe differenter. Ecclesia enim pro se patitur, at ille pro ecclesia.

Sequebatur Petrus à longe

Petrus hic cõmendatur.

Porrò alter discipulus qui Dominum sequebatur creditur fuisse Ioannes de quo non dubitauerunt quidam asserere, ꝙ fuisset nobilis. Vnde & notus erat pontifici, modꝙ tamen nescimus suæ nobilitatis, sed hoc vnum ex Euangelio certum tenemus ꝙ fuerit filius Zebedæi: nec de curia, sed de piscatoria cũ fratre suo Iacobo vocatus, & relictis retibus & patre Dñm secutus sit. Quacunqꝫ tamẽ ex caussa notus fuerit pontifici, sequentia videamus.

Discipulus notus pontifici.

Mat. 4.

B

Sequitur. Exiuit ergo discipulus ille qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Meminisse libet hoc loco miraculi longe superioris quo discipulis in mari laborãtibus (erat enim ventus contrarius & nauicula in medio mari iactabatur fluctibus) venit Dñs quarta vigilia noctis ambulãs super aquas & Petrus ad vocem eius vltro se offerens, ambulansꝫ & ipse supra mare vt veniret ad Iesum, veniente vento valido timuit, & pene submersus manu Domini retentus est. Hic enim vere super aquas Domi-

Ioan. 13. Mat. 14.

Petrus vt sibi figura fuit.

Dominus licet in magna tempestate, super aquas, in quam, vere ambulabat, discipulis in mari laborantibus, quia scandalum patientibus Apostolis & fuga dispersis, ipse pro arbitrio suo tribulationem patiebatur imperturbatus. Hoc est, carne quidem infirma, sed prompto spiritu, mox victor quoq; mortis futurus. Ambulabat & Petrus super aquas vt veniret ad Iesum, quia pristinæ dilectionis memor qua dixerat: Animam meam pro te ponam adhuc per modicæ fidei audaciam sequebatur longè post Iesum. Sed vidit ventum validum venientem, & timuit, timendo negauit, negando quodammodo iam mergebatur. Nisi quia conuersus Dominus (ait Lucas) respexit Petrũ, & eodem respectu quasi manu apprehendens, amarè flentem restituit in gradum pristinum. Sed vnde venientem vidit ventum validum. Ioan.13.

Sequitur. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, non sum. Non noui illum. Oblitus suæ sponsionis & fidei, hominem se nosse negat, quem fuerat confessus Deũ. Rursus autem quũ vidisset eum ancilla cœpit dicere circunstantibus, quia hic ex illis est. Non autem hæc eadem quæ prius accusabat ancilla esse credenda est. Dicit enim Matthæus apertissimè. Exeunte autem illo tanuam (quia illic diutius manere non sibi tutum arbitrabatur) vidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi. Et hic erat cũ Iesu Nazaræno. Et iterũ negauit cum iuramento, quia non noui hominem. Iam secundo negauit, sed nondum tota completa est veritas medici, qui ægritudinem infirmi bene cognoscens dixerat, quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Porrò cribrator Apostolorum Sathanas ita sibi prouidit vt tentationis artificium inciperet à fœmina, qui sexus in paradiso prothoplasto deceptionis extitit ianua. Ioan.18. Negatio prima. Mar.14. Negatio secunda Per fœminam sathanas Petrũ aggreditur

Et interuallo facto quasi horæ vnius (vt dicit Lucas) tertio negauit, Accenso enim igne in medio atrio C

Ioan.18. (quia frigus erat) ſtabant ſerui & miniſtri ad prunas & calefaciebant ſe. Erat autem cū eis & Petrus ſtans & calefaciens ſe, frigeſcens negator Petrus, frigidorum homicidarū & inimicorum Chriſti foco fouebatur. Vbi Rupertus. Tali, inquit, Petro comparandos arbitramur eiuſdem Petri vicarios Sacerdotes vel Pontifices ſummos, quoties peccatorū diuitijs affidentes, auidè delectantur, gladio verbi Dei recondito, illud obliti quod ait Pſalmiſta. Melius eſt modicū iuſto ſuper diuitias peccatorū multas. Putant enim ſe quaſi Petrū, qualis fuit in auditorio Neronis, fortes clauicularios cœli, ſuoq; arbitrio regnum cœlorum claudi vel aperiri, quum tamen munera libenter accipientes, & propter illa veritatem reticētes, tali Petro potius ſimiles ſunt, qualis apud iſtas reſidens prunas vitam perdidit, quia vitæ authorem negauit.

Quales pō tifices comparātur Petro ad prunas ſtanti.

Negatio tertia. Ioan.18. Itaq; Petro ſtanti ad prunas, dicit vnus ex ſeruis Pontificis, cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculam. Nonne ego te vidi in horto cum illo? conuincens nimirū Chriſti diſcipulum eſſe ex loco, & ſecundum Marcū ex gente, dicens: Nam & Galilæus es, ſubaudiendum eſt ſicut ille, deniq; etiam ex loquela, ſecundum quod Matth. di. Nam & loquela tua manifeſtum te facit. Ille autem cœpit anathematizare, hoc eſt, ſibi ipſi malum imprecando iurare, quia neſcio hominem iſtum quem dicitis. Et ſtatim gallus cantauit. Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum. Et recordatus eſt Petrus verbi Domini ſicut dixerat: Quia priuſquam gallus cantet ter me negabis. Et egreſſus foras Petrus fleuet amarè.

Mar.14. Luc.22.

Igitur qui omnes fluctus tribulationis pro Domino ſe poſſe pati præſumpſerat, dicens: Etiam etſi me oporteat cōmoriti tibi, non te negabo. ad primum ventum timuit, quia merſus eſt, quia tertio negauit, ſed extendit Dominus gratiæ manum & apprehendit eum, conuerſus & miſerantibus ſuæ diuinitatis oculis reſpiciens in eum, delicti ſui cognitionem parit̄ &

Mar.14. Cōuerſus dñs qualiter reſpexit Petrum.

&ama

& amarissimum compuncti cordis dolorem & pœnitudinem illi infudit. Non solum enim quum agitur pœnitentia, verum etiam vt agatur, Dei misericordia necessaria est. Respicére nanq; eius, misereri est. Non ergo prodest iam lapso peccatori prædicatoris clamor, quasi galli cantus vt respiscat, nisi etiam adsit respectus misericordiæ Dei.

Quàm sint nociua cõsortia malorum. Mat. 16.

Hic etiam patet q̃ sint nociua colloquia & contubernia perfidorũ, quandoquidem & ipse Petrus qui inter cõdiscipulos consistens primus omnium Christum Dei viui filium confessus est, inter perfidos hũc se noisse negauit. Exiuit ergo à cõuentu malignantiũ, ne denuò fortassè negaret. Sed nec inter impios retentus poterat agere pœnitentiam, ergo foras egreditur, quatenus ab impiorum concilio seiunctus, pauidæ negationis sordes liberis fletibus abluat.

Petri negãtis peccatũ gradati aggrauatum.

Apoc. vlt.

Sed nec illud prætereundum est, quoniam Petrus primo negauit Dominũ simpliciter, deinde negauit cum iuramento, postremo verò cum execratione sui, quod vtiq; iuramenti grauissimũ genus est. Quo patenter insinuatur quoniam (vt. b. Greg. ait) peccatum quod per pœnitentiam deletum non fuerit, mox suo pondere ad aliud trahit, vt qui in sordibus est sordescat adhuc. i. qui in peccatũ lapsus est, si nõ mox resipiscat, impellente diabolo confestim offendat grauius.

Nullus sibi nimis fidat. 1. Cor. 10. Rom. 11.

Nullus proinde viribus proprijs fidens grandia de se promittat, nemo quasi perfectus sit hinc sibi placeat, sed potius qui se existimat stare, videat ne cadat. Itaq; noli (inquit Apostolus) altum sapere, sed time. Nam qui fieri posset vt è tanto discrimine securus euadat agnus, vbi sic aries gregis Petrus periclitatus est? Nullus ergo amet periculum (perfidorum & corruptorum hominum, & hæreticorum loquor societatem) ne pereat in illo. Vnde & oportunè Poëtæ verbis monemur qui ait:

Parcite oues nimium procedere, non bene ripæ
Creditur, ipse aries etiam sua vellera siccat.

Circa

D Circa tertium secundæ partis membrum (quod est aduersus Dominum quæsita vndiq; calumniæ fabricatio) Ioannes sic prosequitur. Pontifex verò. i. Annas (qui idcirco Pontifex vocatur quia superioris anni pontificatum pecunia redemptum sibi vsurpauerat) interrogauit Iesum de doctrina sua, & de discipulis suis, qui videlicet essent discipuli sui, & quæ esset doctrina sua. Interrogantis autem hæc erat intẽtio, vt si palàm omni cõsilio firmaret quod docuerat. f. se esse filium Dei, mox ex consulto consequeretur iudicatio, quia blasphemauit, reus est mortis.

Ioan.18. Annas cur pontifex vocetur.

Interrogãtis intentio fraudulẽta

Ioan.18. Respondit ei Iesus. Ego palàm loquutus sum mundo. Ego semper docui in synagogis & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt. Et in occulto loquutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid loquutus sum ipsis. Ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Ac si diceret: Ego (cuius causa tota nunc â te in doctrina constituitur) palàm loquutus sum mundo, & in occulto loquutus sum nihil, subauditur eorum de quibus nunc interrogas. Quid me interrogas? Nam si dixero vobis non credetis mihi. Proinde quia lege vel more iudicij non conceditur cuiquã vt in legitimo iudicio sibimet sit testis, interroga eos qui audierunt. Ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Miserant enim iampridem Pontifices & Pharisæi ministros vt apprehenderent Iesum in templo docentem, qui quum vacui redeuntes interrogarentur quare non adduxissent eum, responderunt (vtiq; verborum ipsius virtute compuncti) nunquã sic loquutus est homo. Itaq; securè iudicandum committit auditoribus, qualis fuerit sua doctrina. Ecce, inquiens, hi sciunt quæ dixerim ego. Sequitur.

Ioan.7.

E Hæc quum dixisset vnus assistens ministrorũ dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes Pontifici? Iste fortis percussor & mollis adulator fortium illorum

Ioan.18. Iesus alapa cæditur.

se vnum

se vnum esse ostentauit de quibus Christi spiritus per Prophetam in persona ipsius conquerens, dicit: Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes. Neq; iniquitas mea neq; peccatū meum. Qui enim sunt isti nisi falso fortes, & veraciter languidi atq; imbecilles, qui sic irruerūt in Dei fortitudinem mortuos suscitantem, sicut irruit phreneticus in medicum curare volentem? Quorum malè fortium hic vnus erat insanus, & cerebrosus, qui tam proteruè irruit in hominem sanitatis & veritatis verba loquētem, pro domino suo Pontifice, vt suum illi studium cōmendaret, non fortiter, sed stultè zelatus. Poterat quidem brachium Domini repercutere percutiētem, nec eum solum, sed etiam parietem illum dealbatum statim subuertere, Pontificem falso appellatum, sed accepit iniuriam, seruauit patientiam, reddidit doctrinam. Nam sequitur. Psal.

Respondit ei Iesus. Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo. Si autem bene quid me cædis? Suauiter & rationabiliter dictum. Quid, inquit, me cædis bene loquentem, quem (etiam si malè loquutus fuissem) nullam nisi iussus cædendi haberes potestatem. Imò nec præceptū siue potestatem accipere æquum esset, nisi dicta prius causa, & à censoribus librata sententia. Ioan.18.

Et viri qui tenebant Iesum illudebant ei cædentes, & velauerunt eum, & percutiebant faciem eius. Porrò faciem suā non auertit ab increpantibus & cōspuentibus in se. O nimiam insaniam, illam faciem conspuere, cædere, & velare, quā patres eorū & Prophetæ ardentissimis desyderijs videre cupierunt, faciem, inquam, speciosi forma præ filijs hominum, in quam desyderant etiam angeli prospicere. Verè non est species ei neq; decor (inquit Esaias) Et vidimus eum & non erat aspectus, & desyderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus Luc.22. Esa.50. Christi facies velatur & cęditur. 1.Pe.1 Esa.53.

tus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum percussum à Deo & humiliatum. Velabant impiissimi oculos eius, ne fortè ipsius aspectu mansuetissimo (qui poterat etiam atrocissimas ad pietatem mentes commouere) ad vllam emollirentur miserationem. Velantes autem eum id efficere non valuerunt quo minus eorum scelera videret, sed illud potius effecerunt in malum suum, vt videlicet Domini faciem ipsi à se absconderint. Velare non potuerunt oculos Domini qui multò lucidiores sunt super solem, contemplantes omnes vias filiorum hominum, corda intuentes in abscondito, sed propria corda velamento cæcitatis operuerunt, quod vsq; hodie manet super cor eorum non reuelatum.

F

Cur oculos domini velauerit.

Ecc.23.

Et vt nihil ludibrio deesset, cæsum Dominum, consputum, & velatum, quasi falsum Prophetam irridentes ludibrio crudeli scifcitantur, dicentes: Prophetiza, quis est qui te percussit? Qui Prophetas Domini prius ad se missos fuerant persequuti, nunc blasphemant & irrident Dominum Prophetarum. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et hæc quidem dicebant & faciebant in contumeliam eius quasi qui se à populis Prophetam voluerit haberi. Sed ipso dispensante qui patitur, omnia pro nobis fiunt, vt (sicut beatus Petrus hortatur) Christo passo in carne, nos eadem cogitatione armemur. Porrò hæretici vel Iudæi qui vsq; hodie Iesum Deum negant, & mali catholici qui eum reprobis actibus exacerbantes non videri ab illo suas cogitationes & opera tenebrarum autumant, & ipsi quod in eis est quasi ei illudentes aiunt, Prophetiza, quis est qui te percussit?

Luc.22. Crudele iudæorum ludibrium in Christū

1.Pe.4 Qui iam Christo illudant.

Circa

CIrca quartum secundæ partis membrum (quod est, à summo Sacerdote criminis blasphemiæ Domino impositio) aduertendum quòd post hæc manè antè solis ortum filius tenebrarum Annas, Dominum tot & tantis affectum contumelijs, ludibrijs vexatum, inhonoratum sputis, saturatum opprobrijs, vinctum misit ad Cayphan (qui vt dictum est) erat Pontifex anni illius, non vt ille Domini causam iudicio iusto librare, sed (vti ad dolos instructus erat) grauioribus calumnijs oppressum, damnaret. Vnde Lucas prosequitur di.

G

Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis & Principes Sacerdotum & Scribæ, & vniuersum concilium, vt habet Mar. & duxerunt illum in concilium suũ, dicẽtes: Si tu es Christus, dic nobis. Non veritatem desyderabant, sed calumniam præparabant. Siquidem Christum hominem tantũmodo de stirpe Dauid venturum sperantes (prout ei interroganti alias ipsi responderant) hoc pro magno ab eo quærebant vt si diceret: Ego sum Christus (secũdum quod illi sapiebant) de semine Dauid, calumniarẽtur quod sibi arrogaret regiã potestatem. Et ait illis: Si vobis dixero non credetis mihi, si autem & interrogauero nõ respondebitis mihi, neq; dimittetis. Sepe illis dixerat quis ipse esset, videlicet quãdo aiebat. Ego & pater vnum sumus. Et iterum, opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimoniũ perhibent de me, sed vos non creditis. Interrogauerat quoq; quomodo dicerent Christum filium esse Dauid quum ipse Dauid in spiritu Dominum suum illum vocauerit, vt tali nimirum interrogatione prouocati, discerent eum non solum hominem verum, quia filium Dauid, sed etiam verũ Deum, quia Dominũ Dauid. Verum illi neq; dicenti credere, neq; interroganti respondere, neq; eum qui innoxius adprobatus est, immunem dimittere volebant.

Interrogatio Iudæorum insidiosa. Mat. 22.

Ioan. 18.

Christus quomodo se Deum probauit.

Sequi-

H Sequitur enim. Princeps autem Sacerdotũ & om-
Mat.26. ne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum vt eum morti traderent, & non inuenerunt quum multi falsi testes accessissent, quia conuenientia testimonia non erant. Conuenientia, inquit, eorũ furori, vt videri possent eũ iustè ad mortem condemnare.

In Euangelio Nicodemi legimus plærosq; illorum qui ferre testimonium contra Iesum fuerãt cuocat, vel inuitos, pro ipso dixisse testimonium, vidisse quippè se hunc miracula facientem, audisse se illum prædicantem verba veritatis, ita gubernante spiritu sancto linguas eorum, vt contra id quod intenderant,
Nu.24. loquerentur. Quod & ipsi Balaam in Num. legimus accidisse, qui quum ad maledicendum venisset, compellente Deo, vel inuitus populo Dei benedixit. Horum itaq; testimonia conuenientia non erant.

Nouissimi cõtra Christum falsi testes.

Ergo nouissimè accedunt duo falsi testes, dicentes: Quoniam nos audiuimus eũ dicentem: Ego dissoluã templum hoc manu factum, & post triduum aliud non manu factum ædificabo. Per hoc nimirum asserere volentes ipsum blasphemiam in Deum fuisse lo-
Mat.26. quutum qui diuinam potentiam sibi arrogasset, sed vt (Marcus inquit) non erat conueniens illorum testimonium, nam falsi testes erãt, qui & sensum & verba Christi mutassent. Dixerat enim Dominus tumul
Ioan.2. tuosè sciscitantibus (quum expulisset negociantes è templo) in qua potestate hæc faceret, diuinitatis suæ potentia (qua & semetipsum suscitaturus erat tertia die à mortuis) se hoc fecisse insinuãs, soluite templum hoc & in triduo suscitabo illud. Quod nimirum dixerat de templo corporis sui. Non solum autem in sensu, sed in ipsis quoq; verbis calumniãtur, & nõ modo suis verbis ad Domini verba falsè additis, sed & ipsius Domini verbis mutatis, calumniã struunt saluatori. Ipse enim dixerat. Soluite templum hoc. Isti cõmutant & aiunt. Ego dissoluam templum hoc manu factum. Vos, inquit, soluite non ego. Quia illicitum

est vt

est vt ipsi nobis inferamus mortem. Deinde illi verunt. Et post triduum aliud non manu factum ædificabo, vt propriè de templo Iudaico dixisse videatur. Dominus autem vt ostenderet templum de quo loquebatur esse animal viuũ, & spirans, dixerat, & ego in triduo suscitabo illud.

Aliud autem est ædificare, aliud suscitare.

Summus ergo Sacerdos exurgens in medium interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quicquã ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his? Ille autem tacebat & nihil respondit. Vbi Iesus tacebat, non vt reus, aut dolosus, sed vt ouis silebat, quæ sine voce coram tondente se obmutit. Vbi verò respondebat, docebat vt pastor. Ergo Pontifex ira præceps & impatiens non inueniẽs (prout quærebat) calumniæ locum, animi furore è solio excutitur vt insaniam mentis motu corporis demonstraret. Et quãto Iesus tacebat ad indignos responsione falsos testes tanto magis Pontifex furore superatus eum ad respondendum prouocat, vt ex qualibet occasione sermonis locũ inueniat accusandi. Nihilominus Iesus tacebat. Sciebat enim quicquid respondisset torquendum ad calumniam. I Cristo filẽ te furor summi sacerdotis. Mat. 14.

At princeps Sacerdotum (quasi vim facturus vt loqueretur) ait illi: Adiuro te per Deum viuum vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. Iesus autem dixit ei: Tu dixisti. Pro quo Marcus posuit. Ego sum, vt videlicet ostenderet tantum valere quod ei dicit Iesus, Tu dixisti, quantum si diceret. Ego sum. Et diuinitatis suæ signum adijciens, subiecit. Et videbitis filium hominis sedentem â dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cœli. Vbi Beda. Si ergo tibi in Christo, ô Iudæe, Pagane, hæretice, contemptus infirmitas, & crux contumelia est, vide quia per hæc filius Dei ad dexteram patris sessurus, & ex partu virginis homo natus, in sua cum cœli nubibus est maiestate venturus. Vnde & Apostolus quum crucis abiecta descripsisset dicens, & humiliauit semetipsum factus Mat. 26. Christus se dei filiũ confitetur. Mar. 14. Phil. 2.

factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis, adiunxit & ait: Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Sed vt verum esse probetur quod saluator interrogatus de se dixerat, si dixero vobis non credetis mihi. Marcus subsequutus adiungit.

Pseudopontifex vestem scindit. Act. 19.

Summus autem Sacerdos scindens vestimenta sua, ait: Quid adhuc desyderamus testes? Audistis blasphemiam. Iudaicæ consuetudinis est quum aliquid blasphemiæ & quasi contra DEVM audierint scindere vestimenta sua. Quod Paulum quoque & Barnabam quando in Licaonia Deorum cultu honorabantur fecisse Lucas commemorat. Herodes autem quia non dedit honorem DEO acclamante ei turba voces DEI & non hominis, sed acquieuit immoderato fauori populi, statim ab angelo percussus est. Act. 12. Ostendit nihilominus vestimenta scindendo Pontifex Iudæos iam sacerdotalem gloriam perdidisse, & vacuam sedem habere Pontificis.

Scissio vestimẽti pontificis Iudeorum quid.

Sed & altiore mysterio factum est vt in passione Domini Pontifex Iudæorum sua ipse vestimenta disciderit, quum tunica Domini nec ab ipsis qui eum crucifixere militibus scindi potuerit. Figuratur enim, quòd Sacerdotium Iudæorum pro sceleribus ipsorum Pontificum esset scindendum, & à suæ statu integritatis omnino dissoluendum. Soliditas verò sanctæ vniuersalis Ecclesiæ (quæ vestis sui redemptoris in scripturis solet appellari) nunquam valeat disrumpi. Quin potius & si Iudæi, si Centiles, si hæretici, si mali catholici, humilitatem Domini Saluatoris contemnant, eius tamen vsq; ad consummationem sæculi in illis quos sors electionis inuenerit inuiolata sit permansura fidei integritas.

Ecclesiæ Christi stabilitas inconcussa.

Isaq;

Itaq; Pontifex scissa veste quasi ob auditam ex Saluatoris ore blasphemiam cæteros qui erãt in concilio malignantium interrogat, dicens: Quid vobis videtur? Vobis, inquit, qui nunc audistis blasphemiam. At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis. Iniqui iudices semetipsos morte dignos condemnant, qui Deum quem (si voluissent) cognoscere poterant, ipsi blasphemant. Tunc iterum (vt Matthæus infert) expuerunt in faciem eius, & collaphis eum cæciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederũt, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Sed qui tunc cæsus est collaphis & alapis Iudæorũ, cæditur etiam nunc blasphemijs falso Christianorum. Qui tunc consputus est saliuis infidelium, vsq; nunc væsanis nominetenus fidelium exhonoratur atq; irritatur opprobrijs.

Christus à Iudæis ad mortẽ condemnatur.

Circa tertiam partem narrationis Dominicæ passionis in qua dicendum est quemadmodum Dominus à Iudæorum principibus traditus est ad mortem Gentibus, quatuor occurrunt consyderanda. Primum est impijssimi proditoris funesta perditio. Secundum est calumniosa Iudæorum aduersus Christum antè præsidem criminatio. Tertium est varia in Dominum & indigna illusio. Quartum est latrone seruato vociferatione insana, mortis Christi petitio.

Circa primum quo ordine beatus Ioannes dominicæ passionis seriem prosequatur attende. Adducunt ergo, inquit, Iesum à Caipha in prætorium. Erat autem manè. Porrò quo schemate Saluatorem duxerunt, Marcus patefacit, dicẽs: Et confestim consilium facientes manè summi Sacerdotes, cum senioribus & Scribis, & vniuerso cõcilio, vinctentes Iesum duxerunt, & tradiderũt Pilato. Habebant enim hunc morem, vt quem adiudicassent morti, ligatum iudici traderent. Attamen non tunc primum ligauerũt eum, sed

A Ioan. 18.

sed' mox comprehensum nocte in horto (vt Ioannes retulit) ligauerunt, & sic vinctum seruauerunt Pilato tradendum. Hoc loco Matthæus inserit interitum Iudæ proditoris di.

Iudæ proditoris interitus.

Tunc videns Iudas qui eum tradidit ꝙ damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum & senioribus, dicens: Peccaui tradens sanguinem iustum. Et sceleris sui memor magis q̄ Christi clementiæ, sibi ipsi factus est carnifex. Quum enim reiectis in templo argenteis inde recessisset, abiens laqueo se suspendit. Si pœnitentiam apud Dominum egisset quam apud Iudæos egit, potuisset à misericordia non excludi. Sed à Domino se se per desperationem amplius elongans q̄ fecerat per traditionem, ad eos ire maluit à quibus deridendus erat, non miserandus. Hinc sceleratam vitam suam perosus, proprio scelere suspensus crepuit medius, repulsus à cœlo & terra.

Modus & locus interitus Iudæ meritis cõgruunt.

Medius autem crepuit, quia non decebat, vt per illud os quo venerandam Domini faciem fuerat osculatus, anima ferox & impia egrederetur. Crepuit ergo & diffusa sunt omnia viscera eius, vt qui se Dei gratia fecerat inanem, diabolum autem intromiserat tali hospite rumperetur. Dignam proinde pœnam sibi traditor amẽs inuenit, vt videlicet guttur quo vox proditionis exierat laquei nodus necaret. Dignum etiam locum interitus quæsiuit, vt qui hominum angelorum'q; Dominum morti tradiderat, cœlo terræq; perosus (vt dictum est) quasi aëreis tantummodo spiritibus sociandus, iuxta exemplum Acithophel & Absolon, qui Regem Dauid persequuti sunt, aëris medio periret.

2. Reg. 17 & 18. Acithophel, et absalon suspẽdio periti

Cui etiam satis digno exitu mors ipsa successit, vt viscera quæ dolum proditionis conceperant, rupta caderent, & vacuas euoluerentur in auras. Cuius simillima pœnæ mors Arrium hæresiarcham damnasse refertur, vt quia ille humanitatem Christi iste diui-

nitatem

nicatem extinguere moliebatur, ambo sicut sensu inanes, ita quoq; ventre visceribus effusis vacuo perirēt. Arrij et Iudæ cur similis interitus.

Cæterum quod hinc ad nostram spectat eruditionem aduertamus Iudam & de cōmisso scelere pœnituisse, fuisse crimen confessum, imò insuper & restituisse iniquum sanguinis innocui precium, & tamen post hæc omnia perqsse, quia desperauit. Diabolus enim (cuius imperio se permiserat) peracto à prodidore scelere, spem ab eo longè fecit, prout sui moris est, videlicet in fine mortalis vitæ hanc prorsus abscōdere à mentibus impiorum. B Diaboli fallacia pctōribus decipiendis.

Prosequitur autem Matthæus, dicēs. Principes autem Sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam, quia pretium sanguinis est. Concilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach (hoc est ager sanguinis) vsq; in hodiernum diem. Hæc decernente Deo Sacerdotes de pecunia fecerunt, quo pariter & Iudæ proditoris & ipsorum impietas innotesceret amplius apud omnes. Nec significatione carere putandum est, q̄ de pretio venditionis Domini Saluatoris comparatus est ager in sepulturam peregrinorum, quia futurum erat & iam tunc agebatur, vt sanguine Christi vniuersis Dei electis, qui in hoc mundo aduenæ sunt & peregrini, æterna in cœlo requies pararetur. Ager emptus in sepultura quid.

Sed ad teterrimum perempti atq; perditi proditoris spectaculum paulisper redeuntes intelligamus fallentis hunc diaboli technam. A principio nempè concepti sceleris impediuit ne malum suum videret. Consummatum verò iam scelus ostendente diabolo vidit, & ob ipsius enormitatem eodem suggestore desperauit de venia. O miser, quid tibi profuit auaritia? Argenteos vnde accepti fuerant, templo, animam tuam diabolo, corpus laqueo reddidisti, omnia perdidisti, res, corpus, & animam. Nihilominus tamen adhuc te sequuntur (seductore Sathana) simoniaci Iudam qui sequuntur.

niaci vſurarij, proditores, fraudulenti, & omnes auari cœlum pariter & terram, & ſemetipſos tandem amiſſuri.

Sacerdotũ cæcitas, & ſuperſtitio

Sed inter hæc admirare eſt duritiam Sacerdotum impiorum, qui nec propter Iudæ pœnitentis confeſſionem, nec propter ſacrilegæ pecuniæ reſuſionem, nec propter traditoris ſuſpenſionem, ad ſui ſceleris agnitionem potuere perduci. Nec minus miranda atq; irridenda eſt eorum ſuperſtitio, qui funeſtam pecuniã mittere noluerunt in gazophilacium, quia pretium ſanguinis eſt, qui tamen interim ipſum ſanguinem innoxium effundere non formidabant.

Chriſti ꝓ Iudęos antè præſidẽ criminatio

CIrca ſecundum tertiæ partis membrum quod eſt calumniosa Iudæorum aduerſus Chriſtum antè præſidem criminatio, beatus Ioãnes Euangeliſta quum præmiſiſſet dicens, adducunt ergo Ieſum à Caipha in prætorium, erat autem manè ſubſequutus adiunxit. Et ipſi non introierunt in prætorium vt non contaminarentur, ſed manducarent paſcha. Vbi paſcha non accipitur pro agno paſchali, ſicut accipitur apud Lucam vbi dicitur. Venit autem dies azymorum in quo neceſſe erat occidi paſcha, ſed accipitur pro panibus azymis, qui comedebantur per totos octo dies ſolennitatis paſchæ, quos comedere non licebat niſi mundis.

Vana ſuperſtitio Iudęorũ. Mar. 7. Mat. 23.

Polluti autem fuiſſent, ſi domum hominis gentilis incircunciſi, fuiſſent ingreſſi. Phariſæi cæci nimis accuratè mundaſtis illud quod deforis eſt catini & calicis, introrſus turpes & cruenti, verè ſepulchra dealbata, quæ deforis pulchra ſunt hominibus, intus autem plena ſunt oſſibus mortuorum. Quid enim? Contaminari exterius cauetis introeundo in gentilis hominis prætorium, & intus horribiliter pollui non timetis tractando crudele homicidium. Quid hac puritate imputius? quid hac ſanctitate ſceleſtius?

Sequitur.

Exiuit

Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit eis: Quam accusationem affertis aduersus hominẽ hunc? Pilatus qui (sicut Nicodemus scribit) in exiguo ponebat mendacium, quasi negocij ignarus quærit, quã accusationem afferrent, dissimulator callidus, qui tamen iam cohortem & tribunum dederat, per quam Iudaicos furores iam satis ardentes magis atq; magis succendit. Is itaq; iam exiens ad eos & quid per eos ageretur nescire se simulans, sicut in Osee dicitur: Extendit manum suam cum illusoribus. s. qui tota nocte Dominum illuserant. Quia applicauerat quasi clibanus cor suum, quum insidiaretur eis. Verè in omnibus quæ dixit, quæ fecit (verbi gratia) quum dixit, quid enim mali fecit, vel quum accepta aqua lauit manus suas corã eis, insidiabatur eis, videlicet vt ita in eos crimen effunderet, quatenus ipse apud Romanum imperatorem nullum pro iniustè damnato homine iudiciũ subiret. Si enim verè ille liberare voluit, quare nusq; illa sua potestate vsus est de qua dixit? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Ergo maius quidem peccatum habuit, qui Dominũ Iesum illi tradidit, sed ipse quoq; peccato nõ caruit, quia ministeriũ homicidij voluntate suscepit. Proinde sicut Herodes rectè vulpi assimilatus est dicẽte de eo Domino, vade dic vulpi illi, pro eo, quia quum Ioãnem libenter decollaret, cõtristatum se propter iusiurandum esse simulauit, sic & iste mendax (& sicut iam dictum est) in exiguo ponens mendacium, rectè vulpi comparandus est, quia quum libenter postulationem dominicæ mortis acciperet, defendere se illum finxit, & accepta aqua, manus quidem, sed non conscientiam lauit.

Quum ergo ipse Pilatus ad eos foras egressus dixisset, quam accusationem affertis aduersus hominem hunc, responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum. Ergo ne gens iusta & populus innocens, nullum nisi malefactorem

Ioan. 18. Pilatus simulator.

Osee. 6.

D Pilatus insidiatur Iudæis.

Ministeriũ homicidij Pilatus voluntate suscepit.

Ioan. 18.

Act.7. tradere imò & occidere consueuistis? Quem enim Prophetarū non sunt persequuti patres vestri? & occiderunt eos qui prænunciauerunt de aduentu iusti, cuius nunc vos proditores & homicidæ estis. Igitur vitiosam in initio causæ Romano præsidi propositionem reddidistis. Sed causam præside sciscitante, dicit Marcus, q̃ accusabant eum summi Sacerdotes in multis. Singula probare non valentes, indistincte de multis eum qui peccatum non fecit mendaciter criminantur.

Mar.15.

Christum Iudæi de tribus accusant.

Luc.23. Perhibet autem Lucas de tribus eum à Iudæis accusatum fuisse, dicens: Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse.

Luc.18. De primo, Pilato cura non erat, quum non Iudęus, sed Gentilis esset, prout Dominus ipse passionem suã discipulis prædicẽs testatus fuerat di. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquã flagellauerint occident. Itaq; gentilis homo Iudaicas superstitiones contempsit.

Mat.22. De secundo, q̃. s. prohiberet tributa dari Cæsari, non interrogatur à Pilato. Potuit enim fieri vt illud Domini iudicium quo iampridem dixerat, reddite quæ sunt Cęsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo, etiam Pilatum contigerit audisse à referentibus, præsertim quum hoc loquutus fuisset à paucis antè diebus, ideoque causam hanc tanquã ineptam, imò apertum inuidorum mendacium nihili pendit. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secũdum legem vestram iudicate. Dixerunt ergo Iudæi. Nobis non licet interficere quenquam. Non dixerunt. Nobis nõ licet iudicare quenquam, iam enim tota nocte vigilantes, non quidem secundum legem sed contra legem iudicauerant, illuserant, conspuerant, & colaphis cæciderant. Veruntamen iudicatum quempiam non licebat eis occidere, nisi Romano præside iudicationem confirmante.

Ioan.18.

mante. Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Dixerat enim, Ecce ascendimus Hierosolymã, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Mat. 20
Tradetur enim gentibus ad illudendum, & flagellandum & crucifigendum. Vt ergo iste sermo impleretur, oportebat eum tradi gentibus a Iudæis, dicẽtibus, nobis nõ licet interficere quenquã: quia videlicet nõ poterat non euenire, quod ille prædixerat.

Instantibus itaq; Iudæis de tertio Pilatus inquirit, num videlicet arrogare sibi vellet regiam potestatẽ. Vnde Ioannes prosequitur dicens. Introiuit ergo iterum in prętorium Pilatus. Exierat nimirum ad Iudæos qui (vt dictum est) non introierant in prætorium ne contaminarentur & vocauit Iesum & dicit ei. Tu es rex Iudæorũ? Respondit ei Iesus. A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Si statim sic respondisset. Rex ego sum, antequam regnũ suum a regno hominum distinxisset, occasionem calumniæ Pilato porrexisset; velut qui aduersus Dominum illius Cæsarem, agere tentauisset. Melius ergo sic respondens, A temetipso hoc dicis an alij tibi dixerunt de me, & iustę calumniæ locum sustulit, & regem se esse testatus est, quia nõ negauit. Idem enim est ac si diceret. Adeo verum est regem me esse Iudæorũ, vt si hoc a temetipso magis q̃ alterius indicio dixisti, cõstet profecto, quia quasi propheta diuinasti. Quid igitur? A temetipso hoc dicis, an reuera (quod dissimulas) alij causam meam indicauerunt, quando cohortem & tribunum ad tenendum me misistis? Sequitur. Christ⁹ se regem esse nõ diffitet

Respondit Pilatus. Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Ac si diceret. A Iudæis tota causa sumit exordium. Nunquid ego concilijs vel synagogis eorum in quibus te condemnauerunt (quum Iudæus non sim) interfum, vt a me causæ vel nominis huius oriri potuerit principium? Non est ita, sed gens tua & pontifices, Cur Chrs nõ respondit ad illud Quid fecisti.

fices, accusantes & sententiã postulantes, tradiderunt te mihi. Quid feciſti?

Ad hæc Dominus magnus, & sapiẽs rex indigno illi non respondit quid fecerit, quum bene omnia fecerit, imò quum & omnia valde bona per ipsum facta sint. Sed nec illud dicere curauit, quod prius interrogatus fuerat. s. quod esset rex Iudæorum, quia iam sufficienter hoc dixerant aduersarij sui. Verum quod illi minus vel peruerse dixerant, hoc modo suppleuit et correxit. Regnum meum non est de hoc mundo. q. d. Verum est quidem quia gens mea & pontifices, qui tradiderunt me tibi indicauerunt tibi de me. s. accusantes me esse regem Iudæorum, sed regnum meum contradictionem regni Cæsaris esse mentiti sunt. Nam regnum meum non est de hoc mundo. Non ait, Regnum meum non est in hoc mundo. Excelsus quippe dominatur in regno hominum, & cui vult dat illud, & totius mundi gubernator & Dominus est, sed nõ est, inquit, de hoc mundo. i. de arbitrio vel placito eorum qui sunt in hoc mundo. Non de magnitudine ciuitatum, vel longis tractibus terrarum, non de multitudine & fortitudine militum fœuientium, vel de sanguine prælio rum. Proinde Romanum à me nihil nocetur imperſum, vel aliquod aliud regnum terrenũ, quia nihil huiusmodi quærit regnũ meum. Quod ita sit probatione non indiget, quia perspicuũ est, palam omnibus est. Nam si de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarent vt nõ traderer Iudæis. Nũc autẽ regnũ meũ nõ est hinc. Ministros, inquit, de hoc mundo pro me decertantes haberem, si regnum meum de hoc mundo fuisset. Nunc autem nullus est de mundo minister, nullus est qui de hoc mundo pro me decertet. Ergo regnum meum non est hinc.

Gene. 1.

Dan. 4

Aliud est regnũ esse de mundo & esse in mundo,

Opera Christi qualia,

Hoccine est de hoc mundo regnare, cæcorum oculos aperire, surdis auditum, claudis gressum reddere, mortuos suscitare, pauperibus euangelizare, & pro-

huiusmodi

huiusmodi tanquam latro comprehendi, ligari, alapis cędi, illudi, atq; conspui? Dixit itaq; ei Pilatus. Ergo rex es tu. Hoc enim videbat consequi vt si regnū eius nō est hinc, aliunde sit, & vndecunq; regnum, regnum vtiq; sit.

Respondit Iesus, Tu dicis, quia rex sum ego. q. d. Tu pro crimine hoc mihi iamdudum obiicis, tu pro caussa hac ad tenendum me cohortem & tribunum cum Iudæorū ministris misisti. Ego autem caussam non negaui, sed hoc dixi: quia regnum meum non est hinc. Si verum quæreres, si veritatē amares, me dicente quia regnum meum nō est hinc, interrogare & discere debueras vnde sit. Quod quia facere contemnis, ecce nunc vltro dico tibi vnde sit, ne me interficiendo, glorieris te defendisse terminos Cæsaris. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Hæc dicens Dominus manifeste consonat prophetię, vbi in persona eius loquitur Dauid. Ego autē constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius prædicās præceptū eius. Quod est prædicare præceptum eius, hoc est, testimonium perhibere veritati. Illic, inquit, constitutus sum rex ab eo, ad hoc vt prædicem præceptū eius. Hic autem ad hoc ego rex natus sum, et ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati. Et omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

H In quo cōsistat regnū Christi.

Tantæ sunt hæc dicta altitudinis, fortitudinis tantæ, vt neq; Pilatus attingere, neq; alius aliquis regni cœlestis inimicus ea possit conuellere. Quid enim diceret iste quamlibet mendax Cæsaris spatarius Dominum suum magnæ Romæ principem nolle quempiam in hoc nasci, vel ad hoc in mundum venire vt testimonium perhibeat veritati, detrimentumq; honoris esse eius si quis militum ipsius audiat vocem testimonium perhibentis veritati? Hoc nanque modo caput principis non defensione protegeret, sed

grandi detestatione obrueret. Nam veritatis nomen amabile est. Et honorabile illud esse humana natura sponte consentit. Et licet significatum eius nequissimi homines oderint, tamen ipsum eius nomen nulli vnquam detestari licuit.

Itaq; victus & deficiens dicit ei Pilatus. Quid est veritas? Et quum hoc dixisset iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullam in eo inuenio causam. Vi deliꝛet, experimento didicerat nihil esse in illo vnde interfecto eo semetipsum defendere posset, si de supplicio eius iniuste sumpto, apud Cæsarem illum accusari cõtingeret. Ait ergo in siti sanguinis pene frustrata crudelitas. Ego nullam in eo inuenio causam. Et adiecit.

Vnde hæc orta sit consuetudo.

I Est autem consuetudo vnum dimitti vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem Iudęorum? De hoc sic apud Matth. Per diem autem solennem consueuerat præses populo dimittere vnũ vinctum quem voluissent. Quod tamen non habebat ex imperialis legis sanctione, sed annua gentis (cui per talia placere gaudebat) cõsuetudine deuinctus. In recordationem quippe q̃ angelus Domini in nocte paschę percusserat olim primogenita Ægypti & Israel saluauit, & quia pereũntibus Ægyptijs in mari rubro, patres eorum nõ infusis transiere vestigijs, in eadem paschæ solennitate Iudæi vnum vinctũ dimittebãt, & vnum vel plures interficiebant.

Exo.12.

Mat.27.

Habebant autem tunc vnum vinctum insignem qui dicebatur Barrabas. Insignis erat hic latro, non à nobilitate generis, sed à magna fama criminum. Marcus enim dicit, q̃ cum seditiosis erat vinctus, & q̃ in seditione fecerat homicidium & hoc in ciuitate secundum Lucam. Congregatis ergo illis (nimirum Iudæis) dixit Pilatus. Quem vultis dimittam vobis, Barrabam an Iesum qui dicitur Christus, id est, (vt Ioannes habet) regem Iudæorum? Hoc dixit certum habens quid essent responsuri. Sciebat enim q̃ per inuidiam

Mat.27.

Pilatus cũ Iudæis sentit.

diam tradidissent eum. Nunquid si non & ipse eius dem volūtatis esset, rem totā tam pronus in illorū inuidentium arbitrio poneret, & nō potius vteretur illa potestate sua de qua postmodum dicturus est. Nescis quia potestatē habeo dimittere te, & potestatem habeo crucifigere te? Simulq; & illud considerandum est q̄ camino iam satis ardenti quasi stillam olei scienter iniecit, dum sciens q̄ per inuidiā tradidissent eum, ipsum nomen propter quod inuidebant, illis obiecit dicens. Vultis dimittam vobis regem Iudæorum?

Pilatus Iudeos cōtra Christum magis accendit. Ioan. 18.

Clamauerunt rursum omnes dicentes, Non hunc sed Barrabam. Iam enim semel clamauerāt dicentes. Nisi esset hic malefactor, nō tibi tradidissemus eum. Et nunc iterum clamant, Non hunc dimittas nobis, sed Barrabam. Principes enim sacerdotum & seniores (vt Mat. perhibet) persuaserunt populo vt peteret Barrabā, Iesum vero perderet. Nimirū homicidę homicidā, seditiosi seditiosum, latrones latronē seruari sibi petierunt, autorem autem vitæ interemerūt. Hinc pacem habere nō possunt, quia seditiosum hominem conciliatori pacis præferre non timuerunt. Hæret ergo eis vsque hodie sua petitio quam, tantopere impetrarunt. Quia enim data sibi optione pro Iesu latronem, pro saluatore interfectorem, pro datore vitę, elegerunt vitę ademptorem, merito salutem perdiderūt & vitam, & latrocinijs sese ac seditionibus intantum subdiderunt, vt patriam regnumq; suum quod plus Christo dilexerunt perdiderint. Itaq; væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, seditionibus & homicidijs digne perituris, quia (vt dictum est) principem pacis dederunt pro autore seditionis, & filium Dei commutauerunt pro filio magistri sui diaboli. Barrabas enim interpretatur filius magistri eorum. Quis autem magister eorū nisi diabolus quem imitantur?

Mira Iudęorum iniqtas in christum.

Iudæi Barrabam petentes qd reportent.

Esa. 1. Hic Iudæi oim hominū pessimi

Circa

Christus tribus modis crudeliter & indigne illusus

CIrca tertium tertię partis membrum quod est in Christum Dominum varia, crudelis, & indigna illusio, aduerte tribus modis ei fuisse illusum. Nam primo ab Herode est alba veste indutus. Secundo sub Pilato flagris durissime cæsus. Tertio, à Pilati militibus acerbo ludibrio spinis coronatus.

Primæ illusionis hæc fuit occasio. Quũ enim Barrabam seruari sibi ingenti clamore petissent & Pilatus interrogans eos diceret quid ergo vultis faciam regi Iudæorum, & illis rursum clamantibus crucifige eum, responderet Pilatus. Quid enim mali fecit? & nihil causſæ inuenio in homine, tandem illi vociferatione seditiosa inualescentes: commouit, inquiunt, populum docẽs per vniuersam Iudæam incipiens à Galilæa vsq; huc. Pilatus autem nec ratus quidẽ de hoc interrogaudum saluatorem, quandoquidem hæc accusatio in laudem magis q̃ in crimen Domino cederé videbatur q̃ totam repromissionis terram docendo populũ pertrãsierit, semetipsum magis nacta occasione cupit ab eo iudicando liberum reddere. Nam sequitur.

Mar. 15

Luc. 23

Pilatus autem audiens Galilæam interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit q̃ de Herodis potestate esset, misit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Pilatus ergo Dominum Herodi misit audiendũ, vt ipse pc̃tius eum qui eius patriæ tetrarches existebat vel absolueret vel puniret.

Iudæi de nece Christi inexcusabiles.

Verum diuina prouidentia hoc factum est, ne qua Iudæis excusatio remaneret quasi non ipsi sed Romani Christum crucifixerint Herodes quoque qui natu & religione erat Iudæus, cum exercitu suo quid de illo senserit est ostentare permissus. Simul & impietas vtriusq; prouinciæ (Iudęæ. s. in qua natus, & Galilęæ in qua nutritus est & conuersatus) in eius necem conspirare

Spirantis ostenditur. Inique autē egit Pilatus mittendo eum ad Herodem in quo nullam mortis causſam potuit inuenire, quippe quē ab iniuria defendere, non denuo nouis exponere calumnijs debebat. Similiter iniquē agit Herodes mittendo rursus Christum ad Pilatum. Sequitur.

Tam Pilatus q̄ Herodes in Christū iniqui.

Herodes autem viso Iesu gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre illum. ſ. à tempore quo decollauit Ioannem. Extunc enim coepit Christus palam prædicare, & virtutes ac miracula operari, & exijt fama eius in vniuersam terram. Vnde et Mat. dicit. Audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis. Hic est Ioānes Bapt. ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Erat, inquit, cupiens ex multo tempore videre illum, & subdit causſam, eo inquiens q̄ audierat multa de illo, & sperabat signum aliquod ab eo videre fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Et tacuit ergo & nihil fecit, quia nec illius incredulitas diuina videre meruit, & Dominus iactantiam declinabat. Quia enim Christum non saluatorem esse reputabat sed incantatorem, nec̄ verbis nec̄ miraculis Christi dignus erat. Vbi suo exemplo (vt B. Greg. ait) nos ipse docuit, vt tacēamus quando cognoscimus q̄ auditores nostri nostra volunt audire, & sua mala nolunt emendare, ne dum ostentationis studio verbum Dei loquimur, & eorum quæ erat culpā esse non desinat, et nostra quæ non erat fiat. Stabant autem principes sacerdotū & scribę constanter accusantes eum.

L Luc. 23 Quare Herodes cupierat videre Iesum Mat. 14.

Cur Christus tacuit coram Herode.

Accusantibus se principibus sacerdotū & scribis Dñs apud Pilatū pauca, apud Herodem nulla respondit, ne videlicet crimen impositum diluens dimitteretur à præside & crucis vtilitas differretur. Nam & iustum profecto erat vt Pilato (qui legē & prophetas de Christo non nouerat ac per hoc ex ignorantia peccauit in Dominum) aliqua in parte responderet.

M

Hero-

Herodem vero cęterosq; Iudęorum optimates, quia contra legis suæ decreta innoxium condemnabant (quem ex lege & prophetis nouisse poterant) indignos per omnia suo sermone duceret. Propter illos ergo quibus respondere nolúit, data est de agno similitudo apud Esa. vt in suo silentio non reus, sed innocens haberetur. Vbi enim tacebat (prout superius dictum est) quasi agnus pro toto grege immolãdus patientiam præstabat. Vbi vero respondebat, quasi pastor bonus pro suis ouibus cõtra luporũ latronumq; insidias pugnabat.

Sed aduerte quàm indigne Dei virtus ab Herode spernitur, & Dei sapientia irridetur & illuditur. Hinc enim Lucas subsecutus adiungit dicens. Spreuit autẽ illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutũ veste alba, & remisit ad Pilatum. Et vtiq; remittendo ad Pilatum probauit se in eius mortem consentire.

Herodes in Christi mortẽ consentit.

Debebat enim hominem suę iurisdictionis in quo nihil dignum morte repperit, ab iniusta calumnia & a morte liberare. Sed non modo hoc non fecit, sed tanquam hominem inutilem & amentem, indutum alba veste derisit & spreuit. Sed vt ait Beda, altius aliquid & ab Herodis intẽtione longe diuersum in hac Domini illũsione nobis innuitur. Nam q̃ veste alba

Quid alba vestis.

induitur immaculatæ dat indicia passionis, quoniam agnus Dei immaculatus totius mundi sit peccata ablaturus. Quòd enim veste alba induitur spretus & illusus, ipse in casta carne est passus & sepultus. Per hoc etiam q̃ hic Dominus alba postmodũ coccinea vel purpurea veste indutus illuditur, geminum martyrij genus (quo per sanctæ ecclesiæ passiones adornatur) exprimitur. Quę innocuam eiusdem Domini ac sponsi sui mortem mirata, dilectus, inquit, meus candidus & rubicundus. Candidus actione, rubicundus sanguine. Et ipse varijs membrorum suorum floscu-

Can. 5.

lis vernans, in pace lilia gignit in bello rosas. Sequitur.

Et fa-

Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. Nam antea inimici erant ad inuicē, videlicet propter necem quorundā Galilæorū quos occiderat Pilatus in tetrarchia Herodis. Hi enim magum quendā secuti Iudam nomine, qui auertit populū à solutione census Romanę potestati, coniurationē suam sacrificio sacrilego in deserto confirmantes cæsi perierunt. Nā (vt hic idem Euangelist. superius meminit) Pilatus cum exercitu superueniens miscuit sanguinē eorū cum sacrificio. Sed isti duo in Christi necem vnanimiter cōsentientes inuicem amici detestabiles effecti sunt.

Inimicitiarum causa inter Herodem & Pilatum.

Luc. 13.

Porrò idem nefandissimū Herodis & Pilati fœdus quod in occidendo Christū pepigerūt hactenus velut hęreditario iure successores eorū custodiunt, nō modo Iudæi et gentiles qui sicut genere & religione, ita etiā mente dissidentes in Christianis tamen persequendis Christiq; in eis fide perimenda consentiunt, sed etiam omnes vsq; adhuc peruersi ac falso christiani, etsi inter se mutuo ob superbiam & suas malas cupiditates dissideant animis, attamen odiendo & persequendo optimum quenq;, concordes & amici fiunt.

Herodis & Pilati fœdus qui sectantur.

Secundo illusum est Dño à Pilato, qui eum flagris indigne affecit. Quū enim reductus esset ab Herode ad Pilatū, ille (vt idem Lucas refert) conuocatis principibus sacerdotū & magistratibus & plebe. i. & magistratum gerentibus & vulgo Iudæorū, dixit ad eos. Obtulistis mihi hunc hominē quasi auertentē populum, & ecce ego coram vobis interrogās nullam causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Et hæc dicēdo Pilatus Iesum sufficienter probauit insontem, sed hunc postmodū condemnādo, semetipsum ostendit homicidā. Sequitur. Sed neq; Herodes. Nam remisi vos ad illum. Et ecce nihil dignū morte actum est ei. Emendatū ergo illū dimittam. Tunc (vt Ioan. ait) apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Dicit Beda, nequaq; ab alio q; ab ipsomet Pilato Dñm fuisse flagellatū, dicente Euāgelista. Tunc

N Secundo illusum est Domino flagris.

Pilatus probat christi innocētiā.

Christum ab ipso met Pilato flagellatū.

apprehendit Pilatus Iesum et flagellauit. Et impiamanum in Dominũ Iudibria hinc distinguens, deinde subiungit, Et milites plectentes coronã de spinis imposuerũt capiti eius. Sanè grande spectaculũ & mundo, & angelis, & hominibus, vt à seruis peccati princeps libertatis seruilibus modis concideretur. Sed (vt Esa. ait) Disciplina pacis nostræ super eum, cuius liuore sanati sumus. Iniuria magna & detestanda temeritas ẽ seruo, ꝙ Dñm maiestatis qui cœlũ syderibus & terrã virentibus quibusq; vestit & ornat, suis expoliatũ vestibus spectandũ cunctis nudũ exhibere. Et licet in eo nõ fuerit infirmitas carnis ad peccatum inclinans, nec ipse peccatum fecerit, verecundia tamẽ & erubescentia non carebat. Erubuit ergo nudari, & eo magis quo purior fuit erubuit. Stat ergo propter nos nudus, iuuenis verecundus & elegans, speciosus forma præ filijs hominum, & caro illa flos & gloria omnis carnis, propter scelus nostrũ flagris cõciditur, & liuoribus ac plagis vndiq; dilaceratur.

Esa. 53.

Grandis iniuria in Christum

Iob. 2.

In huius rei typum Sathanas olim accepta cœlitus potestate virũ iustũ & rectũ cuius operibus Dñs benedixerat, cui similis nõ erat in vniuersa terra, hulcere pessimo à plantã pedis vsq; ad verticem vulnerauit.

Figura Christi flagellati.

Deut. 25.

Quoniã ergo secundũ mensurã delicti esse debet & plagarũ modus, is qui vulneratus est propter peccata nostra, attritus propter scelera nostra, in quo posuit Dñs iniquitates oĩm nostrũ numerosa atq; multorũ debita multis liuoribus exoluit, vt mirito per Prophetam dixerit. Quę non rapui tunc exoluebam. Sed nondum illusionum finis.

Esa. 53.

Nam tertio est à militibus præsidis acerbo Iudibrio spinis coronatus. Quod Mar. describẽs, milites, inquit, duxerũt eum in atrium prætorij, & conuocant totã cohortẽ, & induũt eum purpura, & imponũt ei plectẽtes spineam coronã, & cœperunt salutare eum. Aue rex Iudæorũ. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes genua adorabãt eum.

Psal.

O Spinis christus coronatur.

eum. Milites quidem ꝙ Iudęorum rex fuerat appellatus & hoc ei crimen scribæ & sacerdotes obiecerant ꝙ videlicet sibi in populo Israelitico vendicaret imperium, illudentes hoc faciunt vt nudatum pristinis vestibus induant purpura, qua reges veteres vtebantur, & pro diademate imponant ei coronam spineam, pro regali sceptro dent calamum (vt Matth. scribit) & quasi qui Deum se falso dixisset, illudentes adorabant.

Hæc illi quidem ludentes crudeli ioco fecerunt, sed â virtute & sapientia Dei Christo rege magno serio susceptа, imò vt fierent vtiliter prouisa sunt. Singulæ nanque derisiones, singulæ plagæ vel percussiones grandem vocem habuerunt, & omnia pro nobis loquuntur. Quum enim sanguis proclamet in cœlum de terra quæ aperuit os suum & suscepit eum de manu Iudæorum, spinæ quoque & vestis irrisoria cæteræque iniuriæ, sine dubio proclamant in cœleste propiciatorium, & credentibus potenter impetrant remissionem peccatorum. Per spineam ergo coronam illud quoque visibiliter significauit, quod de illo Propheta prædixit. Et peccata nostra ipse portauit. Spinæ nanque peccata designant, quæ animam pungunt & lacerãt. Nam & propter peccatũ homini datæ sunt, dicente Dño ad Adam. Quum operatus fueris terram non dabit fructus suos, sed spinas & tribulos germinabit tibi.

Plagę christi vt clamant. Esa. 53. Gene. 3.

Sed & quod purpurã siue chlamidem coccineam quum illuderetur non dedignatus est circundari sibi, nunquid nõ cõgruit illi quo propter nos in passione sua fungebatur ministerio charitatis? Coccus enim coloris ignei qui in tabernaculo Domini offerri & in veste sacerdotali bis tinctus iubetur assumi, gemina significat dilectionem Dei. s. & proximi, qua fit vt quicquid offerimus ignitum & quasi bene coloratum, coram diuinis placeat conspectibus. Ipse autem propter nimiam charitatẽ suam qua dilexit nos

Chlamis coccinea quid. Exo. 25. & 28.

bibit calicē passionis prout ipse dicit. Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Proinde huic regi chlamis coccinea bene cōueniebat, vt ipso habitu se illum esse ostenderet qui in lege significabatur per vitulā rufam, cuius corpus iubebatur pro peccato totius populi extra castra cremari, et cinis eius in aqua cum ysopo super populum aspergi.

Ioan.15.

Num.19.

Arundinē etiā in manu recipere nō recusauit, quæ P nimirū regalis potentiæ insigne præferebat. Quòd autem genu flexo ante eum illudebant ei, illud significabat quod ipse per Prophetam dicit. Viuo ego (dicit Dūs) quia mihi curuabitur omne genu, & confitebitur oīs lingua. Hæc nihilominus quæ dicta sunt ludibria à nonnullis vsq; hodie quodāmodo Christo inferuntur. Hæretici enim & Pagani (milites vtiq; diaboli) qui Christi negant diuinitatē, caput eius percutiunt. Siquidē caput Christi Deus. Et quia per arundinem scriptura solet cōfici, quasi arundine caput Christi feriunt, qui cōtra christianam fidē errores suos confirmare autoritate sacræ scripturæ conantur.

Esa.54.

Arundine qui caput Christi feriunt.

2. Cor.11.

Spuunt in faciem eius qui gratiosam ipsius cū hominibus in vera carne præsentiam cæcæ mentis insania respuunt, & Iesum Christum in carne venisse negant. Sunt proinde (quod grauioris est vesaniæ) qui eum certa fide vt verum Deum adorant, sed peruersis actibus mox verba eius quasi fabulosa despiciunt, ac promissa regni illius temporalibus illecebris lōge postponunt. Proinde qui Deum orant attamen quippiam cōtra Deū mente versantes peccant, nō Deum honorant sed irridēt, & sicut Pilati milites, genu flexo dant ei alapas. Sed inter hæc attendamus caput illud cœlo & terræ venerandū à quo venit omnis benedictio propter nos impactis coronatū & confixū spinis, conspūtum ab impijs, percussum, & exhonoratū. Sed omnia hęc propter te sustinet ô homo, & pariter quæcunq; illi volunt, ad oīa silens quasi agnus qui co-

Spuunt Christo in faciem.

Christum nūc irrisorie adorāt.

ram

ram tondente obmutescit sine voce. Pudeat ergo sub spinoso capite velle esse membrum delicatũ, & detestare coronam superbiæ. Nam væ coronę superbiæ ait Propheta. Esa.28.

Coronatus est nihilominus saluator propter nostrum exemplũ, vt intelligamus nos priusquã gloriæ cœlestis coronã adipiscemur, ab inimicis tribulatione varia coronandos, sicut in Canticis scriptũ est. Veni de libano veni, coronaberis de cubilibus leonũ, et de montibus pardorũ. Leo diabolus est, cuius cubile, mẽs est hominũ pessimorũ, qui semper optimis quibusq; infesti sunt. Montes vero pardorũ sunt omnes superbi à quibus incenditur pauper. Ab ijs enim patienter sufferendo electi coronantur, iuxta quod per Prophetam dicitur. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Sequitur. Can.4. Ioan.19.

Exijt iterum Pilatus foras, & dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis quia in eo nullam caussam inuenio. Quantumuis coactum te simulas damnate & æterni incẽdij stipula, nõ tibi educenti Iesum & sic locuto ita credet Romana seueritas (vt taceam de iustitia diuina) quomodo creditũ fuit post hæc tribuno Fœlicis præsidis tuo forsitan exemplo perdocti, qui Paulum apostolũ non molli & frigida defensione, sed manu militari à rabie Iudæorum eripuit. Exijt ergo Iesus portãs spineam coronam & purpureum vestimentũ, & dicit eis. Ecce homo. Talis exiuit, & nõ erat ei species neq; decor, & aspectus eius in eo non erat. Ecce, inquit, homo, Intentionem quidẽ dicentis & sensum irridẽtis detestamur, sed vocem amplectimur, & dicimus quia vere homo, quia quũ Deus esset, in similitudinẽ hominũ factus est, & habitu inuẽtus vt homo. Quo cõspecto nõ mitigati laniſtæ crudeles supplicijs agni innocẽtis, sed amplius siti sanguinis inflãmati sunt. Vnde subdit Euãgelista. Simulator Pilatus. Act.23. Q Ecce hõ. Esa.53. Laniſtæ crudeles Iudæi. Ioan.19.

Quum ergo vidissent eum pontifices & ministri, clamabant dicentes, Crucifige, crucifige eum. Ita pon

tifices petulci æque vt eorũ ministri, dilatauerant os suum. Euge Euge, inquiunt, viderũt oculi nostri. Hactenus bene actũ, quod nũc restat exequere, crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus. Accipite eum vos & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo caussam. Timebat enim (vt iam dictũ est) ne (quod futurũ erat) pulsatus in iudicio Cæsaris sustineret molestiam, non habens quam de interfectione eius redderet caussam. Respondertũt ei Iudæi. Nos legẽ habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. O Iudæi prꝙuaricatores legis, dum hominẽ gentilem securum reddere vultis quasi legis scutũ offertis, et iniquitas vestra mentita est sibi. Non enim secundũ legem debet mori qui filium Dei se esse asserit, sed Propheta
Deut. 18. qui falsum loquitur in nomine Dñi, mendacij conuictus, non subsequente effectu sermonis.

Quũ ergo audisset Pilatus hunc sermonẽ magis timuit. Timuit planè, sed nõ gessit pœnitudinẽ. Timuit, quã, præsagiente sibi animo magnitudinẽ futuri mali. Præsertim quia iam miserat ad eum vxor sua dicens. Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum prꝙpter eũ. Terribili cõminatione in somnis affecta fuerat, si vir eius Christũ interimeret.
Mat. 27.

Diabolus vt Christi necem impedire molitur.

Dicunt somniũ hoc sibi immissum â diabolo, intelligente se iam per Christi passionẽ & mortẽ spolianCur Pilatus timuit. dum. Perceperat enim ex Christi sanguinis effusione in lymbo detentos gaudiũ percepisse. Vnde Christi necẽ in quã prius Iudꝙorũ animos incẽderat, nũc per vxorẽ Pilati impedire molitur. Timuit ergo Pilatus, nõ propter legẽ quã Iudꝙi allegabant, sed ne forte Iesus ab ipso sic iam violatus esset filius Dei. Potuit enĩ hoc credere homo gentilis. Gentiles enim plærosque dijs genitos (errore vano decepti) recipiebant.

R

Cur nõ respõdit christus Pilato

Ingressus ergo est in prætoriũ iterũ, & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Non quærit iam ab eo, quid feciſti, vt prius, sed, vnde es tu. i. es tu genitus ex Deo? Iesus autẽ respõsum nõ dedit ei. Nimis importuno tempo-

re hoc

te hoc interrogabat, quia tẽpus tacendi maxime tunc erat, & ipse audire indignus erat, quia non credere vo lebat. Præterea quia iam eundem agnum Dei male totonderat flagellando, ideo coram illo iuste obmu tescebat & non aperuit os suum. Satis etiam desuper iam ante responderat quando dicebat regnum suum non esse de hoc mundo. Denique quòd opera quæ faciebat, vt illuminatio cæci nati, resuscitatio mortui quatriduani, filium DEI, & DEVM esse, palam testabantur. Accusatus ergo tacet, quia defensione non indiget. Ambiant defendi, qui timent vinci.

Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Mirabatur (inquit Matthæus) præses vehementer. Dignũ enim erat miraculo, cp im minente iam iudicio vel condemnationis vel absolutionis, imperturbabilis tacet, præsertim quum nihil sit terribilius morte, & vita amabilius nihil. Et admirationem auxit, quòd sciret eum Pilatus pro se ipso efficaciter posse loqui, quippe hominem legum & rationis peritissimum. Dicit ergo ei. Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Igitur ô Pilate potens, & robustam nimis potestatẽ habens ex ore tuo iudicaris, & non solum apud Deum, sed etiam apud homines reus teneris, quia videlicet innocentẽ & iustum quum dimittere potuisses, crucifigere maluisti. Modicũ sustine, nec festines dicens, mihi non loqueris? Loquetur enim tibi postmodum & dicet vnde sit. Dominus enim qui nunc infirmus sub tua potesta te tenetur, ficut fortis egredietur, ficut vir præliator suscitabit zelum, vociferabitur & clamabit super te & super omnes inimicos suos confortabitur. Tacui (dicet) semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. Tunc loquetur ad te in ira sua, & in furore suo

Mat. 27.

Pilatus suę iniquitatis in Christũ testis.

Esa. 42.

Psal.

conturbabit te, clare dicens tibi quod nūc interrogasti, vnde sit. Ego, inquiēs, cōstitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius prædicans præceptum eius. Dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Hoc in furore suo loquetur tibi & cunctis regibus terræ & principibus, qui conuenerūt aduersus Dominum & aduersus Christum eius.

Porrō qui dicere tibi noluit vnde sit, de tua potesta te q̄d respōdeat audi. Nō haberes aduersum me potestatē vllam, nisi tibi datū esset desuper. q. d. Neq; per dñm tuū Cęsarē, neq; per istos qui clamando crucifige, crucifige, cōfortant brachiū tuū aduersum me, sed ab eo quod super oēs homines est datā tibi aduersum me potestatē habes. Nā nisi illud vnde ego sum tenet manū dexterā meā & in voluntate sua deduceret me, poterā ego saltē respicere te, et vnius vocis ferrea virga tanq̄ vas figuli cōfringere te. Ergo quia tradi-

S Rom. 8.

tus sum desuper (tradidit enī me nec proprio filio suo pepercit pater) nō glorieris tu, quia non tua potestas sed superna permissio est. Præterea nec vere potestas

Rom. 13

est quā in me exerces, sed quoddā latrociniū. Non est enim potestas nisi à Deo, quæ ibi tantūmodo iure valet, vbi culpa est. Tu autē si absente culpa fœuis & occidis, latrocinī-ū agis, homicidiū facis, et proinde reus potestatis superioris subiiceris ipse. Si desuper permittitur tibi potestate abuti, noli gloriari, quia non relinquet Dñs virgā. i. nō permanere sinet potestatē pecca-

Esa. 10.

torū super sortē iustorū. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? an exaltabitur serra contra eū à quo trahitur? Quia ergo hæc potestas tua de qua te iactas, vera potestas non est, sed timidū latrociniū est, quod tu explere non posses nisi posse tibi datum esset desuper, propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet. Quia videlicet ille legem accepit, & non nesciens sed inuidens abutitur permisso Dei, tu vero eiusmodi legem non accepisti, & proinde nō tanta tibi quāta illi inspiētia vel malignitas est odi-

Iudęorum crimē grauius peccato Pilati.

se sa-

se sapientiã, vel nescire sacramenta Dei. Tu ignoti hominis sanguinem fundens homicidiũ facis, ille regem & Dñm suũ ad mortem tradens, cum homicidio sacrilegiũ quoq; admittit in eũ quem patribus suis promissum hactenus expectauit, & ipsam expectationẽ eius profitetur signo circũcisionis quod accepit, facitq; occidẽdo vñ se in Prophetis accuset legẽdo. Sequitur. Sap. 2.

Per hoc patet Pilatũ hactenus Christi liberãtem nõ

Et exinde quærebat Pilatus dimittere eũ. Nam re vera antea non quæsierat, sed se quærere simulauerat. Quid ergo quasi damnationem eius recusans tantum clamauerat, nisi quia simulator & mendax erat? Sed nunc vbi manifestam eius innocentiam compererat, quippe quem nec in sermone de nomine Regis vllatenus capere potuerat, magis timebat, conuictus nimirum conscientia sua teste de peccato, si illum sine crimine condemnaret.

Acerrima Iudæorum instantia in necẽ Christi.

Quod videntes Iudæi Pilato minas intentant di. Si hunc dimittis, non es amicus Cęsaris. Quam suam propositionem importuni & nimis officiosi amici Cæsaris, inimici autem Dei, tali sententia confirmant. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Igitur concluſit (vt sibi videtur) iniquitas omne os, ne reprehendere vel iniustam dicere damnationem huius hominis audeat. Nam omnis qui se regem facit contradicit Cęsari. Hic autem se fecit regem. Securus ergo sit Pilatus, & interficiendo Christum obsequium se Cæsari præstare arbitretur.

CIrca quartũ tertiæ partis membrum quod est latrone seruato, insana vociferatione mortis Christi petitio. b. Ioan. sic prosequitur Pilatus ergo quum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco q dicitur Lycostratos, Hebraice autẽ Gabatha. Erat autem parasceue paschæ, hora quasi sexta. Lycostratos Græce, Latine dicitur lapidum stratura. i. locus stratus lapidibus extra prætoriũ vbi Pilatus iudicaturus T Ioan. 19. Lycostratos.

Dominum, tribunal sibi statuit, qui quoniam homines magis q̃ Deũ timebat, facile declinauit à iustitia.

Pilatũ vt occideret innocentẽ 4. impulerunt.

Impulit ergo Pilatũ ad innocẽtis necem & amor sui magistratus, & etiam fortassis cupiditas promissa à Iudæis præmij, & nihilominus eiusdem populi Iudaici fauor, quem morte innocẽtis sibi aucupare non timuit, præcipuè tamen huc eum impulit timor incurrendi Cæsaris offensam; cuius gratiam & fauorem sum opere ambiebat, & ideo iusto Dei iudicio

Condigna pilato merces.

postmodum iubente Cæsare Lugdunum Galliæ in exilium actus, tantis calamitatibus affectus est, vt ipse sibi mortem sua manu consciuerit.

Erat, inquit, parasceue paschæ. Parasceue Græcum est, & interpretatur præparatio, siquidem hoc nomine sextam sabbati (quæ nunc à nobis sexta feria nuncupatur) Iudæi appellabant, q̃ videlicet eo die præpararẽt quæ ad Sabbatũ forent necessaria, iuxta quod olim de manna fuit præceptum: sexta autem die colligetis duplum. Quia ergo sexta die homo factus & tota est mundi creatura perfecta, septima autem conditor ab opere suo requieuit, (vnde & hanc Sabbatum .i. requiem vocari præcepit) rectè Dominus eadem die sexta crucifixus, humanæ restaurationis impleuit archanum. Vnde quum accepisset acetum dixit consummatum est. i. quod pro mundi refectione suscepi, totũ est opus sexta die perfectum. Igitur illis interfectoribus Domini magna quidem parasceue propter subsequens magnum paschale Sabbatum erat, nobis autem propter præparationem vitæ æternæ quæ nobis illo die præparata est, maxima parasceue est.

Exo. 16. Cur sexta feria Christus pati voluit.

Parasceue ratio.

Pilatus derisor Chri.

Itaq; exhibito Iudæorũ conspectibus Christo dicit eis Pilatus. Ecce rex vester. Iam dixerat hic derisor Ecce homo. Nunc adhuc irridens, ecce, inquit, rex vester. Nescivit dicere quod tertium accusationis vel criminis nomen est, ecce filius Dei vestri, sed dixerant Iudæi, quia filium Dei se fecit. Hæc tria verissima nomina sunt vnius Christi Domini nostri. Homo. Rex

Deus.

Deus siue filius Dei, quem quidem irridentes & cum risu adorantes, confessi sunt inimici, sed venerantes & serio adorantes confitentur amici. Tria noīa vnius christi.

Illi autem clamabant. Tolle, tolle, crucifige eum. Puta dixisse Iudæos infœlices. Tolle â nobis regem, tolle principem, tolle sacerdotem. Extunc enim impletum est quod fuerat per Prophetam antè prædictum. Quia multis diebus sedebunt filij Israël sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari. Iudęis quę auferuntur. Osee. 3.

Item. In hostijs suis & muneribus vadent ad quærendum Dominum & non inueniēt eum, ablatus enim est ab eis. Et meritò, quia dixerunt, tolle Saluatorem, crucifige propitiatorem, idcirco perdiderūt salutem, & nullam habent defensionem. Eiusdē. 5.

Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Hæc petulans iudex quasi ioco fatigatus, dixit: Sed iocum eius impatiens insania fastidiens & ad certā crudelitatem festinans repulit. Nam responderūt ei Pontifices. Non habemus regem nisi Cæsarem. Ergo cōcedatur eis non habere regem nisi Cęsarem, quoniam omnes alios abiecerunt neminem excipientes, siue Deum siue hominem, & condigna sibi accipiant dona Cæsaris. s. interfectionem & captiuitatem gentis, euersionemq; ciuitatis, incendiumq; & irrecuperabilem ruinam templi. V Pilatus et Christū et Iudæos irridet. Cōdigna retributio â Cæsare.

Vicerunt itaq; tam diu persistentes donec traderetur eis ad crucifigendum. Instabant enim (inquit Lucas) vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur. Quanta perfidorum crudelitas, quæ non solum occidere innocentem, sed & pessimo genere mortis occidere, hoc est crucifigere desyderat. Pendentes enim in ligno crucifixi, clauis ad lignum pedibus manibusq; confixi, producta morte necabātur, & diu viuebatur in cruce, non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur.

Illis itaq; seditiosè clamātibus vt innocuus crucifigeretur (inualescebāt enim voces eorū) videns Pilatus q; ni-

q̄ nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus suas corā populo di. Innocens ego sum â sanguine iusti huius, vos videritis. Hæc oia fecit & dixit (sicut iam dictū est) simulatè & sibi cauēs, vt inuitus fecisse putaretur quod fecit libēs, & nihilominus insidians Iudæis, & totū facinus reiiciēs in ipsos. Sed qui lauit manus, nō per hoc lauit conscientiā.

Iudęi vt se & suos posteros obligauerint.

Et respondens vniuersus populus dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Obligauerunt ergo & reos sanguinis Christi fecerunt non modo se, sed & suos posteros. Vnde factum est q̄ profligati atq; in omnem ventum dispersi, vagi & errabundi vltionem sanguinis Domini exoluunt, sed tamen non eluunt vsq; in hodiernum diem.

X

Luc. 23.

Tunc Pilatus adiudicauit fieri petionem eorum. Dimisit aūt illis eū qui propter seditionem & homicidiū missus fuerat in carcerem quē petebāt, Iesum verò tradidit voluntati eorū. O iudicij iniquitatem, absoluere latronem, & cōdemnare saluatorē, seruare homicidam, & perdere mortuos suscitantem. Hinc illi

Iob. 36. Act. 10.

meritò dictum est. Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciū q̄ recipies. Is enim q̄ iudicatus est iniustè, constitutus est â Deo iudex viuorū & mortuorū.

Esa. 1.

Ergo væ tibi fex gentis spurcissimæ Iudaica turba, nō populus Dei, quæ Dominū tuū antè Pilatū negasti, & diabolo te subdidisti, væ semini nequam, filijs sceleratis, imò & abdicatis. Si quid adhuc sapis & nondum prorsus sensu perdito obstupuisti ô Iudęa gens. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarū. Attende paulisper & audi ea quibus es ob incomparabile scelus digna, audi damna tua quæ ipsa tibi intulisti, iustis tibi vocibus inculcantem.

Sedulius. Iudæis suū scelus ob oculos ponitur.

Plange sacerdotes perituros plange ministros
Et populum Iudæa tuum pro talibus ausis.
Non tuba, non vnctus, nō iam tua victima grata est.
Quænam bella tibi clanget tuba Rege peremptō?
Quis tuus vnctus erit, quæ verū amiseris vnctum?

Victima

Victima quæ dabitur, cum victima pastor habetur?
Discedat synagoga suo fuscata colore.
Ecclesiam Christus pulchro sibi iunxit amore.

Sæpe malum hoc vobis (ô gens impia & peruersa) si mens nõ leua fuisset, Prophetarũ tuorũ vaticinijs quatenus ab eo te contineres, fuerat prænunciatum. Enumerauerat Daniel hebdomadas vsquequo Christus occideretur, qui & reprobandos perfidos nõ tacuit di. Et non erit eius populus qui eũ negaturus est. Et rursus signũ certum aduentus Christi vobis (licet frustra) dedit di. Quum venerit sanctus sanctorũ cessabit vnctio vestra. Quemnam enim ô populi stulte & insipiens è gente tua nunc vngeres, qui sponte protestatus es non alium habere te Regem q̃ Cæsarem? Agnosce ergo iam missum qui mittendus erat, qui est salus & expectatio Gentium, quem negasti, & insuper crucifixisti, in cuius aduentu (sicut celebri prophetia prædictum fuerat) ablatum est sceptrum de Iuda, & dux de femore eius defecit. Dani. 9. Ibidem. Gene. 49. Ibidem.

CIrca quartã partem enarrationis passionum Domini nostri Iesu Christi in (qua dicendum est quẽadmodum Dñs innocẽs reprobatus à Iudæis, damnatus est ad supplicium crucis) quatuor attenta mente nobis sunt contemplanda, quorũ primum est, Christi iniquo iudicio damnati sub onere crucis suæ ad supplicij locũ eductio. Secũdum est eiusdem Dñi nostri sub insigni titulo crucifixi, à Iudæis impia subsannatio. Tertiũ est eiusdem Dñi nostri extremũ in cruce spiritũ trahentis nouissimorum verborũ notanda eloquutio. Quartum est ipsius authoris vitæ (emisso in cruce cũ magno clamore spiritu) exanimatio. Circa primũ quod est Christi Dñi nostri iniquo iudicio damnati sub onere suæ crucis ad supplicij locũ eductio Ioan. Euã. sic prosecutus est. A

Susceperunt aũt Iesum, nimirũ Iudæi, à Pilato iam mortí crucis addictum. Auiditatem suscipientiũ ipse Ioan. 19.

per

Psal. per Prophetam exprimês. Suſceperunt me, inquit, ſicut leo paratus ad prædam, & ſicut catulus leonis habitans in abditis. Ne quid autem deeſſet opprobrio & vt iam ad mortem vadens melius ab vniuerſis qui eum ante viderant cognoſceretur, dicit Marcus & poſtquã illuſerunt ei milites Pilati, exuerunt illum purpura, & induerunt eum veſtimentis ſuis & eduCHriſtus lignum ſuæ mortis portat.

cunt illum vt crucifigerent eum. Et vt (Ioannes teſtatur) baiulans ſibi crucem exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum. Nulli vnq̃ quantumlibet ſcelerato legimus proprij lignum ſupplicij impoſitum ad ferendum, niſi dumtaxat Chriſto Domino qui peccatum non fecit, ſed peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.

1. Pet. 2.

Exijt ergo crucem ſuam portans, ſed non peruenit ad locũ ſupplicij baiulando ſibi crucem. Angariauerunt enim (vt Lucas dicit & etiam Marcus) prætereuntem quempiam Simonem Cyrenẽũ venientem de villa, patrem Alexandri & Ruſi vt tolleret crucem eius. Cuius rei hæc fuiſſe cauſa præſumitur, vt ad ſupplicij locum celerius peruueniretur, adeò erant veloces ad effundendum ſanguinem. Chriſtus autem homo verus quum eſſet nimijs iam hucuſq; cruciatibus defatigatus (vti piè creditur) ſub crucis onere defecit. Vnde factum eſt vt huic Simoni baiulanda crux imponeretur. Porrò magnæ tunc opinionis fuiſſe videtur, quum filij quoq; eius quaſi iam noti omnibus deſignentur ex nomine. Huic ergo de rure ſeu villa redeunti portanda poſt Chriſtum crux impoſita eſt.

Quòdchriſti crucem Simõ portauit quid.

Et hoc quidem non abſq; certi deſignatione myſterij. Quia nimirum ipſe paſſus eſt pro nobis, relinquens nobis exemplum vt ſequamur veſtigia eius.

1. Pet. 2.

Et quia Simon iſte non Hieroſolymita ſed Cyrenæus eſſe perhibetur (Cyrene enim Lybiæ ciuitas eſt, vt

Act. 2.

in Actis Apoſtolorũ legimus) rectè per eum populi Gentium deſignãtur. Qui quondam peregrini & hoſpites teſtamentorũ, nunc obediẽdo ciues ſunt & do-

Ephe. 2.

meſtici

mestici Dei. Et sicut per Apostolum dicitur. Hęredes quidem Dei, cohęredes autem Christi. Vnde & aptè Simon obediens, Cyrene, hæres interpretatur. Nec prętereundum est q̃ idem Simon de villa venisse refertur. Villa enim Græce pagos dicitur. Vnde paganos appellamus eos quos à ciuitate Dei alienos, & quasi vrbanæ conuersationis esse videmus expertes. Sed de pago Simon egrediens crucem portat post Iesum, quum populus nationum paganis ritibus derelictis, vestigia dominicæ passionis obedienter amplectitur. Rom.8.

Sequebatur autem illum turba multa populi & mulierum quæ plangebant, & lamẽtabantur. Turba hæc non vna eademq; mente sequebatur. Nam populus quidem sequebatur vt cuius mortem impetrauerat, morientem lætus aspiceret, ministri etiam huius turbæ pars erant qui eum pręmerent & cruci affigeẽt. Pontifices & Pharisęi vt eum blasphemijs, improperijs, & irrisionibus, vel morientem insectarentur. Plurimi verò idcirco sequebantur, vt in eius morte viderent mirabilia qui tanta viuens perpetrasset. Alij autem vt iniquè damnatum lugerent, quales erant hæ mulieres quæ ideo sequebantur, vt quem viuere desyderabant, morituri, morientem, & mortuum, plorarent. Nec solus eum mulierum planctus sequebatur, imò etiam innumerus virorum credentiũ cœtus de eius erat passione mœstissimus, sed ideo mulieres plauxisse præ cæteris referuntur, quia fœmineus quasi cõtemptibilior sexus liberius poterat præsentibus Sacerdotum Principibus & magistratibus quod contra eos senserit ostentare. B Luc.23. Christum turba multa dispari voto sequitur.

Verum quia nouit Dominus qui sunt eius, prętermissa furentis populi turba, ad amantes plangentesq; se fœminas oculos & ora cõuertit di. Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vosipsas flete & super filios vestros. q. d. Ne me morituru lamentemini, cuius cita resurrectio mortem superare potest, Luc.23.

cuius

cuius mors & omnem mortem & ipsum mortis de-
structura est authorem. Vosipsas potius vestramq;
progeniem ne in meæ crucis vltionem cum perfidis
æterna morte damnetur, dignis lachrymarum fonti-
bus abluite. Notandumq; quum filias Hierusalem ap
pellat, q̃ non solæ quæ cum eo venerāt è Galilæa, sed
& eiusdem vrbis ciues ei mulieres adhæserint.

Duplex hominum turba nunc Christum sequitur.

Et nunc quoq; quasi immolandum Iesum duplex turba prosequitur, quum eius passionis historiam alij tanq; fabulas, alij lachrymantibus (vt decet) oculis le-
gunt, audiunt, recolunt. Sequitur.

C

Prædicit Christus Iudaicę gẽti mala vẽtura. Luc. 21.

Quia ecce veniẽt dies in quibus dicent: Beatæ ste-
riles & ventres qui non genuerũt, & vbera quæ non
lactauerunt. Tunc incipient dicere mõtibus cadite su
per nos, & collibus operite nos. Dies à Romanis ven
turæ obsidionis & captiuitatis significat, de quibus
inter alia discipulis prius dixerat. Tunc qui in Iudæa
sunt fugiãt in mõtes, & paulò post. Væ aũt prægnan-
tibus & nutriẽtibus in illis diebus. Quia & naturale
est imminente captiuitate, hostilíq; per agros vrbesq;
gladio clade feruente, cunctos qui euadere queant alta
quæq; vel abdita, quibus abscondantur refugia con-
quirere. Vnde & Iosephus refert insistentibus sibi
Romanis Iudæos cauernas certatim montium col-
liumq; petisse speluncas, ita vt & semetipsum testetur
munitiore quodam destructæ vrbis Iotopatæ in spe-
leo cum quadraginta comitibus proditum, inuentũ,
atq; ab hostibus captum. Sequitur.

C

Lignũ viride Christus, aridũ pctõres.

Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid
fiet? Viride lignum seipsum suosq; electos: aridum
verò impios & peccatores significat. Si ergo ipse, in-
quit, qui peccatũ non feci, qui lignum vitæ meritò di-
cor, sine igne passionis à mundo non exeo, quid putas
eos manere tormenti qui fructibus vacui, ipsum insu-
per vitæ lignũ flammis dare non timent? Si nunc est
1. Pe. 4. tempus (inquit. b. Petrus) vt incipiat iudiciũ à domo
Dei, quis finis eorum qui non credunt Euangelio?

Circa

CIrca ſecundum quartæ partis membrum quod eſt Chriſti Dñi noſtri ſub inſigni titulo crucifixi à Iudęis impia ſubſannatio, Mar. ſta proſequitur. Et perducūt illum in Golgotha locū quod eſt interpretatum Caluariæ locus. Locus erat à morte damnatorū dictus Caluariæ locus, à capitibus eorū qui ibidem puniebātur. Propterea aūt ibi crucifixus eſt Dñs vbi prius erat area damnatorū, vt ſicut pro nobis maledictum crucis factus eſt & flagellatus & crucifixus, ſic pro oīm ſalute quaſi noxius inter noxius crucifigitur. Propter quod etiam ducebantur ad mortem & alij duo, nequā, cum eo. Et licet hoc factum ſit dolo Iudæorū, vt per hoc Chriſti nomen fuſcarēt, & ipſe affinis fuiſſe videretur maleficio, Deo tamen diſpenſante propter iam dictam cauſam hoc actum eſt, ſicut etiā prędictū fuerat p Prophetā. Et cum ſceleratis reputatus eſt, imō & tanquā ſceleratorum maximus in medio latronum crucifixus eſt. Sed reuera ideo cum iniquis reputatus eſt in cruce, vt iniquos iuſtificaret ſua nſorte, qui quum in forma Dei eſſet, propter homines homo factus eſt, vt hominibus poteſtatem daret Dei filios fieri.

Mar. 15. Caluariæ locus.

Luc. 23. Dolus Iudæorum.

Eſa. 53.

Phil. 2.

D

Verum priusq; crucifigerēt (vt Matth. refert) dederunt ei vinū bibere cū felle mixtū, & quum guſtaſſet noluit bibere. Cuius rei cauſam nonnulli hanc eſſe volunt quia per Salo. fuerat dictum. Date ſicerā mœrentibus, & vinū iis qui amaro ſunt corde, vt bibant & obliuiſcātur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius, ſeniores Iudęorū ſtatuerāt vt morte damnatis vini poculum daretur. Fuiſſe proinde in Hieruſalem matronas nōnullas pietati ſtudentes, quę myrrhatū (vt Mar. dicit). i. forte vinū obtulerant, ſed mortis Chriſti impiſſimos miniſtros vnā cū Iudæis nimia crudelitate atq; inuidia motos, illud ebibiſſe, & Chriſto Dño loco illius dediſſe vinum cum felle mixtum, vt impleretur ſcriptura quæ dicit. Dederunt in eſcam meā fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.

Priusq; crucifigerent potū ei dederunt.

Prouer. 31.

Pſal. 68

Quod autem dicit Marcus, & non accepit, & non est contrariũ ei quod dicit Matth. Et quum gustasset noluit bibere. Nam gustauit quidem vt Matth. testatur. Et vt Marcus dicit non accepit. Quo mystice nobis insinuatur, ꝙ gustauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem, sed tertia die à morte resurgens, non iam vltra moriturus, mortem prorsus à se remouit.

Crucifixꝰ Christus nudus.

¶ Post hæc aũt vestibus nudatũ Christum Dominum ligno crucis quasi agnũ altari superpositũ sacrificantes, manus eius & pedes clauis ferreis dirè confodientes affigunt. Hoc quippè mortis genere ad regni sui gloriam se peruenturũ prædixerat. Sic exaltatus à terra omnia ad se tracturus erat. Sic aëreas potestates debellaturus, ipsum etiam chirographũ decreti quod erat contrarium nobis suo sanguine deleuit, affigens illud cruci. Sic deniq; arbori crucis sublimis terræ fructus restitutus est, vt in ligno crucis per sanguinem suum & mortem Dei filius crimẽ expiaret quod nostri generis primi parentes in fructu ligni vetiti offendentes, contraxerant. Decentissimum quippè fuit salutem humani generis in ligno crucis constitui, vt vnde mors oriebatur inde vita resurgeret, & qui in ligno vincebat in ligno quoq; vinceretur.

Ioan. 12. Cur exaltatur christꝰ in cruce. Col. 2. Gene. 3.

E

¶ Sed dominicæ passionis seriem prosequamur. Milites ergo (inquit Ioan.) quum crucifixissent eũ, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partem. Et tunicam. Erat aũt tunica inconsutilis desuper cõtexta per totũ. Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Acceperunt nimirum vestimẽta eius pro magnæ victoriæ spolijs & ea sibi diuiserunt milites robusti & fortes, ꝙ ea poterant lucrosè venundare. Non enim vilia putabantur vestimenta, de quorum fimbrijs cõtactis virtus exire consueuerat. Nec vtiq; tunc in illo spectaculo deerant, qui ad comparãdum ea certatim se ingererent. Nam vt taceam de matre & discipulo quem diligebat Iesus stantibus iuxta

Christi vestimenta non vilia.

Mat. 9.

crucem

crucem eius, stabant (inquit Lucas) etiam omnes noti eius à longè, & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa hæc videntes. Adeò tanquam reus & peccator proscriptus est Dominus, vt nec vestimenta sua charis suis pro magno thesauro seruaturis dijudicare sibi licuerit, sed in corpore suo saturatus opprobrijs, sua quoq; vestimenta in mercedem vidit cedere interfectoribus suis. Subdit Ioannes.

Vsq; adeò proscriptus Christus.

¶ Vt scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem. Ac si diceret: Adeò crudeles fuerunt, adeò consyderantes & inspiciētes me absq; vlla miseratione steterunt, vt vestimenta mea diuidentibus, sortes quoq; mittere vacauerit. Videlicet hoc pertinebat ad fidelitatem imperij, vt regem Iudæorum non solum obtemperanter, verūetiam gaudenter interficerent milites Romani. Huic ergo direptioni dum vestimenta Domini diuidunt tunicā tamen non scindunt, hæreticorum temeritatem comparare licet. Qui quāuis scripturā sacrā in prauos sensus suos distraxerint, tamen fidem Christi vel catholicā eius Ecclesiam scindere non potuerūt. Plura nanq; Domini vestimenta multa scripturarū (quibus vnū Dei verbum indutū est) significāt volumina. Tunica verò inconsutilis desuper cōtexta per totū, vnā integrā atq; inuiolabilem catholicæ Ecclesiæ fidem congruè designat. Sequitur.

Militum Pilati crudelitas.

Hæreticorum temeritas.

Tunica domini incōsutilis.

¶ Et milites quidem hæc fecerunt. Sic sacer Euangelista facta impiorū terminat. Hæc quidem, inquiens, milites fecerūt, vt subaudiēdum sit, & quid post hæc facerent non habuerūt. Corpus crucifixerūt, & præda tulerunt, sed fortitudinem Dei, verbum Dei, verbum Deum, cum anima sua occidere non potuerūt.

¶ Et crucifigunt cū eo duos latrones, vnū à dextris, & alium à sinistris eius. Quantumlibet iniqua voluntate Iudæi calumniā struxerint Christo, crucifigentes eum in medio latronū, nihilominus tamen ipsa crux non solum tormentum iudicati, sed iudicātis quoq;

Mat. 15. F

Duo latrones quid.

quoddam tribunal extitit. Alterum nanq; illorum (sicut postmodum dicetur) sceleratorum, misericorditer assumpsit, alterum iuste dereliquit. Futuri proinde magni iudicij figura fuit, vbi cœlestis ipse iudex inter pios & reprobos iustè iudicaturus, statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris.

Mat. 25.

Titulus Christi dominj crucifixi.

Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc titulum multi legerunt Iudæorum quia propè ciuitatem erat locus vbi crucifixus est.

Ioan. 19.

Hunc titulum alio spiritussanctus consilio dictauit, atq; alio sensu Pilatus conscripsit. Gloriari nanq; se sperabat in hac malitia, & hoc titulo manifestius futurum & clarius Cæsari annunciãdum se pro fide eius occidisse hominem, quem multa gentis illius turba cum ramis palmarum excipiens regias illi laudes acclamauerat, Christum esse existimans quem per Prophetas promissum expectabat. At verò spiritussanctus bene vtens maligni scriptoris manu hunc titulum fecit, qui cœlo & terra transeuntibus non transibit, quia Iesus Nazarenus. i. saluator & verè sanctus, Rex Iudæorum per crucem suã est effectus. Regium quippè pendentis in cruce nomen hoc innuit, quia per mortem crucis non perdiderit, sed confirmarit potius & corroborarit imperium. Vnde Apostolus

Intẽtio spiritussancti in hoc titulo.

Phil. 2.

quum ignominiam crucis describsisset, adiunxit. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen.

Cur titul⁹ tribus in linguis descriptus,

Nam quod hoc nomen & hic titulus scriptus erat Hebraice, Græce, & Latine, hoc est quod idem Apostol. subsequutus annectit. Et omnis lingua confitea-

tur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Porrò his dictis tribus linguis Christi titulus scriptus fuit propter earũ eminentiã præ linguis alijs. Hebraica siquidem lingua tunc eminebat propter Iudæos de scientia diuinæ legis gloriantes. Lingua Græca, propter Gentiũ sapientes, Lingua verò La-

tina,

tina, propter Romanos omnibus fermè Gentibus tunc imperãtes. Futurum quippè erat, & iam hoc titulo præsignabatur, q̃ & legis mysteria, & mundi sapientia, pariter & mundana potentia, atq̃ omnia regna mũdi huic regi forẽt obsequutura atq̃ subijcienda. Itaq̃ velint nolint Iudæi omne mundi regnũ, omnis mundana sapiẽtia, oĩa diuinæ legis sacramenta testantur, quia Iesus rex Iudæorũ per crucem sũ effectus est. Iudęorum inquã, non eorũ qui se Iudęos esse dicunt & nõ sunt, sed sunt synagoga Sathanæ, sed Iudæorũ qui in veritate confessores Dei sunt. Sequitur. Apoc. 3.

Dicunt ergo Pilato Pontifices Iudęorũ: Noli scribere rex Iudęorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iudęorum. Titulum bonum & bene scriptum corrumpere voluerunt sic intercidendo, Iesus Nazarenus qui dixit Rex sum Iudæorũ. Quasi verò Pilatus nescisset à turbis illum fuisse regem conclamatũ, quando venienti Hierosolymam exierunt obuiã cum ramis palmarum & eum à plærisq̃ esse creditum qui fuerat rex promissus oraculis Prophetarum. G Ioan. 19. Titulus christi corrumpi nõ debuit.

Respondit Pilatus. Quod scripsi, scripsi. Ergo Pilate stabile & fixum vis esse q̃ regem Christum occidendo expectationem Israël interfeceris, & oracula vatum incerti (vt putabas) Dei cassaueris, dicentium de hoc rege q̃ magnũ habiturus esset regnum, verbi gratia, quia dominabitur à mari vsq̃ ad mare, & à fluminovsq̃ ad terminos orbis terrarũ. Hæc & huiusmodi præconia Christi sic tu audisse poteras, quo modo & Herodes, qui venientibus ab Oriente Magis vltro conuocãs Principes Sacerdotũ & Scribas populi scisciṫabatur ab eis vbi Christus nascerẽtur. Quod ille efficere nõ potuit illusus à Magis, tu te prudenter egisse putasti. Frustrabitur te spes tua, quia nec huius occisi regis Iudęorum iudiciũ effugies, nec saltem Cæsaris tui mensa pro hoc facto vel scripto tuo familiarius fruiturus es. Fertur enim (vt superius tactum est) quia propter hoc Romã adductus à Tyberio Mala intẽtio Pilati de rege Iudæis promisso. Psal. 71 Mat. 2. Pilatus exilio damnat q̃ seipsum interfecit.

berio Cæsare exilio damnatus est, sententia tam intolerabili, vt per impatientiam inediæ, gladio sibimet mortem consciuerit. Itaq; maledictiones istæ manifestè super eum deciderunt quibus impiũ diuina scriptura deuouet, dicens: Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius. Sed inexsaturabilem aduersus Christum Iudæorum insaniam linguis suis in ipsum sæuientium (qui manu nihil iam amplius poterant) aduerte.

Iob. 18

Iudęorum in Christũ crucifixũ blasphemiæ.

H Prætereuntes (inquit Matth.) blasphemabãt eum, mouentes capita sua & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas. Salua temetipsum si filius Dei es, descendens nunc de cruce. Et hæc quidem insanũ vulgus. Principes aũt Sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus dicebãt: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Etiam nolentes confitentur q̃ alios saluos fecerit. Itaq; vestra vos ô Iudæi condemnat sententia. Qui enim alios saluos fecit, vtiq; si vellet seipsum saluare poterat. Si Rex Israël est, inquiunt, descendat nunc de cruce & credimus ei. Imò ideo se saluum facere de cruce descendendo noluit, quia ipse Christus Dei electus est, quia ipse Rex Israël est, quia ipse Dominus est, de quo per Prophetã fuerat prædictum, non q̃ de ligno descensurus, sed q̃ à ligno regnaturus esset.

Quare Christus de cruce descẽdere noluit.

Nam qui ideo venit vt pro omnibus crucifigeretur, ideo seipsum saluare & de cruce descendere noluit, quia cum cæteris peccatoribus etiam illos qui crucifixere saluare moriẽdo curauit. Descendat, inquiũt, de cruce & credimus ei. Fraudulenta ac mẽdax promissio. Quid est plus, viuentem de cruce descendere, an resurgere mortuum è sepulchro? Surrexit & non credidistis, ergo etiam etsi de cruce descenderit, similiter non credetis.

Gene. 9.

Figurę destructiõis christi crucifixi.

In huius derisionis Christi figuram scriptum est, quia cœpit Noë vir agricola exercere terrã, & plantauit vineam, bibensq; vinũ eius inebriatus est atq;

nudatus

nudatus, & ob hoc à Cham filio suo minore derisus. Propter quod ille à patre perpetuæ seruituti in filio suo addictus, graui maledicto subiacuit. Noë mundi saluator, Christus est, qui Deus verus quum esset, in terris visus in assumpta carne, & cum hominibus cõuersatus est, qui quasi colonus in terra iacto verbi semine sterilem prius mundum ad fœcunditatem iustitiæ suscitauit. Huius vinea illa est de qua Esaias ait: Vinea Domini sabaoth domus Israël est, quæ tamen in amaritudinem vitis alienæ postmodum degenerauit, quãdo ipsum suũ plantatorem non solum aceto felle mixto (vt dictum est) sed etiam amarissimo poculo mortis potauit. Qui nihilominus amore salutis omnium quasi ebrius, in cruce nudus pependit. Propter quod ab insipiẽtibus & malignis iudeis (vt hic patet) blasphematus & irrisus est. Sed nõ impunè. Nam quia sibi cœlitus missum saluatorem vticq; Dei virtutem & Dei sapientiã deriserũt, formidabili maledicto subiacentes, deterrima seruitute multati sunt. Eiusdem rei typus alter in Micol filia Saul apparuit, quæ nudatum atq; psallentem diuini honoris gratia regem Dauid, superbo corde, & ore blasphemo, despexit. Vnde & ipsa promeritum sterilitatis reportauit opprobrium. Ipsa est Iudaicæ gentis supercilliosa synagoga, quæ Dei filium patris sui beneplacito & honori se totum vsq; ad mortem accommodantem, in cruce nudatum irrisit. Digna quæ proinde accepto libello repudij sine prolis honore à Deo reiecta, opprobrium suum portaret. Sed ad redemptoris nostri memorandas passiones & contumelias redeũtes: quid Marcus dicat attendamus.

Vinea Noe Iere. 14.

Esa. 5.

Iudæi cum seruitute damnati.

2. Reg. 6. Micol vt sterilitatis pœnam meruit.

Et qui cum eo, inquit, crucifixi erant conuiciabantur ei. Vnde intelligimus primũ ambos Christo fuisse cõuitiatos, sed mox propter signa & miram Christi pro inimicis suis patrem orãtis clementiã & mansuetudinem, alterum latronem mente conuersum. Siquidem vt Lucas refert, vnus de his qui pende-

I Blasphemant latrones.

Latronū alter conuersus pœnituit.

bant latronibus blasphemabat eum, dí. Si tu es Christus saluum fac temetipsum & nos. Respondens aūt alter increpabat eū, dí. Neq; tu times Deū qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iustè: nam digna factis recipimus. Hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine memento mei quum veneris in regnum tuū. Quis huius latronis animū non miretur, imò iuuātis eū Domini gratiā quis dignè collaudet? Claui manus pedesq; in cruce ligauerant, nihilq; in eo nisi cor & lingua à cruciatu remanserat liberum, attamen inspirāte Deo totū illi obtulit quod in se liberū habuit, vt iuxta hoc quod scriptū est, corde crederet ad iustitiam, ore confiteretur ad salutem.

Mira latronis fides.

Rom.10.

In corde aūt fideliū tres summopere manere virtutes testatur Apost. dí. Nunc aūt manent fides, spes, charitas. Quas subita repletus gratia & accepit latro & seruauit in cruce. Fidem nanq; habuit qui regnaturum Dñm credidit quem secū pariter morientem vidit. Spem habuit qui regni æterni aditū postulauit. Charitatem quoq; in morte sua viuaciter tenuit, qui fratrem & conlatronem moriētem & de iniquitate sua arguit, & ei vitam quam cognouerat prædicauit. Ille qui talis ad crucem venit ex culpa, ecce qualis à cruce recedit ex gratia. Confitebatur Dominum cuius non viderat maiestatem, cuius potentiā in virtutibus non agnouerat. Dominum, inquam, confitebatur eo præsertim tempore quo Apostoli qui hunc miracula facientem viderant, negabant.

1.Cor.13.

Virtutes in latrone.

Latronis fides comparatur.

Mira certè latronis fides. Crediderat Abraham Deo, sed de cœlo loquēti. Credidit Esaias & confessus est Dominū, sed sedentem super soliū excelsum, quum plena esset omnis terra maiestate eius. Credidit Ezechiel, sed vidit visiones sublimis Dei. Credidit Moyses, sed loquenti de medio flammæ rubi virentis, & rubus non adurebatur. Nihil horū iste vidit, & tamen agnouit in morte vitā, & supplicat, dí. Domine memēto mei quum veneris in regnū tuū.

Gene.15.
Esa.6.
Eze.1.
Exo.3.

Porrò

Porrò q̃ latronũ alter & blasphemabat Dominũ & nihilominus â cruciatu per eũ saluari (licet dubia mente) poscebat, alter vero illum digna inuectione redarguit, & Dominũ fideli supplicatione precabatur, hoc inquam vsq̃ hodie geri in ecclesia videmus, cum mundanis tacti afflictionibus veri simul & falsi christiani, illi quidem qui ficta mente dominicæ passionis sacramenta gestant, ad præsentis vitæ gaudia cupiunt liberari â Domino. At qui simplici intentione cum Apostolo nõ gloriantur nisi in cruce Domini nostri, ita potius præsentibus erumnis optant erui, vt spiritũ suum in manus sui commendent autoris, vnaq̃ cum ipso regni cœlestis desiderẽt esse participes. Vnde bene ille qui fide dubia Dominum precabatur funditus est contemptus â Domino, neq̃ vlla responsione dignus habitus. At vero preces illius qui æternã â Domino quærebat salutem, ipse mox exaudítione pia suscipere dignatus est. Quia nimirũ quicunq̃ in tribulationibus positi temporalia tantũ â Dño solatia requirunt, temporalibus se pariter & æternis gaudijs priuant. Qui autem veraciter ad bona patriæ cœlestis suspirant, ad hæc absq̃ vlla dubietate Christo miserãte peruenĩũt. De istorum duorum latronum exitu tam diuerso, Christo quod suum erat vtrique reddente Sedulius in carmine paschali pulchrè versibus cecinit dicens.

K

2. Christianorum genera â malis liberari per Christũ petunt.

Quin etiam, insontis latere ex vtroq̃ cruentos
Constituere viros, meritum non omnibus vnum
Hos faciat similes quanuis sententia, nanq̃
Inter carnifices sancto pendente latrones
Par est pœna trium, sed dispar caussa duorum.
Hi mundo sunt quippe rei pro crimine multo.
Huic reus est mundus saluatus sanguine iusto.
Supplicijsq̃ tamen rerum dominator in ipsis
Iura potestatis non perdidit, æquus vtrumq̃
Iudex nanq̃ tuens, hunc eligit, hunc reprobauit,
Amborum meritum præcelso examine pensans.

L

Dispar in cruce pendentiũ causa.

Vnus enim quem vita ferox nec morte reliquit
In Dominum scelerata mouens conuicia, dictis
Mordebat propriis, & tanquam setiger hircus
Ore venenoso vitem lacerabat amœnam.
Alter adorato per verba precantia Christo
Saucia deiectus flectebat lumina, tantum
Lumina, nam geminas arcebant vincula palmas,
Quem Dominus, ceu pastor ouem, deserta per arua
Colligit errantem, secumq; adducere gaudet.
Ambo igitur varium diuerso calle latrones
Aggressi facinus violentum grande patrarunt,
Infernas adit ille fores, adit iste supernas.
Ille profunda sequens penetrauit claustra gehennę
Abstulit iste suis cœlorum regna rapinis.

Interea vero qualis fuerit mundi facies pendente in cruce Domino Euangelistæ sancti non tacuerunt. Ait enim Matthæus.

Tenebræ super vniuersam terram.

A sexta autē hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsq; ad horam nonam. Addit autē Lucas dicens. Et obscuratus est sol. Euāgelistis asserentibus has tenebras factas esse super vniuersam terrā, palam est illos errare, nec esse audiendos qui dicunt eas duntaxat in Iudæa fuisse. Harum itaque tenebrarū primo modum consideremus deinde causam.

De modo illarum tenebrarū. Dionysius

Circa modū notemus q; illæ tenebræ, seu eclypsis illa solis, solito naturæ ordine non prouenit, sed miraculose. Facta est autem per interpositionē lunæ inter solem & terram, solis lumen à terra prohibentē. Scribit enim B. Dionysius in Epistola ad Policarpum, se per id temporis in Ægypto fuisse vnà cum suo collega Apollophane, viro vti & ipse erat, mundi et astrorum peritissimo, illicq; per diem se lunam ab oriente meridiem versus ascendentem vidisse, & per diametri lineā (.i. directe) soli se supponentē, et sic eclypsim .i. defectum solaris luminis per vniuersam terram fecisse. Et hoc quidem non solito ordine naturæ, sed grandi prodigio factum est, quod probatur.

Eclypsim illam miraculosam fuisse.

Primo.

Primo ex parte temporis, luna quippe tunc erat quintadecima, videlicet iam paulominus plena, opposita soli & maxime à sole distans, & sol ipse in meridie, luna vero tunc erat subtus terram.

Secundo, ex parte ipsius lunæ solis lumen interci-pientis, quę contra naturę ordinem primum obscura-uit partem solis orientalem, & ab eadem solis parte vltime recessit. In eclypsi vero naturali, contrario mo-do fit.

Tertio, quia luna immobilis stetit subtus solem paulominus tres horas. In eclypsi vero solis naturali, continue luna mouetur sub sole.

Quarto, quia luna peracta eclypsi redijt ad orien-tem, quod omnino cōtra naturalem lunę cursum est.

Eclypsim illam fuisse vniuersalē toti orbi.

Quinto, ex parte loci, fuit enim eclypsis hæc vni-uersalis vt dictum est. Fuit enim in Ægypto B. Dio-nysio teste vt dictum est. Fuit Athenis. Vnde philoso-phi vtiq; naturę mundiq; periti exterriti: aut mundus inquiunt perit, aut naturæ autor Deus patitur. Qui etiam in huius prodigij memoriam aram fecerunt hunc titulum habentem, Ignoto Deo. Secundū Oro-sium fuit Romæ cum maximo terræ tremore. Et in-super vt Eusebius testatur eadem eclypsis fuit Bithi-niæ. Hæc autem loca, Aphricæ, Europæ, & Asię, (quę totius terrę membra vel maxima sunt) partes esse no-scuntur. Ægyptus enim in Aphrica, Roma in Euro-pa, Bithinią & Iudæa in Asia consistunt. Tantæ vero tenebrę illæ fuerunt, vt quo modo in nocte, ita & tūc stellæ liquido cernerentur.

Act. 17. Orosius Eusebius

De causa tenebrarū in morte Christi.

Porrò de caussa istarū tenebrarū dicit Beda. Cla-rissimū mundi lumen retraxit radios suos, ne aut pen-dentē videret Dūm, aut impij blasphemātes sua luce fruerentur. Itaq; lumen suum mundo sol negauit.

Sol cur lu-men suum negat.

Primo ℣ tunc indigna patiebatur Dominus cœ-lorum, cuius iniuriam sol quasi rationis capax, & ipse indignās, videre nō potuit. Nec dignū erat vt ad in-terficiendū cœli & terrę creatorē, impijssimis homi-cidis

cidis imò & deicidis, creatura cœlestis inseruiret.

Secũdo, vt insensibilis natura creatori suo patienti & ipsa quodammodo compatiens, dura mortalium corda ad compassionem inuitaret.

Tertio, vt per sui luminis negationem creatoris iniuriam (quantum potuit) suo modo vindicaret. Nec hoc mirum esse videatur si propter iniuriam illatam filio Dei tenebræ trium horarũ factę sunt in vniuersa terra, quum propter iniuriã factam filijs Israel fuerint tenebræ palpabiles tribus diebus in vniuersa terra Ægypti. Exo. 10.

Quarto vt moriente vniuersorũ Domino sol ipse quoad potuit luctum faciens, totum mundũ tenebrarum caligine, quasi pulla veste obuolueret. Vnde canit idem qui supra in hymnis paschalibus Sedulius.

Hunc elementa sibi meruerunt cernere vultum
Auxilijs orbata patris, lætata per ortum,
Mœsta per occasum, nam lux vt tempore fulsit
Nascentis Domini, sic hoc moriente recessit.

Quid ni obscuraretur & quodammodo occumberet sol elementaris, occumbente per mortem sole iustitiæ Christo? Ego, inquit, quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Erat enim lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: quam quia Iudæi moliti sunt extinguere, sol mundo radios suæ claritatis abscondens, tenebras sempiternas mundo impiorum comminatus est. Vnde canit idem qui supra. Ioan. 12. Ioan. 1.

Interea horrendæ subito venere tenebræ,
Et totum tenuere polum, mœstisq; nigrantem
Exequijs texere diem, sol nube coruscos
Abscondens radios, tetro velatus amictu
Delituit, tristemq; impleuit luctibus orbem.
Tota sibi oppositum fratrem ꝙ Delia haberet
Quum suberat terris, super ille in culmine cœli,
Impia perpetuam timuerunt sæcula noctem.

Circa

CIrca tertiū quartę partis membrum quod est Christi redemptoris nostri extremum in cruce trahentis spiritum, nouissimorum verborum notanda prolatio, attendant vniuersi fideles, vti decet filios bene amātes, suum benignissimum patrem in cruce pendentem septem nouissima verba nullo vnquam tempore ipsorum memoriæ abolenda proferentem, verba vtiq; plena consolationis, & pietatis. N

Primum verbum (vt Lucas refert) iam crucifixus & à principibus sacerdotum et senioribus & scribis & populo, imò & à latronibus blasphematus & irrisus, inter cruciatuum suorum angustias, pro inimicis & sui interfectoribus orans eloquutus est dicens. Pater dimitte illis. Non enim sciunt quid faciunt. Intentionem excusat apud patrem, vbi operis enormitas nullam excusationem admittit. Nesciunt, inquit, quid faciunt. Non ergo pro eis qui liuoris ac superbiæ stimulis accensi, crucifigere q̄ confiteri maluerūt quem esse filium Dei intellexerunt preces obtulit patri, sed pro illis qui zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam, nesciebant quid faciebāt. Imitare ergo Dominum Deum tuum & pro inimicis intercede, & si necdum potes, saltem caue ne contra illos vel optare vel orare præsumas. Sic enim quotidianis profectibus auctus ad illud quandoq; Domino iuuante peruenies, vt etiam pro illis intercedere possis. Orat pro dilinquētibus ex ignorantia. Rom. 10.

Nesciunt, inquit, quid faciūt. Et quidem quisquis alteri nocumentū infert, nescit quid facit. Nescit enim quantum reatum sibi, quanti meriti occasionem acquirat illi. Pater, inquit, ignosce. Respondere patrem puta. Fili mi, nonne scriptum est, Quicunque effundit humanū sanguinem effunderur & sanguis eius? Respondet filius. O pater ignosce. Rursum dicat pater. Scriptū est in lege. Quicunq; blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, Respōdet interpellās filius. Gene. 9 Leuit. 24 Christus orans pro inimicis exauditur.

Pater

Pater ignoſce, quia neſciunt quid faciunt. Nec̃ putandum eſt eum hæc patrem fruſtra oraſſe, ſed in eis qui poſt eius paſſionem credidere quod orabat impetraſſe.

Secundū verbum (vt idem Lucas refert) locutus eſt in cruce Dominus, ſupplicanti reſpondens latroni. Quū enim ille mira fide & ingenti ſpe (nimirū hinc compunctus q̃ audiſſet pro inimicis orantem) ſupplicaſſet dicens (vt præmiſſum eſt) Domine memento mei, quum veneris in regnum tuum. dixit illi Ieſus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Ecce pulcherrimum affectandæ conuerſionis exemplum, q̃ tam cito latroni venia indulgetur, & vberior eſt gratia q̃ precatio. Semper enim plus Dominus tribuit q̃ rogatur. Ille enim rogabat vt memor ſui fuiſſet Dominus quū veniſſet in regnū ſuum, Dominus autem ait, Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. Vita eſt enim eſſe cum Chriſto, quia vbi Chriſtus ibi regnū. Ex hoc verbo patet q̃ nec acerbitate dolorum, nec improperijs blaſphemantiū, Ieſu clementia potuit exacerbari. Quid enim in theſauris ſuæ bonitatis reperiri potuit dulcius, quid conſolatoriū magis proferri? Amen dico tibi. Primo præmittit iuramentum. Secundo aſſerit celeriter implendū fore promiſſum, dum ait, Hodie. Tertio, ſemetipſum illi promittit ſocium dicēs, Mecum. Quarto, exprimit ſummæ fœlicitatis locum, dicens. In paradiſo.

Luc. 23.

Plura dūs cōcedit q̃ rogetur.

O

Tertium verbū (vt Ioan. ſcribit) ad matrem ſuam Chriſtus è cruce protulit & ad diſcipulum quem diligebat. i. ad ipſum Ioannem. De quo ipſe ſic dicit. Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, et ſoror matris eius Maria Cleophæ & Maria Magdalene. Stabat, inquit, mater iuxta crucem filij, nimirū vehementer dolens, & dolores tanquam parturientis habens. Cruce nanq̃ eius nimiū ipſa cruciabatur ſicut ei prædixerat Simeon, & tuam inquiēs ipſius animam pertranſibit gladius. Stabat ergo iuxta crucem filij intentis in

Doloreſaucia aſtat mater filio crucifixo.

Luc. 2.

eis in eum oculis & corde, & filij dolores quasi sui es-
sent vulnerato corde persentiens, dilectissimum vir-
ginalis uteri sui filium, quem toties cum tanta dulce-
dine & gaudio fuerat intuita, nunc sibi ablatum & in
crucis patibulo membris omnibus distentum clauis-
que confixum quasi latronem, diris cruentum vulne-
ribus, vix iam & ipsa semianimis præ dolore, mater
multo lachrymarū imbre genas sinumq; perfusa con-
templatur, quasi intra se dicens, Iesu fili mi, fili mi Ie-
su, quis mihi det vt tecum moriar, & dolorum tuorū
partem ipsa subiens, immeritas has tuas pœnas leua-
re possim Iesu fili mi, Fili mi Iesu. Sed qualiter inte-
rim putamus fuisse affectam mentem filij eius erga
suam viscerosissime dilectam matrem & talem ma-
trem qualis alia nulla, matrem. s. virginem filioq; suo
per omnia (quantum fieri poterat) simillimam? Aspi-
ciebat nimirum & ipse hanc vultu atque oculis (vti
tunc erat) lachrymis & sanguine perfusis. Heu quan-
tum mutatus ab illo Iesu in quem (quippe speciosum
forma præ filijs hominum) ipsi quoq; desiderant an-
geli prospicere. Dixerit itaq; matri suæ illo quo ipse
tunc erat habitu, dixerit inquam id, quod ante spiritus
eius per Prophetam suum sui nimirum patientis ty-
pum præferentē fuerat elocutus. Vę mihi mater mea, Iere. 15.
quare genuisti me virum rixæ, virū discordiæ in vni-
uersa terra? Nō fœnerauī & nō fœnerauit mihi quis-
quam. i. quæ mea sunt non quæsiui, sed quæ aliorum.
Omnes maledicunt mihi dicit Dominus, Hæc ille.

Ipse itaq; qui iam pro blasphemantibus et se inter-
ficientibus patrem vt illis ignosceret fuerat depreca-
tus, & subinde latroni confitenti atq; supplicanti do-
nauerat regnum, & ipse inquam flebilem sui genitri-
cem virginē, affectu viscerosissime amātis filij tandē
alloquitur, vicariū illi pro se filium stabili testamēto Matri dis-
cōmendans. Vnde ait ipse (quē iam tunc in suū fratrē cipulū suū
adoptatū, eidē suæ matri legauit in filiū) dilectus sibi pro se filiū
discipulus B. Ioan. dicens, Quum vidisset ergo Iesus deputat.

ma-

p matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Si quæris quo iure discipulus quem diligebat Iesus, vel matris Domini filius, vel ipsa mater eius est. Vtiq; quia in passione vnigeniti, vbi vere dolores vt parturientis omnium nostrũ salutem beata virgo peperit planè omniũ nostrum mater est. Igitur quod de hoc ipso discipulo dictum est ab eo qui iustissime curã suæ matris habebat, mulier ecce filius tuus, itemq; ad eundem discipulum ecce mater tua, recte & de alio quolibet discipulorũ si præsens adesset dici potuisset. Nisi quia pulchrius huic, quippe virgini virgo debuit commendari. Audi ergo vnde gaudeas quisquis es credens in Christũ tametsi peccator. Dicit & tibi pro te moriens saluator. Ecce mater tua. Ergo & ipse Iesus frater tuus est, & pater eius tuus pater est, & regnum eius, hæreditas tua est, & gratia Marię thesaurus tuus est. Ergo cole eam & venerare, & ex hac hora accipe eam in matrem tuam, vt & ipsa te accipiat sub protectionem suam. Ei nempe mandauit de te filius suus redemptor tuus è cruce dicens: Ecce filius tuus. q.d. Ne hunc supernæ iustitiæ districtio pro peccatis feriat, tu memor eorũ quæ me nunc pro peccatoribus pati vides, intercessionis tuæ defensione, ne pereat seruare memento.

Qua ratione Maria omniũ credentiũ mater est.

Q Quartum Domini verbũ in cruce prolatũ describens B. Mar. dicit. Et hora nona (pro quo Mat. habet circa horã nonam) exclamauit Iesus voce magna dicens. Eloi, Eloi, Lammaazabtani? quod est interpretatum. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Nemo putet Dei filium aliquo dolore impatientiæ motum, aduersus patrem querelæ verba deprompsisse, aut Deum ipsum assumptam sibi in vnitate personæ humanitatem dereliquisse, sed loquitur humanitas pœnæ suæ grauitatẽ indicans, quæ ita graiter cruciabatur ac si diuinitati vnita non esset. Non

ergo

ergo mireris verborum humilitatem, quærimonias derelicti, cum formam serui scies, scandalum crucis videas. Sicut enim esurire & sitire & fatigari nō erāt propria diuinitatis sed passiones corporales, ita & quod dicitur, vt quid me dereliquisti, corporalis vocis erat propriū, quia solet secundū naturam corpus nullatenus velle à sibi coniuncta vita fraudari. Saluator ergo hoc dicens, solummodo per hoc ostendebat corporis fragilitatem, manens ipse virtus et sapientia Dei. Itaque vt homo loquitur nostros circumferens motus, q̄ in periculis positi à Deo nos deseri putamus. Vt homo turbatur, vt homo flet, vt homo crucifigitur.

Vt quid me dereliquisti cuius sit vox 1. Cor. 1.

Non paruum proinde hinc nostræ pusillitati solatium relictum est, qui quoties qualibet tribulatione premimur, à Deo nos suspicamur esse derelictos. Sed nō ita est. Nam sicut filium pater in cruce tametsi pœnis exposuit non dereliquit, sic etiam de quolibet adoptionis filio per Prophetam loquitur dicēs. Quoniā in me sperauit liberabo eum, protegā eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Derelinquitur autē ad tempus Christus Dominus noster in pœnis, vt humanitas diuinitati coniuncta permittatur pati quod humanitatis est, & vt ipsi à calamitatibus & pœnis ad beatam æternamq; vitam assumamur.

Hīc nobis consolatio Psal.

Et quidam, inquit, de circumstantibus audientes, dicebant. Ecce Heliam vocat. Non omnes, sed quidā hoc dicebant quos arbitramur milites fuisse Romanos nō intelligentes sermonis Hebraici proprietatē, sed ex eo quod dixit, Heli, Heli, putantes Heliam ab eo inuocatum. Sinautem & Iudæos qui hoc dixerunt intelligere volueris, et hoc more sibi solito faciunt, vt Dōm imbecillitatis infamēt, qui Helię auxilium deprecetur. Vnde & dicunt, Sinite videamus an veniat Helias ad deponendū eum. Hac nimirum voce Christum

Mat. 15.

Calumnię occasionē vnde accipiāt Iudęi.

ſtum alienę opis egentem blaſphemant, quam confe-
qui non poſſit.

R Quintum verbum à Domino crucifixo prolatum Ioan. deſcribit dicēs. Poſtea ſciens Ieſus quia conſummata ſunt omnia vt impleretur ſcriptura dicit. Sitio. Sciens, inquit, quia cōſummata ſunt omnia, ſubaudi, quæ oportebat vt fierent antequā acciperet acetum, & traderet ſpiritum, atq; vt hoc etiam conſummaretur qđ ait Propheta, Et in ſiti mea potauerunt me aceto. Sitio inquit. Ac ſi diceret. Hoc minus feciſtis, date quod eſtis. Iudæi quippe ipſi erant acetum, degenerantes à vino patriarcharum & prophetarum, tanquam de pleno vaſe de iniquitate mūdi huius impleto cor habentes velut ſpongiam cauernoſis quodammodo atq; tortuoſis latibulis fraudulentā. Vnde ſanctus Euangeliſt. ſubſecutus adiungit.

Pſal. Iudæi acetū Chriſto porrigētes

Vt p̄ ignaros omnes prophetiæ de Chriſti paſſiōe implentur.

Vas ergo poſitum erat aceto plenū. Illi autē ſpongiam plenam aceto, yſopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Illud mirandū eſt in illis dominicæ paſſionis miniſtris, imò in illo quo cuncta hæc diſpoſita fuerāt conſilio diuinitatis, q̄ tam ordinate & tam integre omnia peregerūt ac ſi ſe cunctas in illo iuraſſent implere voces prophetarū. Quomodo autē ori eius à terra in cruce exaltati ſpongiam apponere potuerint Mat. Euāg. manifeſtius edicit, videlicet quia ſpongiā circūpoſuerūt arundini. Hæc ita faciētes, ſatis aperuerunt quāto felle amaritudinis ipſorū p̄cordia redundarēt, & q̄ vere nō iam vinea Dñi Sabaoth illa domus Iſrael eſſet, ſed de vinea Sodomorū vinea eorū, quæ expectata vt faceret vuas fecit autem ſpinas & labruſcas.

Iudic. 15. Chriſti in cruce ſtientis typus.

Porrò ſtientis in cruce Chriſti typū prætulit hoſtium ſuorū victor Samſon. Is enī cū grandē hoſtiū ſtragem dediſſet, ſitis periculo laborās, tu Dñe, inquit, dediſti in manu ſerui tui ſalutē hanc maximā, & en ſiti morior. Chriſtus enim ſalutē humani generis operatus in cruce, principe videlicet tenebrarū ſuperato,

in ſiti

in siti.i.desiderio salutis oim nostrū mortem excepit. Ergo sitis tua Dñe salus mea est, cibus tuus redēptio mea. Coronā spineā sustines, de vulneribus tuis taces, & sitim clamas. Dixeras ante mulieri Samaritanæ quæ tibi poscēti aquæ potū negauit. dixeras inquam. Mulier si scires donū Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo & dedisset tibi aquā viuam, & nunc qui fontiū & fluminū creator es, nec hausto saltē aquæ frigidæ vales obtinere. Nā spongiam aceto plenā obtulerūt ori tuo, videlicet vt illa sacra lingua tua quæ verba vitę æternę habet, quę sola remanserat vt pro peccatoribus oraret, & ipsa fel lis & aceti amaritudine vexaretur. Sitiebat sanè Dñs iam morti vicinus non modo salutē oim electorū (vt dictū est) sed etiā naturaliter & vere sitiebat, quippe q̄ inter impiorū manus tot & tantis molestijs & ludibrijs fatigatus, ac postmodū crucifixus è sacris vulneribus sanguinem iam penè totum effuderat.

Ioan. 4.

Nec lingua quidē christi â cruciatu immunis.

Sed inter hæc pensemus qualiter affecta fuerit pia mater ipsius quę (vt dictū est) iuxta crucē filij stās, hęc audiebat, nec subuenire valebat. Olim paruulū lactauerat vbere de cœlo pleno, cui iam extremū trahenti spiritum spongia plena ministratur aceto.

S

Sextum verbum post hæc elocutus est, de quo dicit idem Euangelist. Quū ergo accepisset acetū dixit. Consummatū est, videlicet, quicquid dispositū fuerat me secundū scripturas pati. Consummatum quippe est opus veritatis. Veritas enim per Iesum Christum facta est, qui legis per Moysen datæ figuras & vmbras impleuit veritate. Consummatum est etiā opus charitatis, charitatis inquam qua maiorem nemo habet, q̄ vt ponat animam suam pro amicis suis. Denique consummatū est opus acerbissimæ pœnalitatis, & tanti doloris, vt hinc Propheta in ipsius persona loquens merito dixerit, O vos omnes qui trāsitis per viam, attendite & videte si est dolor similis sicut dolor meus. q.d. O pater opus iam consummaui quod

Opus triplex i christi morte cōsummatum.

Ioan. 15

Tre. 1.

Ioan. 17.

dediſti mihi vt facerē. A quo me nec pœnarum acerbitas, nec diſcipuli traditoris peruerſitas, nec ipſa ingratiſſimæ Iudaicæ gentis malignitas, nec me oppri mentium atq; interficientiū crudelitas, nec amatæ parentis flebilis calamitas, nec luctus & deſolatio amicorum, nec exultatio inimicorum potuit abſterrere. Nimirū tribus horis viuens in cruce ſuſtinuerat, & ſanguine exhauſto, mercator promptus redemptionis noſtræ precium effuderat, vnde & iam exhalaſſet ſpiritum, niſi in ſua fuiſſet poteſtate horam qua vitam hanc finiret eligere. Ergo cōſummatum eſt, inquit, ô pater quod mandaſti, & adhuc ſi quid vltra iubes faciam. Ego enim in flagella paratus ſum. Si tibi placet reuoca me ad te. Putemus reſpōdiſſe patrem. Veni ad me fili mi dilecte in te complacuit mihi. Omnia bene feciſti. Veni & accipe poteſtatē & honorem & re-
Dani. 7. gnum, omnes populi, tribus, & linguæ, ſeruient tibi. Poteſtas tua, poteſtas æterna quę nō auferetur, & regnum tuum quod non corrumpetur.

CIrca quartū quartæ partis membrū quod eſt ipſius autoris vitæ (emiſſo cum magno clamore ſpiritu) exanimatio, illud attenta mēte penſemus, videlicet quo agone iam hora ſuprema vita ipſa mortem ſuperatura, cum morte decertauerit. Cœpit enim Deus homo, & homo Deus, in ſimilitudinem hominū factus, more morientium induere pallorem, liuorem in labijs, languorē in oculis, ſentire tremores & anguſtias cordis, cœpit is qui Dei virtus eſt viribus deficere, nunc claudere languentes oculos, nunc aperire, nunc in hanc, nunc in illam partem ſacrum caput inclinare. Et quia non habebat vbi caput ſuum reclinaret, tandem illud in ſacrū pectus ſuum demittens, inclinauit. Nimirū caput inclinauit, tum propter peccatorū omnium noſtrū quę perferebat grauitatē, tum propter exhibendā quam ſemper docuerat verbo & exemplo, humilitatem,

Habitus Chriſti morientis

Mat. 8.

Cur inclinato capite chriſtus moritur.

tum

cum (ſicut dictum eſt) propter inopiam & paupertatem, tum propter deſignandam omnium vere pœnitentium ad reconciliationis oſculum ſuſceptionē. Et quum officia pietatis quaſi teſtamenti iure diſtribuiſſet, videlicet, perſecutionem apoſtolis, pacem diſcipulis, corpus ſuum Iudæis, veſtes crucifixoribus, latroni paradiſum, peccatoribus infernū, pœnitentibus veniam, matri virgini vicariū pro ſe filiū, nihil aliud ſupererat, niſi vt animam patri commendaret.

Septimum itaq; atq; nouiſſimum verbum proferendum reſtabat de quo Lucas dicit. Et clamans voce magna Ieſus ait. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hæc dicens expirauit. Patrem inuocando, filium Dei ſe eſſe declarat. Spiritū vero commendando, non defectum ſuæ virtutis, ſed confidentiam eiuſdē cum patre poteſtatis inſinuat. Amat enim dare gloriam patri, vt nos doceat gloriam dare creatori. Commendat itaq; patri ſpiritum, iuxta quod in ſpe reſurgēdi exultās, in Pſalmo loquitur dicēs. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Pſal.

Christus ſupremo ſermone ſe filium Dei eſſe probauit.

CIrca quintam enarrationis paſſionis Chriſti partē (in qua dicendū eſt quemadmodum crucifixi Domini poſt mortem innocentia atq; diuinitas, mox & humana confeſſione comprobata eſt, et admirandis ſignis) quatuor ſunt conſideranda. Primum eſt recta de Chriſto moriente Centurionis cōfeſſio. Secundū eſt admiranda ſignorum in Chriſti morte oſtenſio. Tertium eſt exanimati Domini in cruce per lanceam militis lateris apertio. Quartum eſt reuicturi corporis Domini venerāda ſepelitio.

Circa primum B. Marcus proſequitur dicēs. Videns autē Centurio qui exaduerſo ſtabat quia ſic clamans expiraſſet, ait, Verē hic homo filius Dei erat. Nec ſolus Centurio ſed & qui cum eo erant (nimirū

Gentiliū de chriſto confeſſio recta.

milites Romani) custodientes Iesum (vt Mat. habet) viso terræ motu & his quæ fiebant, timuerunt valde dicentes. Verè filius Dei erat homo iste. Diuinitatem Christi pariter & humanitatem integre confitentur, etiam in ipso scandalo crucis.

Grãdis horum peruersitas.

Quàm ergo cæca est peruersitas hæreticorũ q̃ euacuato iam scandalo crucis adoratã vbiq; gentiũ Christi regnantis negant deitatẽ. Quanta etiam cæcitas Iudæorũ, qui tot per Dñm virtutibus factis, tantis in morte eius apparentibus signis (vt mox dicetur) credere respuerunt, & insensibiliores gentilibus Deum timere & glorificare cõtempserũt. Vnde merito per Centurionem fides ecclesiæ designatur, quę velo mysteriorum cœlestiũ per mortẽ Domini reserato, continuo Iesum et vere iustum hominem, & vere Dei filium, Iudæorum synagoga tacente, confirmat.

Ecclesia credẽtiũ p Centurionẽ designatur.

B

CIrca secũdũ huius quintę partis membrum (quod est admirãdorũ signorũ *in Christi morte* ostensio) B. Mat. prosequitur dicẽs.

Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsq; deorsum. Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & mõnumẽta aperta sunt et multa corpora sanctorũ qui dormierãt, surrexerũt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerũt *in* sanctam ciuitatem, & apparuerũt multis. Vbi præter signum in solis obscuratione super vniuersam terram (de quo dictum est) quatuor in Christi morte signa, B. Matth. enumerat.

Veli sacratioris aditi scissio quid portẽderit

Primũ fuit in veli templi scissione. Erat velũ illud opere miro de purpura, byssо, auro, iacintoq; cõtextũ, sacratius aditũ (.i. locũ q̃ dicebatur sanctũ sanctorũ) à parte reliqua tẽpli (quæ dicebatur sanctũ) distinguẽs, cuius veli altitudo .30. cubitorũ. Latitudo similiter .30. cubitorum erat. Cuius in Christi morte scissione factum est, vt archa testamenti, & oĩa legis sacramenta quæ prius tegebantur appareant, et ad populũ transeant nationum. Ante etenim dictũ fuerat. Notus *in Iu*

dæa

dæa Deus, in Israel magnũ nomen eius. Nunc autẽ, exaltare super cœlos Deus, & super omnem terrã gloria tua. Et iterũ, A solis ortu vsq; ad occasum, laudabile nomen Dñi. Vnde & quũ in Euãgelio prius dixisset. In viã gentiũ ne abieritis, post pallionẽ dicit. Euntes docete omnes gentes. Et merito quidẽ dum soluitur in morte verũ dominici corporis templũ in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, ipsum etiam figurale templum veli scissione quodammodo planctũ faciens, maioris templi ruinam lugẽs complorat. Vnde ait Sedulius in carmine paschali.

Illud quans templum maioris culmina templi
Prócubuisse videns, ritu plangentis alumni
Saucia discisso nudauit pectora velo.
Interiora sui populis archana futuris
Iam reseranda docens, quia lex velamine Moysi
Tecta diu, Christo nobis veniente patescit.

Psal.

Mat. 10.
Mat. vlt.
Col. 2.

Iudaicum templum Christi morte cõplorat.

Innuebat nihilominus itidem scissionis veli signũ amoto per Christi mortem beatitudinis obstaculo, propalatam exinde in regnum fore sanctorũ viam.

C

Heb. 9.

Secundũ signũ fuit in terrę motione. Et terra mota est inquit. quasi ferre recusans creatoris sui impijssimos interfectores, & sustinere nõ valens conditoris vniuersorũ tantã iniuriã interitũ illis & absorptionẽ, sui tremore cõminata. Proinde creatoris sui defluentẽ è sacris vulneribus suscipiẽs sanguinẽ quasi ipsius dolores & ipsa sentiẽs cõtremiscit, et quasi iam pręuidẽs se mox illũ intra se receptura quẽ cœli capere nõ poterant, ipsius maiestatẽ reuerẽs, & quasi sese tali mortuo suscipiẽdo indignam reputãs mouetur & tremit. Denicq; tremore suo terra nefandũ Iudęorũ scelus detestans, eijciendos à se suo modo proclamat. Arguere nihilominus cæca atq; insensata mortaliũ corda ipsa terra videtur, quãdoquidẽ ipsa Christi mortẽ sentire quodãmodo sese ostendit, quũ tamen hi terra ipsa insensibiliores hanc ingratissimi paruipendãt, nec vllatęnus hinc compuncti ad pœnitentiã cõmouentur.

Tremoria terrę causa.

Terrę motus in christi morte quid.

Petræ scis-sæ sunt.

Tertium signũ fuit in scissione petrarum. Et petræ scissę sunt, inquit, quasi & ipsæ luctũ facerent, Domini vniuersorũ iniuriam non ferentes, & arguerent in odio vel inuidia vel quouis peccato & voluntate mala obstinatos. Hinc enim ipse Dominus ad hos sub terrę nomine per Prophetam exclamat dicens. Terra ne operias sanguinẽ meũ. Et quidẽ vę illi qui filiũ dei cõculcauerit, et sanguinẽ testamẽti pollutũ duxerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Scissio proinde petrarũ in Domini morte futuræ de propinquo cõuersionis gentium præsagium fuit. Gentes quippe lapides illi erãt, ẽ quibus Deus suscitaturus erat filios Abrahæ.

Iob.16. Heb.10. Luc.3.

Monumẽtorum aptio quid. Zacha.9.

Quartum signum fuit apertio monumentorũ. Et monumenta aperta sunt inquit. Nimirum in signum q̃ sancti patres in carcere tenebrarũ ob originale peccatum detenti, mox inde forent virtute mortis Christi liberandi, sicut prædictũ fuerat per Zach. prophetam dicentem. Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Signum proinde erat ipsum Christum breui post tempore resurrecturum, & tandẽ hunc in die nouissimo oĩm resurrectionem sua virtute operaturũ. Surrexerunt â mortuis multi sanctorũ & apparuerũt multis, testes nimirũ dominicæ resurrectionis, quorũ resurrectionem Mat. per anticipationẽ cõmemorat. Non enim ante Christum resurrexerunt quũ sit ipse primitiæ dormientium & primogenitus mortuorum.

1. Cor.15. Christus resurgentium primus.

Deniq; idcirco moriente Christo & terra tremente monumenta sanctorũ aperta sunt, quia mortuorũ corporibus hoc expediebat vt cõiungeretur eis in sepulchris corpus huius mortui, quod afferebat resurrectionem mortuorũ, & idcirco ad suscipiendum illud certatim & auide sese dilatauerunt. Nam sicut animã Dñi Iesu ad animas apud inferos descendere expediebat vt illas inde educeret, sic & ad corpora corpus eius peruenire oportebat, vt illa resuscitaret.

Corpus Christi mortuum â mortuis desideratũ

Sed

Sed ad Christum in cruce exanimatū, & ad effectum signorum quæ dicta sunt reuertentes, quid Lucas subinferat audiamus.

Et omnis turba, inquit, eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbāt quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Quod percutiebāt pectora sua, quia pœnitentiæ est & luctus indicium, potest dupliciter intelligi, videlicet quia siue eum cuius vitam dilexerunt iniustè occisum dolebant, siue cuius mortem se impetrasse meminerāt, hunc in morte amplius glorificatum tremebant. Sed siue hæc siue illa, siue vtraq; causa, diuersas in turba dissidentesq; personas pectus tundere coëgerit notanda distantia gentis & gentis. Gentiles quippè moriente Christo Deum timentes apertæ confessionis voce glorificant, Iudæi solum percutientes pectora, silentes domum regrediuntur.

Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres quæ sequutæ eum erant à Galilæa hæc videntes. In quo impletum est quod olim prædixerat in Propheta. Elongasti à me amicum & proximum. Et iterum. Qui iuxta me erant, inquit, de longè steterunt. Quæ aūt fuerint illæ sanctæ mulieres Marcus ostendit dicēs. Erant autem & mulieres de longè aspicientes. Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salomæ. Et quum esset in Galilæa sequebantur eum & ministrabāt ei. Iacobum minorem dicit Iacobum Alphęi, qui & frater Domini dicebatur, eò q; esset filius Mariæ materteræ Domini, cuius in Euang. suo meminit Ioannes, dicens quod præmissum est. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ. Videtur autem eam dicere Cleophæ siue à patre siue à cognatione. Vocabatur verò minor Iacobus, ad distinctionem maioris Iacobi, videlicet filij Zebedęi, qui inter primos Apostolos vocatus est & electus à Domino,

Psal.

Sāctæ mulieres christum secutæ.

Consuetũ apud Iudæos vt mulieres præceptoribus ministrarent.

Fuit autem Iudaicæ consuetudinis nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, vt mulieres de substantia sua victum atq; vestitum præceptoribus ministrarent. Non quo indigeret cibis Dominus creaturarum, sed vt typum ostenderet magistrorum, q; victu atq; vestitu ex discipulis deberent esse contenti. Sed videamus quales comites Dominus habuerit. Mariam scilicet Magdalenen, à qua septem dæmonia ejecerat, & Mariam Iacobi, & Ioseph matrem. Sine præiudicio putauerim hoc nomine ipsam Domini matrem significari, vt subaudias, Mariam, Ioseph cõiugem, matrem scilicet ipsius in cruce pendentis Iesu Christi, maximè quum hanc Ioannes confirmet adstitisse morienti.

Occasio vt Christi latus aperiretur.

EIrca tertiũ quintæ partis membrum, quod est sacri lateris Christi in cruce exanimati per lanceam militis apertio. Notandum primo est quæ sit huius rei occasio, deinde ipsam quæ gesta est rem consyderemus. Itaq; quod ad occasionem spectat Ioãnes prosequitur, dicẽs: Iudæi ergo quia parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbato (erat enim magnus ille dies Sabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Iudæi labijs religiosi corde verò cruenti & à Deo longinqui, legitimam habuerunt curam de magno die Sabbati paschalis, qui duplo celebris erat, videlicet, & quia sabbatũ, & quia infra octauas paschæ occurrebat. Iudęi, inquã, magnifici honoratores Dei, quũ in conscientia mala reposuissent sanguinẽ iusti, in ore & in labijs suis firmiter tenuerũt mandatũ legis.

Deut. 22.

Dicit quippè lex. Quãdo peccauerit homo quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur, quia maledictus à Deo est qui pendet in ligno, & ne quaq; contamines terram tuam, quam Dominus Deus tuus daturus est

rus est tibi in possessionem. Vbi Rupertus. Hoc planè lex dicit, & hoc legem dixisse scientes isti amici legis, imò legis corruptores & inimici Dei, callidè Dominum patibulo adfixerunt vt consequenter constaret eum maledictum esse à Deo, & proinde certum esset hunc hominem iuxta sententiam vel accusationem ipsorum non fuisse à Deo.

Sed ô Iudæi malitia cæci, fuerit quidem, quoniam hoc etiam Apostolus ait, fuerit, inquã, Dominus noster maledictum legis vt nos à maledicto redimeret, veruntamen, nunquid secundum verba legis pendere in ligno est causa maledicti? Vt taceam quod non dixit solum, quando homo adiudicatus morti, suspensus fuerit in patibulo, sed ita præmisit, quãdo peccauerit homo quod morte plectendum sit, & tunc demũ subintulit, & adiudicatus morti, suspensus fuerit in patibulo. Vt, inquã, hoc taceam quod manifestè expurgat à maledicto Dominum nostrũ, quia appensus quidem est in ligno, sed non peccauit quod morte plectendum esset, nunquid ait imprecando, maledictus sit, vel absolute maledictus, vt subaudiri possit, imprecantis verbum, sit, & non potius enunciando dixit maledictus à Deo est, non quia pendet, sed qui pendet in ligno?

Gal. 3. Vera intelligentia legis de pendente in patibulo.

Itaq; attentius videamus cuius intentionis sit hæc eadem enunciatio maledicti, præsertim quia pro eo q; maledictus à Deo est, iubet illum sepeliri. Nonne mortuis pars benedictionis est sepeliri, & contra, maledictionis, sepultura carere more asini, sicut de quodam rege terribiliter dictum est (prout erat meritus) sepultura asini (*i.* nulla sepultura) sepelietur? Nonne sancti & magni patres siue Patriarchæ, de sepeliendis vel etiam transferendis corporibus suis diligenter mandauerũt, & pro magno illis fuit sepeliri, & non tantũ vbicunq;, sed in sepulchris patrũ suorũ? O igitur mirabile & antiquum crucifixi huius consilium, qui tanto antequã veniret, ita de sepeliendo corpore

Iere. 22. Gene. 35. & 50.

suo

Propter vnum in ligno suspendendũ lex quid iussit.

suo dedit præceptum vt profuerit omnibus crucifixis scriptum pro se vno legis mandatũ. Quum enim de collatos siue lapidatos, aut alia vi peremptos, licuerit impunè insepultos canibus prouoci, solis crucifixis propter istum crucifigendum prophetica lex (vtpotè à Deo data) sepulturam negare prohibuit.

Nonne ergo ipsius crucifigendi spiritus, gemitibus inenarrabilibus rugiebat in corde Moysi talem legem scribentis, vt dum crucifixi omnes ex lege sepeliuntur, sepultura non careat hic vnus, pro salute mundi crucifixus, à Deo maledictus? Addit enim lex, à Deo, quod nusquã fecit in cunctis maledictionibus legis, vt verbi gratia, Quum dicit: Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictus ingrediens, & maledictus egrediens, & similiter in cæteris, nusquam dixit à Deo, nisi tantum in hoc loco. Cur hoc nisi quia verè solus est hic à Deo maledictus, in eo videlicet q̃ iniquitates omnium nostrum in illo posuit Deus. Idcirco sepeliatur, inquit, qui pendet in ligno, quia futurus est talis pendens in ligno, qui erit maledictus à Deo. A Deo, inquã, non à scelere proprio, quomodo Cain, sed à Deo transponente maledictiones humani generis in illo.

Solus christus dicitur maledictus à Deo.

Deut. 28.

Esa. 53.

Gene. 4.

Quod autem addit lex, & nequaq̃ contaminabis terram quam Dominus Deus tuus daturus est tibi in possessionem, mira sancti spiritus arte dixit, quum potius ex eo cõtaminata terra posset videri, si in se reciperet corpus maledicti. Quid ergo per hoc lex intendit & scriptor eius, nisi quia terra quã dedit Deus verò Israëli in possessionem corpus est huius singulariter & pro nobis maledicti, quam sibi datam tunc Israël non contaminauit. i. contaminari non permisit, quando illud Ioseph & Nicodemus eodem die sepelierunt pro communi lege omnium in cruce pendentium, videlicet ne indignè insepultũ abiceretur, & à canibus illis qui viuẽtem circũdederant adhuc exanime conspueretur. Sed ad Euãgelij verba reuertamur.

Iudæi

Iudæi, inquit rogauerunt Pilatum vt fractis cru- Ioan.19.
ribus corpora eorum tollerentur. Quare? Quia pa- Cur petie-
raſceue erat. Quia magnus ille Sabbati dies erat, vi- runt vt ſuſ-
delicet quia paſchale Sabbatum erat (vt dictum eſt) penſi tolle-
Quum enim octo diebus paſcha celebraretur, om- rentur è li-
nium dierum maximus & maximè feſtiuus Sabbati gno.
dies habebatur ſiue ille primus, ſiue ſecundus, aut cer-
tè tertius, occurriſſet, vel quartus, & Sabbatum pa-
ſchale vocabatur. Idcirco Iudæi petierunt vt corpo-
ra tollerentur, ne tantus dies talis horrore ſpectaculi
fœdaretur. Quippè quum etiam qualibet die corpo-
ra eiuſmodi ſepeliri in eadem die ex lege præciperen-
tur. Sed propter Sabbatum illa ſepeliri Iudæi vo-
luere properantius. Sequitur.

Venerunt ergo milites, & primi quidem frege- G
runt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo (nec-
dum enim obierant) vt depoſiti non viuerent, ſed ma
turius expirarent. Ad Ieſum autem venientes vt vi-
derunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.
Nec enim opus erat vt ſuper dolorem vulnerũ eius
apponerẽt, in quo iã ſenſuũ nihil ſupererat. Sed vnus Dominici
militum lancea latus eius aperuit, & cõtinuò exiuit lateris ap-
ſanguis & aqua. Deo gratias. Sanguine redimimur, tio.
abluimur aqua. Tantam ſalutem Deus noſter per
quam voluit manum lanceatus, in medio terræ ope-
ratus eſt. Sed huius rei tam magnitudo q̃ dignitas
valde attentum & bene credulum auditorem effla-
gitat. Vnde ſequitur. Et qui vidit teſtimonium per-
hibuit, & verum eſt teſtimoniũ eius, & ille ſcit quia Ingentis
vera dicit, vt & vos credatis. Hic ergo qui vidit & myſterij
ſcripſit hæc teſtis vnus eſt, quanuis & multos vidiſ- teſtes.
ſe qui affuerũt & videre voluerunt, dubium non eſt.
Sed ne ſolus videatur eſſe teſtis adhibet ſecum alios
duos teſtes, Legalem. ſ. ſermonem, teſtem vnum,
& ſermonem propheticum, teſtem alterum. De pri-
mo teſte ſubdit, Facta ſunt enim hæc vt ſcriptura im-
pleretur, Os non comminuetis ex eo. Hoc de agno Exo.12.
paſchali

paschali præcipit lex. Breui ergo sed claro indicio per docet illum legalem paschæ agnum significatiuum fuisse huius veri agni qui nūc tandem pro nobis immolatus est, sicut iamdudum bene exercitata certum habet sanctæ Ecclesiæ fides. Et alterum citans testem Euangelista prosequitur dicens: Et iterū alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt. Hoc Zachariæ Prophetæ testimonium est.

Zacha. 12.

Igitur in ore trium testium. s. legis & Prophetarum, atq; huius Euangelistæ stabit hoc verbum quia milites (vt iam dictum est) Domini Iesu non fregerunt crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua.

H

Sed prætereundum non est tantæ rei huius sacramentum, cui sanctus Euangelista suum tam diligenter testimonium interposuit, & congrua de scripturis exempla subiecit. Non enim casu, sed eo qui passus est volente & disponēte actum est vt os non commi-

Christi fortitudo morte fracta nō est.

nueretur ex eo, & idcirco crura sibi frangi noluit, sed ea salua & integra remanere, vt per hoc significetur veri agni immaculati & immolati Iesu Christi virtutem & fortitudinem per suam passionem nec; imminutam esse nec; confractam, sed potius corroboratam & auctam. Quid igitur vitata crurum fractura fieri maluit? Sed vnus militum, inquit, lancea latus eius aperuit & continuò exiuit sanguis & aqua. Cur hoc? Videlicet vt illam super nos effunderet aquam cum sanguine suo, quam quum cōmendaret dixerat.

Ioan. 3.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest videre regnum Dei. Siquidem huius aquæ sacramentum ab hoc miraculo sumpsit exordium.

Baptizatus ergo Dominus in passione sua, talem ad nos suæ salutiferæ passionis & mortis participationem iam mortuus emisit. Nec est hoc nouum aut mirum q; illum in passione sua dicimus baptizatū, quandoquidem matre filiorum Zebedæi postulante pro filijs vt assiderent ei vnus ad dexteram & alius

ad sinis-

ad siniſtram in regno ſuo ipſe reſpondens dixerit: Po-
teſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum, aut Mar.10.
baptiſmo quo ego baptizor baptizari? qui quum
reſponderēt, poſſumus, tum ille calicem, inquit, meū
bibetis & baptiſmo quo ego baptizor baptizabi-
mini. Nomine calicis & baptiſmi paſſionem deſi-
gnauit martyrū, qua & ſeipſum & illos decebat con
ſummari. Vnde & alibi de paſſione ſua loquitur, di-
cens: Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coar- Luc.12.
ctor vſq; dum perficiatur?

Græce autem baptiſmus, ablutio Latine dicitur. Quas for-
Quas ergo ſordes habebat Dominus à quibus ba- des à ſe ab-
ptiſmo paſſionis ſuæ ablueretur? Nempè mortalita- luit chriſt?
tem noſtram & paſſibilitatem, propter quam ſordi-
dus & contemptibilis apparebat hominibus, ſicut Zac.3.
in Zacharia legimus, Ieſus autem indutus erat ſordi-
dis veſtibus. Dixit autem angelus his qui ſtabant co-
ram ſe. Auferte ab eo veſtimenta ſordida. Indutus igi
tur Ieſus veſtimentis ſordidis erat, qui quum pecca-
tum non feciſſet, pro nobis peccatum factus & ipſe
infirmitates noſtras portauit. Redemit enim nos de
maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Hæc 1.Cor.5.
autem omnia veſtimenta eius ſordida appellantur, Gal.3.
quæ nimirum auferuntur ab eo, quum in morte ſua
noſtra delet peccata.

Itaq; Dominus ipſe qui ſuo baptiſmo in morte
ſua baptizatus eſt, vt eundem ſuū baptiſmum tranſ- I
funderet ad nos ſanguinem & aquā (vt dictum eſt)
de latere ſuo iam mortuus profudit. Idcirco aūt nec Cur ſan-
ſolus ſanguis nec aqua ſola de latere ſaluatoris ema- guis &
nauit, quia ratio noſtræ ſalutis vtrumq; depoſcit. aqua.

Nec enim ad hoc redempti ſumus vt tales nos il-
le poſſideret, quales eramus prius, quia non vocauit 1.Theſ.4.
nos Deus in immunditiā, ſed in ſanctificationem in
Chriſto Ieſu. Vt ergo eſſet vnde à peccatis lauare-
mur, aqua quæ corporales tantum lauare poterat ſor-
des, ſanguini qui eſt pretium noſtræ redemptionis ſo-

ciata

ciata est, ex cuius etiam societate virtutem sumpsit, vt abluendas inuisibiles peccatorum sordes digna sit sancto cooperari spiritui.

Ezec. 47. Aquæ à dextro latere templi

Aquam hanc Ezechiel in visione conspexit quum dicebat: Conuertit me, Et ecce aquæ redundantes à latere dextro, videlicet templi, de quibus aquis post pauca subiecit. Et omnis anima viuens, quæ serpit, quocunq; venerit torrens viuet, & post pauca. Sanabuntur & viuent omnia ad quæ venerit torrens. Ad hoc enim latus templi dominici dextrum lancea militis apertum est, vt ex illo vulnere sanentur aquæ generis humani. Nec sola de latere visibili aqua profluxit visibilis pro causa patrandæ sanitatis, sed & de diuinitate inuisibili, inuisibilis aqua processit, aqua, inquam, sapientiæ salutaris. i. gratia spiritus sancti. Idcirco enim rectè dictum est. Ecce aquæ redundantes à latere dextro à latere diuino. Omnis autem anima per fidem viuens, quæ sanctis desyderijs per liberum arbitrium serpit, ex hoc torrente æternæ vitæ subsidia capit. A vitijs proinde suis & peccatis sanantur omnes ad quos aquæ istæ redundantes. i. participatio sanguinis & mortis Christi, peruenerint.

Magna dominicę pas siõis in nos gratia.

K Dominici corporis sepelitio.

CIrca quartum quintæ partis membrum quod est dominici corporis mox reuiscturi sepelitio veneranda dicit beatus Ioan. Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eò q̃ esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu. Iste etsi occultus esset Iesu discipulus non tamen occultè rogauit, imò (vt Mar di.) audacter introiuit ad Pilatum & petijt corpus Iesu, nihil iam veritus Iudæos, quippè iam exemplo Christi constantior effectus & confirmatus. Pilatus autem mirabatur si iam obiisset. Et accersito Centurione interrogauit eum si iam mortuus esset, Et quum cognouisset à Centurione

tione, donauit corpus Ioseph. Matthæus habet ꝙ nō modo permisit, sed etiam iussit reddi corpus Ioseph. Et bene dicit reddi, quia iam illud idem corpus ad huc viuū tradiderat voluntati eorum. Iam ergo Deo sic hominis mentem mouente, quod malè donauerat iubet reddi. Et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra. Nec tamen sepulus Ioseph Dominum sepeliuit. Nam (vt Ioan. di.) Venit & Nicodemus ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum, & simul acceperūt Iesum & ligauerūt eum linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Porrò Ioānes prætereundum non putauit dominicæ locum sepulturæ, dicens.

Iesu corp⁹ Pilatus iubet reddi.

Erat in loco vbi crucifixus est hortus, & in horto monumētum nouum in quo nondum quisquā positus fuerat. Vbi consyderandum est quemadmodum Christus etiam iam carne mortuus Prophetarū de se vaticinia voluit impleri. Dictum enim fuerat per Esaiā. Et erit sepulchrū eius gloriosum. Sepulchrum eius, inquā, qui cum iniquis deputatus morte turpissima condemnatus fuerat. Hoc qūippè dignū est admiratione, ꝙ mox post tam ignominiosam mortem sepulturam acceperit tam gloriosam, & ꝙ plus delatum fuerit mortuo q̄ viuo. Nempè quia passibilitatem mortalitatis assumpsit propter nostram redemptionem, qua peracta debuerūt ea omnia mox cessare quæ erāt hūmilitatis & ignominiæ, & quæ sequebantur ad suæ resurrectionis gloriam pertinere.

Locus dominicæ sepulturæ.

Esa. 11.

Christi sepultura gloriosa.

Patet autem sepulturæ dominicæ gloria. Primo ex parte sepelientiū qui erant viri magni, nobiles, potentes, diuites, boni & iusti. Nam de Ioseph dicit Mar. ꝙ ipse erat ab Arimathia, nobilis decurio qui & ipse erat expectans regnum Dei. Lucas autem perhibet ꝙ erat vir bonus & iustus, nec consenserat consilio & actibus Iudæorū. Magnæ quidem dignitatis Ioseph iste ad seculum, sed maioris apud Deum meriti

Ioseph quālis fuerit.

fuisse laudatur. Talem nanq; existere decebat eũ qui corpus dominicũ sepeliret, qui & per iustitiã meritorum tali ministerio dignus esset, & per nobilitatem potẽtiæ ſecularis facultatem posset obtinere ministrandi. Non enim quilibet ignotus aut mediocris ad prẽsidem accedere & crucifixi corpus poterat impetrare. Vir nobilis, inquit, decurio. Decurio dicebatur qui decem equitibus in exercitu Romano prẽpositus erat, sicut Centurio dicebatur qui centũ in cohorte militibus pedestribus præerat. Arimathia ipsa est Ramathaim, ciuitas Helcane & Samuelis. Porrô & ipse Nicodemus inter Iudæorum principes illustris, vir sapiens & peritus legis erat.

Decurio.

1. Reg. 1.

L Secundo patet sepulturæ Christi gloria ex loco quo Christi corpus repositũ est. Vicinus enim sepulturæ Christi locus ille toti terrarũ orbi venerandus erat, quem Dei filius (salutem nostram operando) morte sua & sanguine reddiderat consecratum.

Monumẽtum Christi in horto.

Monumentũ quippè à loco quo steterat crux, dumtaxat quinquaginta passibus distinguitur. Erat aũt & Christi monumentũ in horto, cp nimirũ ad sepulturæ dignitatem ac nœnitatis gratiã adiicere dinoscitur. Sed nec à mysterio vacat, quia per Christi mortem & sepulturam à morte liberandum erat genus humanum, quam per præuaricationem primorum parentum in horto patratam incurrerat. Quin & ipse per mortem & sepulturam suã sempiternæ amœnitatis paradisum nobis acquisiuit.

Cur monumentũ nouum.

Erat proinde monumentũ nouũ (vt præmittitur) in quo nondum quisq; positus fuerat. Hoc enim sibi prouiderat ipse qui sepeliebatur, vt sicut nasciturus vterum sibi virginalem præparauerat ad quem vir non accesserat, ita & resurrecturus monumẽto nouo conderetur in quo nondum quisquã positus fuerat, ne post Domini resurrectionem cæteris corporibus in sepulchro remanẽtibus, surrexisse alius fingeretur.

Cur monumentũ Christi excisum è petra.

Quod bene monumentũ de petra, i. rupe solida excisum

sum fuisse memoratur, ne si ex multis lapidibus ædificatum esset, suffossis tumuli fundamentis ablatus furto diceretur. Et sicut ipse pro aliorum salute mortuus est & pro peccatis alienis qui peccatum ipse non fecit, sic & sepulchro conditur alieno.

Tertio patet sepulturæ Christi gloria ex modo sepeliendi. Fuit enim Christi corpus sepultū quo modo solebant magnorū corpora sepeliri, videlicet, conditum aromatibus, libris paulominus centū mirrhæ & aloes, vt si resurrectio accelerata nō fuisset, aromatum virtute incorruptū multo tempore seruaretur. Nondum enim intelligebāt quod prædictū de illo fuerat p Prophetā, di. Non derelinques aīam meā in inferno, nec dabis sanctum tuū videre corruptionē.

M Christi sepultura cōmendatur à modo sepeliendi.

Psal.

Fuit proinde venerādum Christi corpus inuolutum sindone munda, quam fuerat in hos vsus mercatus Ioseph. Vnde etiam Ecclesiæ mos obtinuit, vt sacrosanctum in Eucharistia Domini corpus, nō in serico, non in panno tincto, sed in lino terreno celebretur, sicut corpus est in sindone munda sepultū prouē à beato Syluestro Papa legimus esse statutum.

Et aduoluit (inquit Mar.) lapidē ad ostiū monumenti, ne facile posset Christi corpus sepulchro patefacto subtrahi, & vt per hoc veritas mortis Christi euidentius cōprobetur. Adiecit aūt Luc. di. q̄ subsequutæ mulieres quæ cū eo venerāt de Galilæa viderunt monumentū, & quemadmodum positū erat corpus eius. Inter has, præcipuas exprimens Mar. dicit: Maria aūt Magdalene & Maria Ioseph. i. ipsa eius mater aspiciebant vbi poneretur. Ergo alijs Iesu notis (qui à longe steterant morientem videntes) post depositum corpus eius ad sua remeantibus, solæ mulieres quæ arctius amabant sanctum funus subsequutæ, quomodo poneretur inspicere curabāt, vt ei tempore cōgruo munus possent suæ deuotionis offerre.

Sanctęmulieres etiā mortuo adhærent.

Deo gratias.

FINIS.

Hierosolymo=

RVM CIVITATI OB IM=

mane scelus interemptionis Chri=
sti, sequenti insultatur
Elegia.

Florida quæ quondam ueteri sub lege tenebat
Impia Hierusalem quis tua sceptra tulit?
Atq; Dei regno quis te iam priuat in æuum,
Pandit & infernum tartareumq; chaos?
Nonne proterua nimis rabies qua nunc tua semper
Sæua manus diuo sanguine plena manet?
Sacrilegas tu nanq; manus linguasq; acuisti
Illius in mortem qui Deus est & homo.
O nimis horrendum scelus, ô facinus truculentum,
Quod nec auerna quidem pœna piare queat.
O male consultam legi, sed lege carentem,
Quum Dominum legis perdis & ipsa peris.
Impia Hierusalem quid agis Christum cruce damnãs?
Opprimis heu natum dira nouerca tuum.
Diuidis infantem meretrix sæuissima utrũq;,
Sed uiuus matri redditur ipse suæ.
Irruis in uerum tenebrarum filia lumen,
Perfidiæ noctem non tamen ipsa fugis.
Quæq; Prophetarum quondam te sanguine pasti,
Ebria iam facta es tota cruore Dei.
Tu Sathanæ synagoga ferox, deicida cruenta,
Dudum quæ fueras inclyta sponsa Dei.

Impia

ERRATVLA.

Fo.	Fa.	Li.	
2.	1.	10.	vtei
12.	2.	14.	promiſſi
16.	1.	18.	& pau
26.	1.	33.	intemporaliter
44.	2.	25.	poteſtati
49.	1.	11.	noxios
49.	2.	1.	accepit, non eſt



Pro loco Colensi assignatur.



